

BIBLIOTHECA SACRA

POST

CL. CL. V.V.

JACOBI LE LONG

ET

C. F. BOERNERI

ITERATAS CVRAS

ORDINE DISPOSITA, EMENDATA, SVPPLETA,

CONTINVATA

AB

ANDREA GOTTLIEB MASCH,

SERENISS. DVCI REGN. MEGAPOL. A SACRIS ET CONSIL. ECCLES., ET ECCLESIAR. CIRCVLI STARGARD. ET DVCATVS RACEBVRG. SVPERATTENDENTE.



PARTIS SECVNDAE

DE

VERSIONIBVS

LIBRORVM SACRORVM

VOLVMEN PRIMVM

DE

VERSIONIBVS ORIENTALIBVS.



HALAE,

SVMTIBVS JOANNIS JAC. GEBAVERI,

MDCCLXXXI.


WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY



PRAEFATIO.



Annuente clementia divina, quae vitam viresque, et otium benigniſſime nobis largita eſt, in ſtadio illo, quod nobis transcurrendum ante biennium ſumſimus, ita progredimur, ut Bibliothecae ſacrae partis ſecundae initium Lectoribus benevolis ante oculos ponere poſſimus. Expectarunt fortaſſe, qui Bibliothecae noſtrae, et hiſtoriae ſacrorum Voluminum litterariae favent, integram de Verſionibus ſacri Codicis partem ſecundam; et id non ſine jure expectarunt. Integrum enim opus in duas ſeſe commode diſtinguit partes; et prima pars cum publice prodiit, ut et ſecunda ſubſequatur, omni ex parte fas eſt. Verum hic tantummodo partis ſecundae Volumen primum offerimus. Cur vero Fautorum expectationi, non ita uti ipſi optavimus, ſatis factum ſit, ut rationem reddamus, et iis et nobis ipſis debemus. Praemonenda itaque nonnulla ſunt, quae tum partem operis ſecundam attinent, tum vero ad ejus primam partem reſpiciunt, ut L. B. tum generalem operis, quod expectat, ideam, tum vero prioris partis quaedam emendanda atque ſupplenda ſuppeditemus.

In Bibliothecae noſtrae parte prima editiones oraculorum divinorum, quae textum ſacrum habent authenticum, Hebraicas Veteris et Graecas Novi Teſtamenti recenſuimus: nec, uti nobis perſuademus, plane inutilem aut ſuperfluum ſuſcepimus laborem. Jam vero novus nobis aperitur campus; ad recenſendas enim Verſionum ſacri Codicis editiones vocamur.

Ita enim ſummo rerum humanarum moderatori, qui regnum ſumma et ſapientia et juſtitia adminiſtrat, placuit, ut vera religio ſalutarisque rerum divinarum cognitio non intra unius regionis limites arceretur, ſed, ut ab illa gente, cui oracula divina primum concredita erant, ad alias tranſiret, et cognitio Dei verbique ejus totum per orbem divulgaretur. Juſtum vero quoque eſt judicium divinum, ſi tenebrae illae, quibus occidentales populi olim obfuſcati erant, ad populos redeunt, qui luce divinitus concredita, non, uti par erat, uti voluerunt. Floruit in Oriente olim ille cultus Dei, quem ipſe inſerviente et miniſtrante Moſe inter Judaeos ſtabilierat, atque oracula divina Veteris Foederis Palaeſtinae incolis ſervanda et obſervanda tradita fuerunt. Eidem populo, et quidem jure promiſſionum divinarum, a ſervatore ipſo verus Dei cultus in ſpiritu et veritate eſt annunciatus, et miniſtri ejus ſeu diſcipuli oracula divinitus inſpirata eidem populo conſecrarunt. Sed et hi ſpreti et rejecti, ad gentes extra Veteris Foederis eccleſiam viventes, tunc vero divina ita volente gratia, in communionem regni divini et eccleſiae colligendas tranſiere. Sic miniſtrorum divinorum opera collectae ſunt variae in diverſis regionibus eccleſiae divino verbo exaedificandae.

Natae exinde ſunt variae ſacrarum litterarum in linguas vernaculas verſiones. Non una diverſis in terrae partibus fuit lingua vulgaris, ſed quaelibet fere regio propriam habuit vel dialectum vel linguam, eamque vel plane ſingularem et ab aliis diverſam, vel cum alia lingua cognatam. Cujusvis itaque eccleſiae mos fuit, oracula ſacra, verae religionis et fidei fundamenta, in vulgares transferre linguas, ut cuivis ad ſacras litteras aditus pateret. Nec ab iſto more olim abhorruit Eccleſia Romana, quae quamvis recentioribus temporibus membra ſua a lectione Codicis ſacri in linguas vulgares translati prohibeat, antiquitus tamen liberum translationum omnibus permiſit uſum. Sic S. Patres primitivae Eccleſiae lingua, quae ipſis vernacula fuit, ſacras veritates docuerunt; S. Hieronymus codicem ſacrum in linguam vernaculam transtulit, et Italae quin et hodiernae Vulgatae idioma tunc temporis vulgare fuit. Sic et Biblia Italica, Gallica et Germanica jam ante Reformationis tempora typis exſcripta teſtes hujus rei ſunt locupletes. Quae vero repurgatae addictae ſunt religioni Eccleſiae, non ſolum omnibus et ſingulis liberum verbi divini concedunt uſum,

ſed

ſed quoque, ut cuivis populo lingua nativa oracula divina traderentur, omni ſtudio allaborarunt.

Verum non de injuria, qua laici, ut ajunt, qui a lectione librorum ſacrorum prohibentur, afficiuntur, hoc loco diſputandum eſt. Sufficiant haec annotata, ut variarum Codicis ſacri tralationum originem oſtendamus.

Ingens vero verſionum multitudo, diverſo idiomate confecta, pro ratione regionum ſeu plagarum mundi, in duas diſtinguitur claſſes. Aliae ſunt verſiones orientales, aliae vero occidentales. Priores iterum duplicis ſunt generis, nimirum antiquiores et hodiernae. Utriusque generis Verſiones, tam antiquiores, quam recentiores, quae inprimis ad propagandam religionem Chriſtianam inter orientales populos ſunt confectae, hoc primo partis ſecundae Bibliothecae noſtrae volumine ſiſtimus, ordine, quem in ſciagraphia indicavimus, ut antiquiores praecedant, recentiores ſubſequantur.

Occidentales verſiones, ſi ipſa idiomata, quibus diverſis in locis divina oracula exponuntur, inter ſeſe comparantur, ad certas claſſes reduci poſſe, qui tum linguarum diverſitatem, tum earum cognationem curate penſitabit, cuivis facile patebit.

Quatuor exiſtunt inter populos terrae occidentales linguae cardinales, quarum quaelibet amplam quaſi ducit familiam, aliasque habet linguas cognatas, e cardinali vel primigenia cum tempore ortas. Ad quatuor itaque claſſes, ut ſingula ordine diſponamus, occidentales Codicis ſacri referimus verſiones. Claſſis *prima* continet verſiones graecas, tum antiquas illas Veteris Teſtamenti, tum recentiorem Novi Teſtamenti Neograecam. Claſſis *ſecunda* recenſet verſiones latinas, et linguis cognatis conſcriptas, nimirum Italicas, Gallicas, Hiſpanicas, Luſitanicas et Romanenſes. *Tertia* claſſis ſiſtit Biblia Germanica, tum antiquiora Gothica et Theotiſca, tum recentiora, una cum Bibliis in linguas cognatas converſis, Belgicis, Danicis, Suevicis, Anglo-Saxonicis et Anglicanis. Claſſis *quarta* denique enumerat Biblia in Linguam Slavonicam converſa, ut Slavica, Bohemica, Polonica, Ruthenica, Croatica, Hungarica. Remanent vero, ſi hisce Claſſibus ſua adſcribuntur, Biblia nonnulla in linguas converſa, quae ſingulis provinciis ſeu terrae regionibus tantummodo propriae ſeu vulgares ſunt, quae *quintam* Claſſem appendicis loco occupabunt.

Haec ſunt, quae bono cum Deo enumeranda et exponenda nobis propoſuimus: Haec ſunt quae meditamur. Studium amplum eſt percurrendum, et meta, quam propoſuimus, ſatis eſt remota: ſed utrum metam propoſitam attingere nobis liceat, an vero curriculum citius nobis finiendum ſit, antequam quod coepimus opus ad finem perducere poſſimus, hoc ſummo rerum noſtrarum Arbitro ejusque voluntati cum omni veneratione conſiliorum ejus humillime ſubmittimus. Interim dierum noſtrarum fugacitas, celerque annorum decurſus, nec non ultimi dierum noſtrarum incertus adventus, ut conſilium noſtrum aliquantulum immutemus, nobis ſuaſit. Statueramus primo partem operis noſtri ſecundam, ſeu verſionum ſacrarum hiſtoriam ſimul eodemque tempore praelo ſubmittere. Sed id ſi fieret, plures certe ad integrum opus elaborandum requirerentur anni, quibus nobis rei litterariae vacare liceret. Quis vero nobis, qui jam quinquageſimum et ſextum agimus annum, quis nobis, quis operi elaborando plures certe pollicetur annos? Jam dudum, quemlibet, quem vivimus annum, vitae ultimum numerare, aeternaque meditari didicimus. Ne itaque, ſi ſummo vitae noſtrae Auctori placeret, ad aeterna nos evocare, opus adfectum relinquatur, et plane derelictum videatur, in minora partem ſecundam diſſecandam duximus volumina. Quodlibet horum per ſe completum erit opus: et, ſi non ſingula orbi erudito tradere licebit volumina, quodlibet tamen in ſe conſummatum erit. Qui vero noſtra poſt fata operi fortaſſis derelicto manum admovebit, novum fere opus ordiri poterit, dum novum de verſionibus quas recenſere nobis non permiſſum fuit, praelo parabit volumen. Accipiant itaque Lectores, qui partem primam, ſeu recenſiones editionum textus ſacri authentici, calculo ſuo approbarunt, Partis ſecundae volumen primum de Verſionibus Orientalibus librorum ſacrorum. Proxime et ſecundum volumen de Verſionibus Graecis praelo mandabitur. Atqui ſimili modo et reliqua volumina, ſi modo vivimus, ſunt ſequutura.

Sed de prima hujus Bibliothecae parte nonnulla nobis dicenda ſunt. Publice cum opus noſtrum expoſuimus, plurium cenſuras atque judicia exſpectavimus; nec defuerunt, qui Bibliothecam noſtram tum laudarunt, tum quaedam emendarunt, tum et vituperarunt: et ſicuti illis gratias referimus, ſic et his dicam ſcribere nolumus. Liberum ſit cuique, quae ſibi viſa ſunt, dicere; no-

noſtrum erit, quae dicta ſunt, in noſtros lectorumque conferre uſus. Non ſine omni errore integrum volumen conſcriptum eſſe, nullibi aliquid humani nobis accidiſſe, nec ullam unquam editionem praetermiſſam eſſe, hoc nobis ipſi nunquam ſumſimus. Grates itaque publicae reddantur Viris doctis; qui qua in re erratum, quidve haud accurate deſcriptum, quidve omiſſum ſit, nobis indicarunt. Ejusmodi cenſurae rei litterariae inſerviunt, editionum hiſtoriam illuſtrant, errores removent, veritatemque confirmant. In elaborando opere nihil, quam veritatem quaeſivimus; gratum itaque nobis, qui errores emendare ſtuduerunt, praeſtiterunt officium. Eamque ob cauſam et Berolinenſibus Cenſoribus gratum ſignificamus animum, quod nobis errorem commiſſum indicarunt. Laudavimus parte prima p. 63. Cl. *Schnurreri* Diſſ. de Codicum Libr. V.T. aetate difficulter determinanda, et recte monent Cenſores, *) quod ejusdem Diſſ. in Canticum Deborae nominanda fuiſſet. Erravimus fatemur, dum utramque Diſſertationem uno volumine junctam ante oculos habuimus. Reliqua vero omnia, integrum opus, ejus oeconomia, diſpoſitio, Berolinenſibus ſeſe haud approbarunt; vix quidquam ipſis rectum; ſingula alio modo diſponenda fuiſſent. Non aliud ab hisce Cenſoribus exſpectare potuimus judicium. Interim, quae ipſi de *Editione Bibliorum hebraicorum principe Neapolitana anni* 1487. (quam nemo mortalium unquam vidit,) de *Editione Socinenſi anni* 1488. (quae *Soncinenſis* dicenda) et de *Peſarovienſi anni* 1495. (quae in Bibliothecis ſublunaribus fruſtra quaeritur) ſcripſerunt, **) ipſis ut ſingularia et propria relinquimus, nec in noſtram transferimus Bibliothecam.

Recentiora ſcripta philologica et critica, et inprimis Cl. *Michaelis* Bibliothecam exegeticam et orientalem, nos non conſuluiſſe, publice nobis vitio verſum eſt. Verum Cenſores aequitate ducti, qui tempora conſulunt, et integri voluminis, ut praelo tradi poſſit, adaptationem non paucorum dierum opus eſſe, experientia edocti norunt, quin et volumen noſtrum per integrum annum inter amici noſtri, *Gebaueri* manus fuiſſe non ignorant, facile, ſi recentiſſima ſcripta, quae fere eodem anno prodiere, aut aetate volumen noſtrum aliquantulum ſuperant, conſulere haud potuimus, nobis condonabunt. Bibliothecam exegeticam et orientalem

*) Allgemeine deutſche Biblioth. vol. 37. p. 577.

**) Ibid. p. 573.

talem Cl. *Michaelis* ſtudioſe evolveramus, ſed exemplar omni tempore non ad manus erat. Maxime veneramur Viri Celeberrimi ſcripta exegetica, critica, geographica. Verum, uti experientia nos docuit, in hiſtoria litteraria et in dijudicandis antiquioribus editionibus illum ducem haud ſecure ſequitur, qui alias veſtigia ejus quam feliciſſime premit. Sequuti ſumus una cum aliis, inprimis Cl. *Hufnagelio*, in recenſendis Bibliis Hebraicis Niſſelianis Bibliothecam exegeticam et orientalem Cl. *Michaelis*, et etiamſi non ignoraremus, Niſſeliana quam maxime cum Hutterianis convenire, tamen cum Cl. *Michaelis*, *Niſſelium* e MSto quodam ſua hauſiſſe aſſerere maluimus. Verum imponi ſibi paſſus eſt V. Cl. circellis quibusdam vocibus in Bibliis Niſſelianis adſcriptis, quibus variantem e MSto aliquo codice hauſtam lectionem indicari ſibi perſuaſit. Sed circelli iſti, frequentiores tum in Bibliis Rabbinicis, tum in editionibus minoribus, ut *Munſteri* ſecunda, *Stephani*, *Hutteri*, *Clodii* aliisque, nihil aliud ſunt quam indicium, maſoram marginalem aliam annotaſſe lectionem. Quae vero ſingularia editionis Niſſelianae dicuntur, aut non ſunt, aut ad claſſem vitiorum typographicorum referenda ſunt. Singula in Bibliotheca exegetica et orientali in medium prolata exempla ad triginta ſeptem revocavimus editiones, quarum plurimae Niſſelianam aetate ſuperant; et *Niſſelianam* tantummodo aperto errore ab antiquioribus recedere certo adfirmare poſſumus. *)

De Bibliis Hebraicis *Roberti Stephani* in forma quarta, itidem a V. Cl. adfirmatur, quod in illis formandis MSta Regiae Bibliothecae in ſubſidium vocaverit editor. Sed et hoc adſertum conjecturis omni fundamento deſtitutis adnumeramus, ſiquidem *Stephanum Bombergi* ſecundam accurate expreſſiſſe editionem ſatis conſtat, adeo ut Variantes ex editione *Stephani* colligere, nil aliud ſit, quam aberrationes et vitia typographica numerare. **)

De iisdem Bibliis monet Cl. Cenſor, qui in muſeo litterario ***) Bibliothecam noſtram annunciavit, laudavit et emendavit, quod exemplar, quod ipſi ad manus, non accurate cum recenſione

*) *Michaelis* oriental. und exeget. Biblioth. vol. 10. p. 214. *W. F. Hufnagelii* Variarum lectionum e Bibliis a Niſſelio curatis excerptarum ſpecimen, Erlangae 1777. Repertorium für bibliſche und morgenländ. Litteratur, part. 2. p. 180. part. 5. p. 283.

**) Oriental. und exeget. Biblioth. vol. 14. p. 79.

***) Litterariſch. Muſeum, vol. 2. p. 418.

ne noſtra conveniat; ſiquidem duodecim Prophetarum minorum editio aliter comparata ſit. Concedimus et Cl. Cenſori grates referimus, quod ipſi haec monere placuerit. Non unius ſunt exemplaria horum Bibliorum, ſed duplicis, et, ſi nos non omnia fallunt, triplicis generis, ſi Prophetae minores et Pentateuchus ſpectantur. Alia exemplaria habent Pentateuchum cum titulo notam anni M. D. XLIII. oſtendente, alia vero oſtendunt nomen *Caroli Stephani* et annum MDLVI. attamen unius ejusdemque ſunt editionis, et *Carolus Stephanus* tantummodo novum ſubſtituit locupletiorem titulum, cum antiquior titulus ſolum Geneſeos Librum annunciaret. Prophetis minoribus duodecim, *Robertus Stephanus* titulum dedit: ספר תרי עשר „Duodecim Prophetae cum commentariis „R. David Kimchi, Hebraei doctiſſimi, a Franciſco Vatablo Hebraicarum literarum Profeſſore Regio accuratiſſime emendatis et „locorum ſcripturae paſſim citatae annotatione illuſtratis, nunc „primum Lutetiae Pariſiorum in lucem editi, favore et auſpiciis „Chriſtianiſſimi Galliarum Regis, Franciſci primi, qui in linguarum et ſtudioſae juventutis gratiam amplis ſtipendiis profeſſorum „operas redimit et labores compenſat. Ex officina Roberti Stephani, typographi Regii. MDXXXIX.„ Singulis, praeter Hoſeam, ſpecialem praefixit titulum, ex quo apparet, Joelem MDXL. menſe Schebat, Amoſum, Obadiam et Jonam eodem anno et menſe, Micham MDXXXIX. menſe Abh, Nahum eodem anno menſe Elul, Habacucum eodem anno menſe Cislev, Zephaniam eodem anno menſe Thammutz, Haggaeum eodem anno menſe Elul, Zachariam MDXL. menſe Adar, et Malachiam eodem anno menſe Niſan prodiiſſe. Pater vero *Robertus* Genevam abiens filio exemplaria Bibliorum hebraicorum vendenda reliquit, qui ut ſingula exemplaria redintegraret, Prophetas minores de novo praelo ſubjecit. Diverſa ſunt exinde Bibliorum exemplaria, alia enim habent Prophetas minores ex editione patris, alia ex editione nova a filio procurata. Nec ſine omni veritatis ſpecie adfirmare vellemus, dari et exemplaria mixta, quibus vel plagulae nonnullae vel folia ex nova editione inſerta ſunt. Rariora ſunt ſingula hujus editionis exemplaria, ut vix cui duo exemplaria inter ſeſe conferre contingat.

De ſupplementis Bibliothecae noſtrae nonnulla dicenda ſunt. Tam completum et abſolutum opus eſſe noſtrum, ut nullis ſupple-

mentis indigeat, nec addenda et emendanda ulla admittat, ipsi nunquam credidimus: et qui hoc a nobis postulare vellet, plura, quam ipse praestare potest, a nobis exigeret. Accepta nobis et pergrata sunt supplementa, quae Viri Eruditi et sacrae litteraturae fautores nobiscum tam publice quam per litteras privatim scriptas communicarunt. Varia in usus nostros jam hoc volumine transtulimus: alia vero ad aliud tempus transferimus, ut supplementa emendandaque uno in lectorum gratiam conjungi possint volumine. Utinam Cl. *Lorckio* Hafniensi Theologo meritissimo manus auxiliatrices hunc in finem conferre placeret. Debemus illi elegantem et summo acumine elaboratam Bibliorum historiam, quae per partes prodit, ita ut singulae partes certis constent capitibus. Quod si Vir nobis Amicus cuilibet parti caput adderet, in quo Bibliothecae nostrae supplementa suppeditaret, iis quae hisce publice rogamus benevole annueret. Hoc modo certe, etiamsi et post fata nostra fieret, Bibliotheca sacra tandem quam absolutissima et perfectissima redderetur.

Codicum MStorum recensiones, quamvis Auctor illos recenseat, studiose omisimus. Non omnia enim, inprimis quod Codices Hebraicos attinet, nobis ita comparata erant, ut illa publice producere audere potuissemus. Satius enim nulla, quam jejuna scribere duximus. Interim varia et in hunc finem a nobis sunt annotata, congesta, conscripta, et in scriniis nostris reposita. Et fortassis, si Bibliothecam nostram ad finem perducere licebit, singulari volumine De Codicibus MStis Bibliorum sacrorum desiderio Doctorum satisfacturi sumus.

Quod reliqua, benevolentiae Summi Numinis, cui vivimus et laboramus, Lectores, nos et labores nostros commendamus. Scribebam Neostrelitzii in Ducatu Mecklenburgico die XX. Septembris M.DCC.LXXX.

A. G. Masch.

CON-

CONSPECTVS
VOLVMINIS I. PARTIS II. BIBLIOTHECAE SACRAE.

αα. po-

γ. Pſal-

XI. Sc-

PAR-

PARTIS II.
VOLVMEN I.
DE
VERSIONIBVS ORIENTALIBVS.



SECTIO I.

DE VERSIONIBVS LIBRORVM SACRORVM HEBRAICIS.

§. I.

Verſiones hebraicae.

Inter ſacri codicis verſiones orientales merito verſiones librorum ſacrorum hebraicae primum occupant locum. Veteris quidem Foederis libri ſacri, quoad maximam partem lingua hebraica divinitus conſignati ſunt, adeoque nulla illorum datur verſio hebraica. Interim ſunt tamen nonnullae Danielis, Eſdrae et Nehemiae ſectiones, non lingua Hebraica, ſed Chaldaica olim conſcriptae, quae eam ob cauſam verſionem hebraicam admittunt. Viris itaque eruditis, ut illae ſectiones eadem cum Veteris Teſtamenti libris lingua in publicum prodirent, conſultum viſum eſt; *Johannes* itaque *Leusdenus* circa finem ſeculi praeteriti, ea omnia quae in codice ſacro Chaldaice ſcripta erant, hebraica veſte donavit; ut hujus viri induſtria integer nunc ſacer codex lingua hebraica conſcriptus proſtet. Quod vero Novi Foederis libros attinet, ut illi vel omnes vel ſinguli in linguam hebraicam translati prodirent, plures ſuperioribus temporibus allaborarunt.

§. II.

Lingua.

De lingua Hebraea tam varia diſputata ſunt, ut, ſi ſingula recenſere vellemus, integrum nobis de illa volumen conſcribendum foret. Quem vero in finem hoc

fieret, ipſi ignoraremus. Liceat itaque nobis tantummodo quae generaliora ſunt, paucis exponere. Diſtinguimus linguam Hebraicam antiquam Iſraelitarum vernaculam, quam cum *Stephano Morino* [a]) aliisque linguam mundi primaevam facile credimus, ab illa lingua Hebraica, qua recentiores interpretes uſi ſunt, qui dum quae Chaldaice vel Graece ſcripta erant, in idioma hebraicum transferre cuperent, antiquam illam linguam imitando, quantum fieri potuit, proxime accedere, atque e vocibus et locutionibus Veteris Teſtamenti, novam Novi Teſtamenti verſionem componere allaborarunt. Priorem ſeu antiquiorem illam linguam Hebraicam ſi reſpicimus, „extant duo, judice *Alberto Schultens* [b]), Syſtemata, directis ſeſe frontibus „arietantia, Rabbinicum, quod et *Buxtorfianum*, et Criticum, quod et *Cappellianum*. „Schola *Rabbinica* hanc majorum ſuorum linguam titulo לשון הקדש linguae ſan„ctae ornat non ſolum, ſed etiam vere divinam ſanctitatem ei ineſſe contendit; quae „ſeſe exerat miris perfectionibus et virtutibus, perſpicuitatis, gravitatis, verecun„diae, ſapientiae, majeſtatis, et ad coeleſtium oraculorum pondus, ac decus ſuſti„nendum, capacitatis, atque exaggerationis, ut ſic dicam: qua reliquas orbis terra„rum linguas immenſum quantum exſuperet, atque prae ſe, haud ſecus ac ſol lumi„na minora, deleat. Schola *Critica* nulli Linguae, qua Linguae, eminentem quan„dam ſanctitatem competere judicans, coeleſtibus quidem oraculis nihil detractum „cupit, ſed tamen pronunciare non dubitat, Linguam Hebraeam admodum eſſe im„perfectam, pauperem, ſalebroſam, incultam, aſperitatibus et anomaliis infinitis „implicitam, quae cum cultiſſimis linguis nulla ex parte comparari queat.„ Graviſſima eſt illa quaeſtio de origine et auctoritate punctorum, unde univerſa grammatica hebraea, atque adeo interpretatio legitima Moſis et Prophetarum dependet. Schola *Rabbinica* omnia hic conſecrat, non litteras ſolum et puncta, verum etiam figuras, notasque omnes ſine ulla exceptione, una cum accentibus, quin et variantes lectiones, atque mutationes ex ignorantia vel ſuperſtitione profectas, ad Deum auctorem refert. Ex adverſo ſchola *critica* haec omnia explodit, et litteras e Samaritano charactere in Chaldaicum quadratum, Eſdra auctore transfuſas; puncta tam vocalia, quam reliqua minora, eſſe inventionem Maſoretharum; accentuum farragine nihil cum moleſtius eſſe, tum inutilius; variantes lectiones certiſſimum praebere indicium textus Hebraei paſſim adfecti et corrupti mala Librariorum manu, et grammaticam Hebraeam, a Rabbinis conſtitutam, nihil aliud eſſe quam vaſtum et coecum aliquod Chaos punctaturae confuſiſſimae, quod ad vera et certa principia revocare, et regulis ſubjicere velle, nihil aliud eſſe, quam cum ratione inſanire, ſtatuit. Atque haec ſunt palmaria capita, de quibus jam per ſeculum et quod excurrit inter eruditos diſputatum eſt. Quod recentiorem vero ab interpretibus uſitatam linguam hebraeam attinet, *Johannes Leusdenus* in vertendis Veteris Teſtamenti ſectionibus propius ad genium veteris linguae acceſſit, quam *Eliae Huttero* in interpretando Novo Teſtamento contigit. Multum operae et impenſarum vir ille linguarum orientalium ſtudioſiſſimus, tum elaborandae, tum et edendae verſioni Novi Teſtamenti impendit; cujus et uſum et utilitatem non omnino negamus; attamen ſatis exiguum eſſe exinde proveniens emolumentum adfirmare haud dubitamus; ſiquidem ipſa verſio

a) Exercitationes de lingua primaeva. Ultrajecti 1694. 4.

b) Inſtitutiones ad fundamenta Linguae Hebraeae. Lugd. Bat. 1737. 4. praefat.

ſio erudiendis convincendisque Judaeis parum eſt accommodata. Stylus enim hebraicus, quo uſus eſt *Hutterus*, minime ad antiquum illum Veteris Teſtamenti formatus eſt, ipſaque loquendi forma a genio linguae Hebraicae et Rabbinicae ita recedit, ut et inter Judaeos doctiores ſenſum effatorum vix ac ne vix quidem adſequi poſſint. Singulas praeterea voces *Hutterus* non ubivis accurate penſitavit, graecisque exprimendis hebraicas, quae ipſis non conveniunt, voces dicavit. Idem et de antiquioribus interpretibus ſentiendum eſt, qui ante *Hutteri* tempora partes Novi Foederis nonnullas in eandem linguam transtulerunt; nec, qui poſt illum eidem operi inſudarunt, feliciori progreſſu viam ſuam proſequuti ſunt. Singula vero in Hebraicum idioma translata ita ordine recenſebimus, ut primo quae ad Vetus Teſtamentum referenda ſunt, ſecundo Novi Teſtamenti ejusque partium editiones, et tertio denique Libros Apocryphos Hebraica veſte ornatos enumeremus. Subjungimus hisce, qui carmine Hebraico ſacros libros expreſſerunt.

§. III.

Vet. Teſtament.

תרגום עברי של דניאל ועזרא

Sive Translatio Hebraica omnium Textuum Chaldaicorum, qui in Daniele, Ezra et in Jeremia inveniuntur, auctore Johanne Leusden. Lugduni Batavorum apud Jordanum Luchtmans, Bibliopolam. Anno cIↃIↃCLXXXV. 4.

Operis hujus, quod primo per diſputationes publicas ab anno 1665. ad annum 1684. eruditorum examini ſubjectum eſt, hiſtoriam jam ſupra, dum de Polyglottis nobis agendum fuit, expoſuimus, quia in priori editione Textus Chaldaicus cum verſionibus Hebraica et Latina expreſſus eſt. Recentior vero haec editio omittit textum Chaldaicum, et tantummodo duplicem ſiſtit verſionem Hebraicam et Latinam duobus columnis inſcriptam. Ex praefatione: „Vetus Teſtamentum conſcri„ptum in gratiam Judaeorum, exaratum eſt a Prophetis Lingua Hebraica, exceptis „verſiculis chaldaicis ducentis et ſexaginta octo, quorum in Daniele extant ducenti, „ſcil. a verſu quarto capitis ſecundi usque ad caput octavum excluſive; in Ezra ve„ro ſexaginta ſeptem, ſcil. in capite quarto 17, in quinto totidem, in ſexto 18. et „in ſeptimo 15, et denique in Jeremiae capite decimo extat unicus verſiculus unde„cimus chaldaice. Hi verſiculi nunquam quod ſcio, in linguam Hebraicam ſunt „translati; ideoque volens Philohebraeis inſervire, judicavi me non abſonum eſſe „facturum, ſi omnia Capita Chaldaica, Biblico dicendi genere, quantum Emphaſis „vocum Chaldaicarum permittit, in linguam Hebraicam, verbotenus fere translata, „in lucem emitterem. Jam totum Vetus T. hebraice legi a quovis poteſt.„ c)

§. IV.

Novum Teſtamentum Hebr.

* Novum Teſtamentum Hebraicum, ſtudio Eliae Hutteri. Norimbergae 1599. fol. [I.]
* Novum Teſtamentum Hebraicum, ſtudio Eliae Hutteri. Norimbergae 1599. 4. [II.]
* Novum Teſtamentum Hebraicum ſtudio Eliae Hutteri. Norimbergae 1602. 4. [III.]

c) v. Part. I. Cap. III. §. XXXII.

[De triplici hac Novi Teſtamenti Hebraici editione ſupra inter Polyglotta diximus. Prima editio in forma majori praeter textum graecum habet verſionem Hebraicam et decem aliarum linguarum verſiones. Secunda eſt inchoata, ſed ad finem non perducta, ſiquidem ſolus Matthaeus et Marcus in lucem exiere. Tertia cum textu authentico conjungit verſiones tres, Hebraicam, Latinam et Germanicam. Ultima haec editio, obſervante *Joanne Leusdeno*, non accurate priori reſpondet. „In hoc poſteriori Volumine Hutterus nonnulla quoad verſionem Hebraicam muta„vit et emendavit, e. g. Matth. II. 4. vocem γραμματεῖς (ſcribae) in priori editione „verterat per שוטרים, *gubernatores*, ſeu *moderatores* populi, cum proprie de„beat verti סופרים *ſcribae*, prout etiam tranſtulit in poſteriori editione.„ Verſionem Hebraicam Hutterianam ſub examen vocavit, eamque emendationem exſpectari juſſit *Chriſtianus Theophilus Ungerus*; ſed morte praeventus, promiſſis ſtare haud potuit. Specimen emendationum ab ipſo paratarum exhibet *Wolffius*. d)

[IV.] Novum Teſtamentum Hebraicum: ſtudio Eliae Hutteri. Amſtelodami apud Johannem Walſchaert. MDCXV. 4.

Eadem editio Norimbergenſis quadriglotta. Titulo enim prioris editionis, in cujus pagina verſa initium Evangelii Matthaei hebraice et graece expreſſum eſt, agglutinatum eſt folium novum exhibens titulum, cum figura ligno inciſa, junctisque verbis: *vine Druck en Lyden ewig verblyden.* e)

[V.] * Novum Teſtamentum lingua Hebraea ſcriptum et exhibitum ab Elia Huttero cum undecim aliis evulgatum linguis atque duobus voluminibus Noribergae primum editum: nunc autem in volumen portatu facile redactum: atque centenis quibusdam in locis poſt diligentem ipſius recognitionem, emendatum atque caſtigatum; absque caeteris iſtis in editione Hutteriana linguis, onerofum ſcilicet illud, et multo minus uſitatum tantummodo reddentibus, per ſeſe ſeparatim et puro puto idiomate ſolummodo Hebraico publicatum opera et induſtria Guilielmi Robertſonii. Londini, typis Th. Roicrofft. MDCLXI. 8.

Robertſonus fini editionis ſuae adjecit decem folia, in quibus annotat nonnullas mendas, quas judicat eſſe in priore praeſertim editione emendandas. Licet ipſe Hutterus in ſecunda editione multa correxerit, ea tamen annotat ex priori editione Robertſonus, et vult illa ſecundum poſteriorem editionem eſſe emendanda. Nonnulla etiam occurrunt in utraque editione, quibus medicam manum adhibet idem Robertſonus. Hujus editionis exemplaria pleraque in nupero incendio Londinenſi ſunt Vulcano tradita et poenitus fere conſumpta. f)

[Unica eaque rariſſima eſt editio, quae ſolam Novi Teſtamenti verſionem ſiſtit Hebraicam. Quae enim ab aliis recenſentur editiones, Cracovienſis anni 1540. fol. et Francofurtana anni 1700. 4. nullo modo huc in cenſum venire poſſunt, quippe quae Novum Teſtamentum non Hebraice verſum, ſed lingua judaeo-germanica ſcri-

d) Bibl. hebr. vol. 2. p. 416. Conf. *Le Long* p. 81. col. 1. C. *Joh Leusdeni* Philolog. graecus p. 53. *Sammlung* von Alten und Neuen theologiſchen Sachen A. 1722. p. 308. *Joh. Alb. Fabricii* biblioth. gr. vol. 3. pag. 196. vid. ſupra, Part. I. cap. III. §. XI.

e) Conf. Part. I. cap. III. §. XI. n. 14.

f) *Joh. Leusdeni* Philolog graec. p. 54. 57. *Le Long* p. 81. col. 1. D.

ſcriptum exhibent: eamque ob cauſam ad verſiones germanicas referendae ſunt. Multa quidem *Robertſonus* in ipſa verſione emendavit; multa tamen, quae a genio linguae ſanctae recedunt, emendanda et expolienda ſuperſunt. Saepiſſime nomina Affixa et Conſtructa cum *He* demonſtrativo apparent. Matth. I, 22. nomen Prophetae *Eſaiae*, quod a textu abeſt graeco, inſertum legitur. Interim laude ſua haud orbandus eſt *Hutterus*, qui primus integrum Novum Teſtamentum lingua hebraica prodire jubens converſioni Judaicae gentis inſervire voluit. Eundemque ſibi finem propoſuit *Robertſonus*, qui *Hutteri* grande volumen minori forma emendatius emiſit. g)

§. V.

Evangelia Hebraice.

* Quatuor Evangelia Hebraice, opera Johannis Claji. Lipſiae 1610. 8. h) [I.]

* Quatuor Evangelia Hebraice per Eliam Hutterum. Norimbergae, 1660. 4. i) [II.]

[Utraque editio commemorata *Claji* et *Hutteri* ſatis dubia eſt. Poſterioris notitiam procul dubio Auctor noſter hauſit ex R. *Schabtai ſiphte Jeſchinim*, ubi hebraice legitur: *Evangelium lingua Hebraea per manum Hutteri, Norimbergae 1660.* Verum editionem hancce non exſtare, ſed ex editione Evangeliorum anniverſariorum Norimbergenſi anni 1601. confictam eſſe ſibi perſuadet *Wolfius*. k)

* Quatuor Evangelia Novi Teſtamenti ex latino in Hebraicum ſermonem verſa a Joanne Baptiſta Jona. Romae, typis S. Congregationis propagandae fidei, 1668. fol. [III.]

Cum prolixa ejus praefatione Hebraice et Latine Clementi IX. Pont. Max. dicata, quae ſic incipit. „Plurima fuere B. P. quae me ad ſacroſancta Evangelia Hebraicis verbis exprimenda ſollicitarunt. In primis mea erga Chriſtianam religionem, cui ex animo ſemper ſtudere quantum potui, conatus ſum, ſincera fides tot annorum laboribus — conſtanter exantlatis conteſtata, et plane videbatur Chriſtianae Religionis dignitati, ſanctitatique neceſſarium, ut haec primaria ejus inſtrumenta, Arabicis, Syriacis, Graecis atque Latinis vocibus jam expreſſa, etiam Hebraicis exprimerentur, cum praeſertim inſtrumenti veteris omnes fere libri Hebraica lingua conſcripti fuerint. Deinde iniqua et impia Hebraeorum mens in Chriſtum, cujus gloriae invidentes omnia fere teſtimonia, quae de eo habentur, mutatis vel vocibus vel ſignificationibus corrumpunt: eſt enim hoc coecae impietatis ſtudium ea corrumpere, quae non poteſt refellere. Hac autem Evangeliorum verſione in verum Hebraicum ſermonem tantae audaciae occurrimus. — Profecto habeo aliquod meae audaciae incitamentum, quod juſſerit ſanctitas Veſtra horum librorum impreſſionem abſolvi.„ l)

[Ver-

g) Conf. *Wolfii* Biblioth. hebr. vol. 2. p. 416. Bibliotheca Solgeriana tom. 3. p. 3. *Joh. Vogtii* catalog. libror. rarior. p. 668. *Baueri* Biblioth. univerſ. libr. rar. tom. 4. p. 170. *Joh. Alb. Fabricii* Biblioth. gr. vol. 3. p. 126. Ejusd. Codex Apocryphus N. T. tom. I. p. 355.

h) v. Part. I. cap. III. §. XXXVII. n. 1.

i) *Le Long* p. 82. col. 2. A.

k) Biblioth. Hebr. vol. 2. p. 416. v. Part. I. cap. III. §. XXXVIII. n. 5.

l) *Le Long* pag. 81. col. 2. A. conf. p. 62. col. 1. D.

[Verſionem adornavit auctor non ex fonte, ſed ex rivulo, nimirum ex Verſione Vulgata, quam verſioni hebraicae ad latus poni curavit; quae cum ſaepius a Graeco recedat textu, et haec ex illa formatá verſio non adcurate textum ſacrum exprimit, ideoque operi Hutteriano poſtponenda eſt. Reliquos Novi Teſtamenti libros in Hebraeum transtulit ſermonem, eosque propria manu praelo adaptavit. Verum mors, quae ipſum anno 1668. e vita evocavit, quo minus coeptum opus ad finem perduceret, eum impedivit. m) Haud diſſimili fato et alia intercidit Novi Teſtamenti e Verſione Vulgata verſio Hebraica, quam pararat *Georgius Mayr*, qui Romae quoque eam publici juris facere decreverat; verum et ibidem, antequam opus praelo committi potuit, Anno 1623. ex hac vita abiit. n)

§. VI.

Matthaeus Hebraice.

[I.] * Sanctus Matthaeus Hebraice ex diſpoſitione Eliae Hutteri. Norimbergae 1599. 4. o)

[II.] * Evangelium ſecundum Matthaeum Hebraice, ſtudio Henrici Kellermanni. Moſcovii 1712. 4. p)

[III.] * תּוֹרַת הַמָּשִׁיחַ Evangelium ſecundum Matthaeum in lingua Hebraica, cum verſione latina atque ſuccinctis annotationibus Sebaſtiani Munſteri. הנה לכם המשיחיים והיהודיים תורת האלהים חדשה וקדושה ותמימה הנכתבה על ידי מַתִּי המבשר בלשון הקודש על לימוד ועל חיים של אדנינו ישוע המשיח עם עתקה בלשון רומיים ועם קצר הפירושים: Ad invictiſſimum Angliae Regem Epiſtola Sebaſt. Munſteri. Opus antiquum, ſed jam recens ex officina Henrici Petri typis evulgatum. Baſileae anno reſtitutae ſalutis M D.XXXVII. Menſe Martio. Fol.

Ex praefatione Munſteri: D. Matthaei Evangelium in nativa ſua, hoc eſt Hebraica lingua, non qualiter apud Hebraeorum vulgus, lacerum inveni, ſed a me redintegratum, et in unum corpus redactum emittimus. q)

[Ad calcem legitur: „Baſileae apud Henricum Petrum anno ſalutis „M.D.XXXVII. menſe Februario, qui eſt annus mundi juxta Judaeorum ſupputa„tionem 5297. et menſe Adar.„ Incidit *Munſterus* in antiquum, uti ſcribit, Evangelii exemplar, quod mutilum et lacunoſum erat; quod quidem redintegravit, ſed ita, ut quae ipſe hebraice verterit aut emendarit, ab iis quae ex antiquo exemplari deſcripta ſunt, diſtingui haud poſſint. Addidit praeterea verſionem Latinam et annotationes ſingulis Capitibus ſubjectas, quae textum ex antiquitate Hebraica Rabbinorumque effatis illuſtrant. Epiſtolam nuncupatoriam excipit tractatus Hebraice et Latine ſcriptus, ſub titulo: *Haec eſt fides Chriſtianorum ſancta recta et perfecta atque indubitata, interprete Sebaſtiano Munſtero*, et alius tractatulus: *Haec eſt fides Jehudaeorum, quam ipſi credunt hoc aevo atque diebus iſtis;* cum *Cenſura fidei imo errorum Jehudaeorum per Sebaſt. Munſt.* et *Reſponſionibus quibusdam et rationibus* con-

m) *Wolffius* biblioth. hebr. vol. 2. p. 417.
n) *Le Long* p. 61. col. 2. A. *Phil. Alegambe* biblioth. ſcript. Soc. Jeſu p. 157.
o) v. Part. I. cap III. §. XI. n. 11.
p) v Part. I. Cap. III. §. XXXVII. n. 2.
q) *Le Long* p. 81. col. 2. D. coll. p. 101.

contra vanitates et errores Jehudaeorum, quibus objectionibus e libris Judaeorum Toldos Jeſchu, Nizzachon, Sepher Emunath, Sepher Haggaluj et Sepher Berith tachat teſchubhah deſumptis reſpondetur. Haec omnia Hebraice cum Latina verſione. Ipſum denique Evangelium Hebraicum ſequitur diviſis columnis inſcriptum, ita ut in interiori Textus hebraicus punctatus, in exteriori vero Latina appareat verſio. Annotationes *Münſteri* Criticis Anglicanis inſertae ſunt. Celebris eſt illa de Evangelio *Matthaei* Hebraico inter eruditos quaeſtio, *Matthaeus* nimirum utrum Hebraice an Graece ſuum ſcripſerit Evangelium? Loquuntur Patres de Evangelio Hebraice ſcripto, et de Evangelio Nazaraeorum Hebraico; et exinde *Matthaeum* hebraice ſcripſiſſe inferunt, qui Textum Graecum verſionem ex Hebraeo eſſe adfirmant. Secus ſtatuunt alii, et olim Evangelium inter Ebionitas fuiſſe Hebraicum concedunt, illud vero interpolatam verſionem fuiſſe e Graeco contextu, argumentis confirmant. Quae ab utraque parte in medium proferuntur argumenta, ante viginti quatuor annos peculiari tractatu de lingua Matthaei authentica recenſuimus. Verum *Matthaeus* ſive Hebraice, ſive Graece ſcripſerit, Evangelium a *Munſtero* editum non authenticum, ſed e Graeco eſſe verſionem, quam certiſſime conſtat. [r])

* תורת המשיח Evangelium ſecundum Matthaeum in lingua Hebraica cum verſione latina atque annotationibus Seb. Munſteri. — Una cum Epiſtola D. Pauli ad Hebraeos Hebraice et Latine. Cum Gratia et Privilegio Caeſareae Majeſtatis. Baſileae, apud Henrichum Petrum. (1557.) 8. [s]) [IV.]

[Editio ſecunda, quae ab auctore noſtro et *Wolffio* per errorem typographicum ad annum 1537. refertur. Sic enim ad calcem Evangelii Matthaei: „Baſileae „per Henrichum Petri Anno M.D.LVII. Menſe Auguſto.„ Priori editioni in omnibus ſola excepta forma externa reſpondet, et in utroque titulo hebraica ad Lectorem hujus tenoris legitur allocutio: „Videte Chriſtiani et Judaei novam ſanctam et per„fectam legem Domini, a Matthaeo Evangeliſta lingua ſancta ſcriptam, de doctrina „et vita Domini noſtri Jeſu Meſſiae, cum verſione latina et brevioribus annotationi„bus.„ Typi Hebraici huius editionis minoris ſunt formae et parum diſtincti. Acceſſit Epiſtola Pauli ad Hebraeos Hebraice et Latine. [t])

* תורת המשיח Evangelium ſecundum Matthaeum. — Baſileae apud Sebaſt. Henric. Petri. MDLXXX. 8. [u]) [V.]

[Editio tertia praecedenti omni ex parte reſpondens, quam vero Auctor noſter ad annum 1581. refert. In ſingulis editionibus eadem eſt verſio hebraica, ab Hutteriana diverſa, quam vero ex incorrecto exemplari Latino confectam eſſe, exinde

r) v. Tractatum noſtrum von der Grundſprache des Evangelii Matthaei, Halae, 1755. 8. *J. D. Michaelis* Einleitung in die Bücher des neuen Bundes, tom. I. p. 956-1145. *Wolffii* Biblioth. Hebr. vol. 2. p. 417. *Joh. Alb. Fabricii* Biblioth. graec. vol. 3. p. 126. *Rich. Simon* hiſt. crit. des Verſions du N. T. p. 231. *J. G. Pritii* introduct. in N. T. p. 301. *Joh. Millii* prolegom. in N. T. p. 116. *Knochii* hiſtor. crit. Nachrichten p. 553. *J. G. Hagemanni* Nachrichten von den Ueberſ. der H. S. p. 92.

s) *Le Long* p. 81. col. 2. E.

t) *Wolffii* biblioth. hebr vol. 2. pag. 417. *J. M. Goezii* Verzeichnis ſeiner Bibelſammlung p. 294. Beyträge zur Geſchichte merkwürd. Bücher p. 31.

u) *Le Long* p. 81. col. 2. E.

inde apparet, quod quoties eadem vox graeca aliter in latina verſione redditur, etiam in hebraica verſione diverſa occurrant vocabula: et contra, ubi diverſae voces graecae eodem modo in latino exemplari redduntur, in Hebraica verſione eadem vox recurrat. v)

[VI.] תורת המשיח Evangelium ſecundum Matthaeum — 1582. 8.

Ad calcem notatur typographus: „Baſileae per Sebaſtianum Henricpetri a „chriſto MDXXCII. Menſe Auguſto.„ Editio accurate cum editione anni 1557. et 1580. conſentiens. In ipſo libri titulo Epiſtola ad Hebraeos expreſſe nominatur. Interim haud raro inveniuntur hujus editionis exemplaria, a quibus Epiſtola ad Hebraeos abeſt. Fortaſſis varia exemplaria publice diſtracta ſunt, antequam Epiſtola ad Hebraeos finita eſt. w)

[VII.] * Evangelium ſecundum Matthaeum Hebraice, cura Johannis Quinquarborei. Pariſiis apud Martinum Juvenem. MDLI. 8.

Ex praefatione Quinquarborei: Contextus Hebraici Evangelii, quod D. Matthaei nomine circumfertur, omnino ſenſu cum latino convenit Evangelio, quod tandem Eccleſia probavit et recepit. — Quod vero hoc ipſum ſit Evangelium, quod D. Matthaeus hebraice ſcripſit, ambigere quis poſſit; nam illud quod citatur ab ipſo D. Hieronymo in Capite Matth. XII. diverſum eſſe ab hoc deprehendet, et a plerisque (ait ille) Matthaei authenticum vocatur. Itaque tametſi Sebaſtianus Munſterus hoc mutilum et lacerum afferat ſe extorſiſſe a Judaeis, et pro ſua virili, quod lacerum erat, reſarciiſſe, nihil auſim de eo aliud affirmare, quam quod opus eſſe putem meo judicio ſatis antiquum; ſi tamen Münſterus, quae in eo reſtituit, vel de ſuo addidit, aſteriſco vel ſigno quovis alio notaſſet, multo certe melius nobis conſuluiſſet: nam ita cognoſceremus antiqui auctoris ſtylum et phraſes, meliusque de ipſo auctore judicaremus. x)

[Recuſam dedit *Quinquarboreus* primam *Sebaſtiani Munſteri* editionem; hinc Epiſtola ad Hebraeos, quae ſequentibus editionibus auctarii loco acceſſit, ab hac Pariſienſi quoque abeſt. Quo vero aliquomodo auctior prodiret haec editio, Pſalmos VII. poenitentiales, Pſalmum CXIX, Orationem Danielis et Decalogum ei addidit. y)

[VIII.] * בשורת מתי עד היום הזה כמוסה עם היהודים ונחבאה במעלותם ועתה
באחרונה מתוך חדריהם ומחושך מוצאת לאור שנת הנך הרה
ויולדת בן לפק מגאולתנו פה בפאריס הא בצרפת

Evangelium Hebraicum Matthaei, recens e Judaeorum penetralibus erutum, cum interpretatione Latina, ad Vulgatam quoad fieri potuit accommodata. Cum Privilegio. Pariſiis apud Martinum Juvenem ſub inſigni D. Chriſtophori e regione Gymnaſii Cameracenſium. M.D.LV. 8.

Joannes Mercerus auctor eſt translationis latinae. Praefixa eſt Epiſtola Joannis Tilii tunc Epiſcopi Briocenſis, deinde Meldenſis.

Ex

v) *Wolffii* Biblioth. hebr. vol. 2. p. 417. vol. 4. p. 160. *Joh. Jac. Wetſtenii* prolegom. in Nov. Teſt. p. 279.

w) Catalog. Biblioth. Baumgart. p. 45. n. 173. 174. Conf. infra §. XII.

x) *Le Long* p. 81. col. 2. E.

y) *Wolffii* Biblioth hebr. vol. 2. p. 417. *Maittaire* annal. typ. tom. 3. part. 2. p. 545. v. Part. I. Sect. I. §. LXVII. not. p.

Ex praefatione Tilii: Anno ſuperiore (ſc. 1553.) profectus in Italiam, hoc D. Matthaei Evangelium reperi, quod equidem ut non auſim affirmare de eo, quod ſua illa lingua divinitus conſcripſit, expreſſum, ita ex eruditorum hominum teſtimonio atque praedicatione poſſim aſſerere a Rabbinica dictione plurimum abeſſe, eaque conſcriptum orationis puritate, quam nulla poſt deſolatam hanc gentem ſcripta redoleant. Longe enim aliud ab eo eſt, quod nobis Munſterus plerumque ineptum et barbarum obtruſit. Hoc nitidius eſt, praeterquam quod phraſes nobis hebraicas multis in locis dilucidiores facit. — Itaque — ut verbum de verbo religioſe converteretur, curavi, ad hancque rem ſacram Joannis Merceri opera ſum uſus.

Ex praefatione Joannis Merceri: Quum Matthaeum Hebraicum nuper a Judaeis Romanis extorſum opera obſervandiſſimi Epiſcopi Briocenſis ſciebamus cum vulgata et recepta editione multis locis diſſidere, de ea re hic te paucis admonere, Lector, viſum eſt. Scito ergo hic omiſſa nonnulla — pleraque addita et luculentius explicata, non pauca immutata et in diverſum ſenſum expreſſa — Ut ut ſit, haec ſatis pure ſcripta, ſi diligenter evolvas, nec a veteris inſtrumenti nitore procul abeſſe, etſi nonnihil Rabbiniſmi interdum adjunctum comperies.

Illud quidem Hebraicum Evangelium (*inquit Grotius*) [z]) quod a Tilio, et alterum, quod a Munſtero eſt editum, non eſſe Matthaei adeo certum eſt, ut nullis indigeat argumentis.

Hodie Hebraica Matthaei duplex extat editio (*ut ſcribit Heideggerus*) [a]) quarum prior Sebaſtiani primum Munſteri, atque iterum Joannis Quinquarborei opera in lucem venit, altera a Joanne Mercero. Latine explanata Joannis demum Tilii beneficio publicata eſt. Utraque tamen a Judaeis e Latina interpretatione converſa creditur.

Incomptior eſt (*ait Huetius*) [b]) prior illa Munſteri editio, et aliquando etiam ubi lacerus deficeret codex, ab illo refarta; cultior altera Tilii et nitidior, ſed levi tamen et exiguo inter eas diſcrimine.

Latebat hoc tempore (*anno 1554, inquit Joh. Millius*) [c]) apud Judaeos, qui Romae erant, inter alios libros Evangelium Hebraicum Matthaei, Munſteriano nonnihil diſſimile, et ad codicem vitioſum expreſſum. In eo nonnulla praetermiſſa erant incuria ſcribae: Addita erant plurima et luculentae adhibitae explicationes: haud pauca plane immutata erant, et in alienum ſenſum expreſſa. Librum hunc a Judaeis iſtis impetratum edidit Joannes Tilius an. 1555. cum lat. Jo. Merceri verſione, in qua omiſſa, addita, mutata, in hoc Evangelio ſuis quaecunque notulis deſignavit interpres. Sed parum ad nos varietates iſtae, vel enim errores ſcribarum ſunt, vel fortaſſe ipſorum Judaeorum aſſumenta. Certe Evangelium ipſum expreſſum erat ad latinum aliquod exemplar. [d])

[Duabus partibus abſolvitur editio. Prior continet textum Hebraeum ſine punctis expreſſum. Poſterior vero pars titulum habet ſequentem: „Evangelium „Matthaei ex Hebraeo fideliter redditum. Pariſiis apud Martinum Juvenem ſub inſi„gni D. Chriſtophori e regione Gymnaſii Cameracenſium. 1555.„ *Joh. Mercerus*, cui

z) In initio Annotat. in Matth.
a) Enchirid. biblic. lib. 3. cap. 2. §. 5. pag. 461.
b) De claris interpretibus §. 12.
c) Prolegom. in N. T. p. 127.
d) *Le Long* p. 82. col. 1. B.

cui plures, inprimis ex Chaldaifmo, debemus verfiones latinas, auctor eft Verfionis Latinae. Septem Pfalmi Poenitentiales, aliaque, quae tefte *Cl. Knochio*, exemplari, quod in Bibliotheca Biblica Brunfuicenfi adfervatur, adfuta inveniuntur: fato aliquo ex editione *Quinquarborei* in hanc *Tilii* tranfiere. [e])

§. VII.

Partes Evang. Matth.

Matthaei Caput I. et II. et fex primi verficuli Capitis III. Hebraice, per Antonium Margaritam. Lipfiae 1533. 8.

Prodiit hoc fragmentum ex verfione *Antonii Margaritae* ex Judaifmo converfi una cum Pfalterio Hebraico Lipfiae ex officina *Melchioris Lottheri.* Totius Evangelii verfionem hebraicam auctor, fi fpecimen hocce eruditis fefe probaret, publici juris facere voluit. Sed promiffis fuis haud ftare potuit. [f])

§. VIII.

Marcus hebraice.

[I.] Sanctus Marcus Hebraice ex difpofitione Eliae Hutteri. Norimbergae 1600. 4. [g])

* בשורה המשיח ביד מרקוס המבשר:

[II.] Evangelium divi Marci. Hebraice converfum opera et ftudio Waltheri Herbft, Hannoverani. Witebergae Anno M.D.LXXV. 8. [h])

[Schediafma quinque plagulis conftans, in cujus epiftola nuncupatoria Senatui Hannoverano infcripta interpres, qui a Judaifmo ad Chriftianorum facra transiit, fe quanta omnino diligentia fieri potuerit, confeciffe, ac potiffimum ftuduiffe in hac fua infantia, ut vocabula effent biblica, profitetur. [i])

§. IX.

Lucas hebraice.

[I.] * S. Lucae Evangelium, Hebraice ex verfione Friderici Petri. Wittebergae 1574. 8. [k])

[Interpretem, *Fridericum Petri*, Paftorem Ecclefiae Brunfvicenfem, ob eximiam linguae Hebraicae cognitionem commendat optime *Michael Neander*, qui de hoc ejus fpecimine addit: „Atque de illo teftatum faciunt Evangelia ejus dominicalia de Graeco Hebraea facta, Lucae etiam Evangeliftae Evangelium, quod ipfe „primus hac noftra aetate oratione Hebraea plana atque facili adeo perfpicue planeque Hebraeum de Graeco fecit, ut ex fola illa translatione facili ac plana, modo „praecepta quis mediocriter teneat, linguam fanctam eruditam fine magna moleftia „bre-

e) Conf. *Wolffii* Biblioth. Hebr. vol. 2. p. 417. vol. 4. p. 161. *Joh. Alb. Fabricii* biblioth. gr. vol. 3. p. 126. *Rich. Simon* hiftoire crit. des Verf. du N. T. c. 20. p. 231. *Hagemanni* Nachrichten von den fürnehmften Ueberf. p. 93. *Knochii* hift. crit. Nachrichten p. 556. *Maittaire* annal. typogr. tom. 3. part. 2. p. 652. *J. M. Goezii* Verzeichnis feiner Bibelfamml. p. 295.

f) Conf. *Wolffii* Biblioth. hebr. vol. 4. p. 162. *J. M. Goezii* fortgefetztes Verzeichnis feiner Bibelfamml. p. 5. vid. Part. I. cap. I. fect. I. §. XCVII.

g) v. Part. I. c. III. §. XI. n. 12.

h) *Le Long* p. 82. col. 2. D.

i) Conf. *Wolffii* Biblioth. Hebr. vol. 3. num. 560. b. vol. 4. p. 162. Allgemeines Gelehrtenlexicon, f. v. *Herbft.*

k) *Le Long* p. 82. col. 2. D.

„brevi temporis ſpatio addiſcere poſſit. Caetera ejus, quae in eadem lingua nunc „meditatur, tempus producet tandem in apertum et occaſio.„ Quod tamen neque tempus neque occaſio praeſtitit. Auctor ex Judaiſmo ad noſtra acceſſit ſacra. [l])

Evangelium Lucae. Pars prior. Ab Erudito Proſelyto Henr. Chr. Imman. Frommanno Doct. Med. in linguam ebr. transferri ac explicari curavit ediditque Jo. Henr. Callenberg, Phil. Prof. P. Halae in typographia inſtituti judaici. 1735. 8. [II.]

Evangelium Lucae. Pars poſterior — 1737. 8.

Eleganti ſplendidoque ſermone hebraico ſiſtit interpres utramque Evangelii Lucae partem, qui tamen operi non omni ex parte ultimam adhibere potuit manum. Nam uti editor in praefatione latine ſcripta refert, interpres, cum opus ſub praelo ſudaret, ad ſuperos evocatus eſt. „Pervenit beatus vir in recognoſcendo ſub edi„tione libro uſque ad capitis XII. finem. Hoc priori comprehendo parte.„ Textus prioris partis punctis animatus eſt, cui ſatis amplae accedunt annotationes ſermone Rabbinico conſcriptae. In parte poſteriori Textus procedit ſine punctis, annotationes vero deſinunt ad Cap. XXII, 16. Antiquior recenſetur Evangelii Lucae verſio per *Erhardum Schiggium*, et Evangelium Johannis ab eodem in Hebraeum ſermonem translatum, ex *Imbonato* ab Auctoribus Lexici Eruditorum. Verum verſio iſta quamvis ad finem perducta, lucem nunquam adſpexit. [m])

Evangelium Lucae Pars prior — Pars poſterior — Halae in typographia inſtituti Judaici 1737. 8. [III.]

Titulus quidem cum antiquiore accurate conſentit editione: ſed ipſum opus ab illa probe eſt diſtinguendum; ſolus enim textus hebraicus antiquioris editionis ſine punctis et annotationibus hic iterum exhibetur.

§. X.

Acta Apoſt. hebr.

Acta Apoſtolorum Hebraice, interprete H. C. J. Frommanno. Halae 1737. 8.

Acceſſit haec verſio Evangelio Lucae eodem interprete. v. §. praeced.

§. XI.

* Epiſtola D. Pauli ad Romanos, Hebraice. Leidae 1616. 4. [n])

§. XII.

Epiſt. ad Hebr. hebraice.

* Epiſtola Divi Pauli ad Hebraeos cum Latina verſione Alfonſi de Zamora. Compluti 1526. 4. [I.]

V. ejus Introductio artis grammaticae Hebr. [o])

[Ita Auctor noſter, quem ſequutus eſt *Wolffius* in ſecundo Bibliothecae Hebraicae volumine. Verum Epiſtola illa Hebraice et Latine edita non eſt Divi Pauli,

 ſed

l) Conf. *Mich. Neandri* orbis terrae partium explicatio p. 95. b. *Wolffii* Biblioth. hebr. vol. 3. p. 946. vol. 4. p. 162. 175. Conf. *Wolffii* biblioth. hebr. vol. 4. p. 159. et 162. et vol. 3. p. 88.

m) Catal. Biblioth. Baumgart. p. 45. n.

n) *Le Long* p. 83. col. 1. A. *Wolffius* vol. 2. p. 418.

o) *Le Long* p. 83. col. 1. 8.

ſed ipſius *Zamorae*, quam ad infideles Hebraeos urbis Romae ad redarguendam illorum perfidiam hebraice et latine conſcripſit. p)

[II.] * Beati Pauli Apoſtoli epiſtola ad Hebraeos, hebraice et latine. (Baſileae 1557. 8.)

[III.] * Beati Pauli Apoſtoli — Baſileae 1580. 8.

[IV.] * Beati Pauli Apoſtoli — Baſileae 1582. 8. q)

[Appendicis loco adjecta eſt Epiſtola duplici ſermone, Hebraeo et Latino, at ſine annotationibus, tribus iſtis Evangelii Matthaei editionibus, quas ſupra §. VI. n. 2. 3. 4. recenſuimus. Negat quidem *Carpzovius* in Epiſtola editioni Lipſienſi anni 1676. addita, Epiſtolam ad Hebraeos ad calcem Evangelii exſtare. Sed ille uſus eſt vel editione prima *Sebaſt. Munſteri*, vel editione *Quinquarborei*; vel denique exemplar ejus mutilum fuit, quod quam facillime ignorari potuit. Evangelium enim Matthaei, a dextera ad ſiniſtram manu, Epiſtola ad Hebraeos vero a ſiniſtra ad dexteram aperitur, et in pagina intermedia ſeu ultima Epiſtolae vox expreſſa eſt *Finis*: in ultima vero Evangelii proxime ſequenti, conſpicitur Emblema *Henrici Petri* typographi. r)

[V.] * Epiſtola ad Hebraeos ex Graeco in purum idioma Ebraeorum verbotenus et accurate translatum a Friderico Alberto Chriſtiano, quondam Judaeo, nunc per Dei gratiam Proſelyto, ante triennium anno Chriſti MDCLXXIII. Argentinae per Baptiſmum in eccleſiam cooptato. Acceſſit auctoris Vita cum praecipuis momentis converſionis. (Lipſiae 1676.) 4.

Cum praefatione Jo. Bened. Carpzovii, qui hanc verſionem ob ſtyli elegantiam et inſignem cum phraſi veteris inſtrumenti convenientiam magnopere commendat. s)

[Praemittitur Epiſtola nuncupatoria *Joh. Georgio* II. Elect. inſcripta, praefatio prior ad Protoſynedrium electorale, et poſterior ad Academiam Lipſienſem, omnia Hebraice et Latine. Sequitur Epiſtola Pauli ad Hebraeos ſine punctis cum verſione Latina, quam excipit Epiſtola *Carpzovii*, in qua de lingua authentica Epiſtolae ad Hebraeos diſputat, et *Munſterum* quidem Epiſtolam ad Hebraeos Hebraice verſam promiſiſſe, attamen non edidiſſe adfirmat. Accedit vita et hiſtoria converſionis auctoris, cujus jam ſupra mentionem fecimus, hominis malae fidei, qui ad priſtinum rediiſſe vomitum videtur. t)

[VI.] Epiſtola ad Hebraeos ex graeco in purum idioma Ebraeum verbotenus et accurate translata a Friderico Alberto Chriſtiano — Halae 1734. 8.

Editionem iteratam ex Inſtituto Judaico procuravit D. J. H. Callenbergius. u)

§. XIII.

p) Conf. *Wolffius* vol. 2. p. 418. et 1047. vol. 4. p. 163.

q) *Le Long* p. 83. col. 1. B.

r) *Wolffii* Bibl. hebr. vol. 2. p. 418. *Fabricii* biblioth. gr. vol. 3. p. 196.

s) *Le Long* p. 83. vol. 1. B.

t) Conf. *Wolffii* biblioth. hebr. vol. 2. p. 418. *J. M. Goezii* Verzeichnis ſeiner Bibelſamml. p. 86. *Fabricius* l. c. v. ſupra Part. I. cap. I ſect. II. §. XLIV. n. 3.

u) Catalog. Biblioth. Baumgart. pag. 45. n. 177.

§. XIII.

Evangelia anniv. hebr.

Evangelia Anniverſaria, Hebraice ſtudio Joannis Claji. Lipſ. 1576. 8. [I.]
* Evangelia Anniverſaria Hebr. — Claji. Lipſ. 1578. 8. [II.]
Evangelia Anniverſaria Hebr. —. Claji. Lipſ. 1586. 8. [III.]
Evangelia Anniverſaria Hebr. — Claji. Lipſ. 1665. 8. [IV.]
* Lectiones Evangeliorum et Epiſtolarum anniverſariae Ebraice, editae ab Elia Huttero. Noribergae 1601. 8. v) [V.]
Lectiones Evangeliorum et Epiſtolarum — ab Elia Huttero. Lipſiae 1663. 8. [VI.]

De hisce editionibus conferenda ſunt, quae ſupra de Polyglottis annotavimus: polyglottae enim ſunt, et cum textu Graeco verſiones, Hebraicam, Latinam et Germanicam conjungunt. w)

Evangelia anniverſaria, quae Dominicis diebus et in Sanctorum Feſtis leguntur, Ebraice converſa a Friderico Petri. Witebergae apud Joh. Cratonem 1573. 8. [VII.]

Editio prima verſionis Hebraicae Evangeliorum anniverſariorum ejusdem auctoris, cujus verſionem Hebraicam Evangelii Lucae ſupra §. IX. laudavimus. Verſioni *Joh. Claji* hanc, quia propius ad phraſin biblicam accedat, praeferendam cenſet *Reimmannus* x) et hoc quidem non ſine ratione. In eo enim laboravit Interpres, ut ſtylo concinno et biblico ſacra effata eloqueretur, de quo ipſe in Epiſtola dedicatoria ad Senatum Brunſuicenſem: „Quae mea eſt tenuitas, operam dedi, ut vocabula eſſent biblica. — Propria tamen nomina, et quaedam vocabula alia, quae non extant in Bibliis, deſcripſi ex Evangelio D. Matthaei, quod olim Baſileae Seb. Munſterus edidit. Quodſi cognovero, hanc meam qualemcunque operam hujus linguae ſtudioſis non eſſe ingratam, dabo aliquando, ſi feret occaſio, vel paſſionem Chriſti ex 4 Evangeliſtis congeſtam, vel Evangelium Lucae. etc.„

* Evangelia anniverſaria — hebraice converſa per Fridericum Petri. Antwerpiae ex officina Chriſtoph. Plantini 1581. 8. [VIII.]

Praefatio: Habes, Lector, Evangelia Dominicalia et de Sanctorum Feſtis, ita Hebraice converſa et emendata, ut ad primam editionem collata, pene nova videantur, et ad Biblicarum hiſtoriarum locutiones propius accedant, quantum fieri potuit et licuit phraſis perſpicuitate et facilitate et obſervata propria vocum ſignificatione, collatis ſcilicet verbis Evangeliſtarum ad graecam verſionem LXX. Interpretum. y)

Evangelia anniverſaria — Hebraice converſa per Fridericum Petri. Cantabrigiae 1648. 8. z) [IX.]

Evangeliorum Lectiones anniverſariae edente Guill. Robertſonio. Londini 1661. 8. [X.]

Idem

v) *Le Long* p. 81. col. 2. E.
w) v. Part. I. cap. III. §. XXXVIII. n. 1-6.
x) Catal. Biblioth. theolog. tom. I, pag. 253.
y) *Le Long* p. 82. col. 2. E. *Wolffius* vol. 4. pag. 162. 163.
z) *Wolffius* ibid.

Idem *Robertſonius*, cui editionem Novi Teſtamenti Hebraici debemus §. IV. ex editione Polyglotta Hutteriana, Evangelicas lectiones ſeorſim hebraice exſcribi curavit. [a])

§. XIV.

Epiſtolae anniverſ. hebr.

[I.] Lectiones Epiſtolarum anniverſariae Ebraice editae ab Elia Huttero. Norimbergae 1601. 8. Lipſiae 1663. 8. §. XIII.

[II.] * Epiſtolae anniverſariae Ebraice ex Graeco et Syro ſermone a Conrado Neandro. Lipſiae 1586. 8. [b])

Vide inter Polyglotta. [c])

§. XV.

Fragmenta hebraica.

[I.] Oratio Dominica et Magnificat, hebraice et latine, interprete Matthaeo Adriani. (Tubingae 1513.) 4.

Proſtat libellus ſub titulo: „Libellus horam faciendi pro Domino ſcilicet filio virginis Mariae, cujus myſterium in prologo legenti patebit.„ Ad calcem notatur: „Tubingae in aedibus Thomae Anshelmi Badenſis Anno Domini M. D. XIII. „Menſe Januario.„ *Matthaeus Adriani*, Hiſpanus Exjudaeus, Orationem Dominicam, Canticumque Mariae, nec non Symbolum Apoſtolicum aliasque preces in honorem Mariae compoſitas, in hebraicam transtulit linguam, et ita exſcribi curavit, ut prima linea textum latinum, ſecunda verſionem hebraicam, tertia lectionem hebraicam typis latinis expreſſam exhibeat. Ex hac opella *Boſchenſteinius* ſua ſequentibus editionibus inſerta hauſit. [d])

[II.] Decem Praecepta Exodi XX. Oratio Dominica Matth. VI. Luc. XI. Salutatio Angelica Luc. I. Symbolum Apoſtolorum. Canticum Mariae Luc. I. Canticum Simeonis Luc. II. Ann. Veni Sancte. Ann. Salve Regina. Canticum Zachariae Luc. I. Auguſtae Vindel. per Erh. Oeglin. 1514. 4.

Libellus inſcribitur: „Contenta in hoc libello nuper a Joanne Boeſchenſtein „Eslingenſi edito: Elementale introductorium in hebraeas litteras teutonice et hebrai- „ce legendas: Decem praecepta decalogi etc.„ Praemittitur Epiſtola dedicatoria ad Johannem Reuchlinum IV. Non. Junii 1514. data. Quae hic hebraice exhibentur, partim a *Boeſchenſteinio* ſunt verſa, partim ex *Adriani* opella ſuperiori mutuo ſumta. *Boeſchenſteinii*, cujus inter interpretes Librorum ſacrorum fata paucis enarrabimus, ſingula ſcripta ſunt rariſſima. [e])

[III.] Introductio utiliſſima hebraice diſcere cupientibus cum latiori emendatione Joh. Boeſchenſtein. Oratio Dominica. Angelica Salutatio. Salve Regina

a) *Wolffius* vol. 2. p. 418. *Fabricius* l. c. p. 196.

b) *Le Long* p. 83. col. 1. A.

c) v. Part. I. Cap. III. §. XXXVIII. n. 8.

d) Conf. *Hirtii* oriental. und exeget. Biblioth. vol. 3. p. 320.

e) Conf. *Fr. Ant. Veithi* diatribe de origine et incrementis artis typograph. in urbe Auguſta Vindelica p. 56. *G. G. Zapfii* annales typographiae Auguſtanae p. 58. *Baueri* biblioth. univerſ. libror. rar. vol. I. p. 130.

gina Hebraice. Matthaeo Adriano equite aurato interprete. Auguſtae Vindel. in officina Sigism. Grimm Medici ac Marci Wirſung. 1520. 4.

Quae hic hebraice exhibentur, eodem modo expreſſa ſunt, uti in prima editione Tubingenſi. f)

Introductio utiliſſima Hebraice diſcere cupientibus. Oratio Dominica. Angelica Salutatio. Salve Regina. Hebraice, Matthaeo Adriano equite aurato interprete. (Apud inclytam Baſileam menſe Februario An. MDXX.) 8. [IV.]

Boeſchenſteinii introductionem recuſam dedit *Joh. Frobenius*, qui in ultimo opellae folio ſequentia notat: „Praeterea Dominicam Orationem et ſalutationem Angelicam et alteram Evae filiorum ad Mariam, a Matthaeo Adriano pridem hebraiſmo donatas addidimus. Baſileae Idibus Martiis Anno MDXX.„ Singula ex editione praecedente eodemque modo expreſſa ſunt. g)

Introductio utiliſſima, hebraice diſcere cupientibus, cum latiori emendatione Jo. Böſchenſtein. Oratio Dominica. Angelica Salutatio. Coloniae apud Joannem Gymnicum. An. M.D.XXXIX. 8. [V.]

Quarta editio, in qua quae in titulo enumerata ſunt, typis hebraicis et latinis expreſſa ſunt. Prima editio eſt locupletiſſima; ſecunda vero, tertia et quarta ejusdem ſunt generis. Editionem ultimam vero non ipſe *Böſchenſtein* procuraſſe videtur. Ex loco editionis, editorem ad Romanos rediiſſe collegit *Baumgartenius*. h)

Oratio Dominica hebr. interpr. Auguſt. Pfeiffero. Lipſ. 1707. 8. [VI.]

Speciminis loco, ut tyrones habeant, quibus ſeſe exerceant, adjecit *Pfeifferus* interpretationem hebraicam Orationis Dominicae ad calcem grammatices hebraeae. Proſtat illa ſub titulo: Ῥαδιομαθεια ſive Methodus Ebraea iis impertita, qui linguam ſanctam vel vivo praeceptore deſtituti ſuo marte diſcere, vel facili opera docere geſtiunt. Saepius in publicum prodiit, teſte nimirum *Wolffio* i) Miſenae 1678. 1680. 1685. et Lipſiae 1689. 1694. 1702. 8. Addimus editionem Lipſienſem anni 1707. 8. quae ad manus eſt, ubi Oratio Dominica p. 178. legenda exhibetur: verum brevis ille contextus vitiis deformatus eſt typographicis: lin. 1. שמק pro שמך et lin. 4. לְאַשְׁמוֹתֵינוּ pro לאשמותינו.

§. XVI.

Libri Apocryphi.

In Librorum Apocryphorum numero nonnulli proſtant, quorum et verſio Hebraica typis exſcripta eſt. *Siracidis* librum, qui Eccleſiaſticus dicitur, hic omnium primo nominandum cenſemus. Extat inter Judaeos Hebraicus Libellus ſub nomine *Ben-Syrae*, quem ipſi Judaei eundem eſſe, qui a Chriſtianis Eccleſiaſticus dicitur, adfirmare audent; id quod a nonnullis ad-

f) *Hirſchii* millenar. III. p. 20. *Zapfii* annales p. 78.

g) Conf. Critiſche Sammlungen, Buzovii 1775. vol. 2 p. 165.

h) Nachrichten von merkw. Büchern vol. 3. p. 118. Conf. *Wolffii* biblioth. hebraica, vol. 4. p. 840. et p. 278.

i) Biblioth. hebr. vol. 2. p. 614. vol. 4. p. 297.

adfirmatur, ab aliis vero negatur. Utcumque vero ſit, id tamen certum eſt, libellum Hebraicum Judaeorum, qui *Ben-Syrae* tribuitur, et Graecum textum noſtrum adeo a ſe invicem diſſentire, ut alter alterius verſio minime eſſe poſſit. Qui itaque libelli hebraici hiſtoriam, fata et editiones ſcire cupiunt, *Wolfium* conſulant, qui, uti ſolet, ſingula accurate pertractavit. [k]) De reliquis vero Libris Apocryphis ex *Hieronymo*, *Huetio* et *Heideggero* ſequentia annotavit Auctor noſter. [l])

* Praefatio in Librum Tobiae: Chromantio et Heliodoro Epiſcopis Hieronymus Presbyter in Domino Salutem. Mirari non deſino exactionis veſtrae inſtantiam; exigitis enim, ut librum Chaldaeo ſermone conſcriptum ad latinum ſtylum traham; librum utique Tobiae, quem Hebraei de catalogo divinarum ſcripturarum ſecantes, his, quae Apocrypha memorant, nuncuparunt. Feci ſatis deſiderio veſtro, non tamen meo ſtudio. Arguunt enim nos Hebraeorum ſtudia: et imputant nobis, contra ſuum canonem latinis auribus iſta transferre. Sed melius eſſe judicans Phariſaeorum diſplicere judicio, et Epiſcoporum juſſionibus deſervire, inſtiti, ut potui. Et quia vicina eſt Chaldaeorum lingua ſermoni Hebraico; utriusque linguae peritiſſimum loquacem reperiens, unius diei laborem arripui; et quidquid ille mihi Hebraicis verbis expreſſit, hoc ego accito notario ſermonibus latinis expoſui. Orationibus veſtris mercedem hujus laboris compenſabo, quum gratum vobis didicero me, quod jubere non eſtis dedignati, compleſſe. [m])

Apud Judaeos liber Judith inter Apocrypha legitur, cujus authoritas ad roboranda illa, quae in contentionem veniunt, minus idonea judicatur. Chaldaeo tamen ſermone conſcriptus, inter hiſtorias computatur. — Hinc unam lucubratiunculam dedi, magis ſenſum e ſenſu quam ex verbo verbum transferens. Multorum codicum varietatem vitioſiſſimam amputavi. Sola ea, quae intelligentia integra in verbis Chaldaeis invenire potui, latine expreſſi. [n])

Tobiae et Judith libros, priusque Macchabaeorum volumen Ebraico primum, hoc eſt Chaldaico et Syriaco ſermone conflata fuiſſe, Origenes Epiſt. ad African. et Hieronymus prodidere; inde graeca, quam terimus, interpretatio, et Vulgata Hieronymi latina ortae ſunt; utramque vero ſi invicem contuleris, tanta apparebit diſſenſio, ut vel e diverſis eas profluxiſſe exemplaribus, qualia multa ſua fuiſſe aetate ſcribit Hieronymus, vel ſumma alterutram libertate fuiſſe accuratam fateare. [o])

Id vero apertum eſt, multum diſcrepare editionem Graecam, Syriacam et Latinam, non parcitate verborum duntaxat, ſed etiam differentia ſenſuum. [p])

§. XVII.

k) Biblioth. hebr. vol. I. et III. n. 410.
l) p. 92. col. 1. C.
m) Hieronym. in praefat. ad Libr. Tobiae.
n) Idem in praefat. ad Libr. Judith.
o) *Huetius* de claris interpretibus p. III.
p) *Joh. Henr. Heideggerus* lib. 2. Enchirid. bibl. cap. 7. Conf. infra de verſionibus graecis libr. Apocryphorum.

§. XVII.

Liber Tobiae hebr.

* Tobiae Liber, Hebraice ſine punctis Conſtantinopoli 1517. 4. [I.]

Editio rariſſima, quae in Bibliotheca Bodlejana adſervatur. q)

Liber Tobiae Hebraice. Venetiis apud Cornelium ben Baruch Adelkind. 304. (1544.) [II.]

Textus ſine punctis expreſſus eſt. Adjuncta habet alia judaica opuſcula. r)

* Liber Tobiae, Hebraice. Veneta apud Joh. de Gara. 365. (1605.) [III.]

Iterata praecedentis editio. s)

* Liber Tobiae, Hebraice. Venetiis, apud Hieronymum Albrizzi 467. (1707.) [IV.]

[Editio figuris ligneis exornata. t)

§. XVIII.

Liber Tobiae hebr. lat.

* Liber Tobiae Hebraice et Latine, ex translatione Pauli Fagii. Iſnae 1542. 4. u) [I.]

[Textus ex editione Conſtantinopolitana deſcriptus ad latus habet translationem latinam *Fagii*, qui et in ſtudioſorum gratiam textum punctis animavit: ipſum vero textum e Graeco exemplari eſſe formatum, Graeciſmi frequentiſſime obvii ſatis prod𝑢nt. Quae connumeratur editio *Jenae* 1542. 4. vitio typographico nititur. x)

* Liber Tobiae, Hebraice et Latine ex translatione Sebaſtiani Munſteri. Baſileae 1542. 4. y) [II.]

[Accepit *Munſterus*, uti ipſe profitetur, Textum Hebraicum ab *Oſwaldo Schreckenfuchſio*, huic a Judaeis Conſtantinopolitanis ſuppeditatum; qui tum ab Hieronymi verſione Latina, tum a Graeca verſione diverſus eſt, ad poſteriorem tamen aliquantulum accedit. Textus Hebraeus punctatus ad latus habet *Munſteri* verſionem, ejusque ad calcem notas. z)

* Liber Tobiae Hebraice et Latine ex verſione Seb. Munſteri. Baſileae 1549. 8. a) [III.]

[Ad calcem operis grammatici ex variis Libris Elianis concinnati. In titulo libri Tobiae, ad modum hebraicorum librorum expreſſi, unica apparet vox hebraica טוביה ligno inciſa. b)

* Liber Tobiae, Hebraice et Latine — Munſteri. Baſileae 1556. 8. [IV.]

Liber Tobiae Hebraice et Latine — Munſteri. Baſileae 1563. 8. [V.]

Singulari titulo diſtinguitur ab grammatica hebraica: „Hiſtoria Tobiae per Sebaſtianum Munſterum juxta Hebraiſmum verſa. Una cum ſcholiis ejusdem inter-

q) *Le Long* p. 80. col. 2. B. Conf. *Wolffii* biblioth. hebr. vol. 2. p. 413. Conf. vol. 1. n. 655.

r) *Wolffius* vol. 1. p. 393. vol. 2. p. 414.

s) *Le Long* et *Wolffius* l. c.

t) *Le Long* ibid. *Wolffius* vol. 4. p. 154.

u) *Le Long* p. 80. col. 2. B.

x) *Wolffius* vol. 1. p. 392. vol. 2. p. 413.

y) *Le Long* p. 80. col. 2. C.

z) v. *Wolffius* vol. 2. p. 414.

a) *Le Long* ibid.

b) *Wolffius* ibid.

terpretis. Basileae per Henrichum Petri. Anno MDLXIII.„ Liber secundum morem Latinorum exscriptus est, textus hebraicus est punctis animatus.

[VI.] * Liber Tobiae Hebraice et Latine — Munsteri. Basileae 1570. 8.

[VII.] * Liber Tobiae Hebraice, et Latine, e duplici editione Pauli Fagii et Sebastiani Munsteri. Londini 1657. fol.

Extant Libri Tobiae Hebraicae duae editiones a Munstero et a Fagio vulgatae, si modo duae, non eaedem credi possunt, quae in multis licet dissentientes, maximam tamen inter se affinitatem habent, nec minorem cum tertia quadam, quae manuscripta penes me est, (*inquit Dan. Huetius*) quaeque ad illam Münsteri propius accedit, quam ad Fagianam. Multum illae discrepant tum a Latina Hieronymi, tum et a Graeca, quam pressius tamen affectantur; et si minus ab hac, ab aliis certe, quae ad illam accuratae sunt, propagatam credere dignum sit. Utcumque est temerarium, et falsum liquet, quod a R. Davide Gans in Chronologia traditum. „Scias „autem, inquit, Librum Tobiae, qui inter nos extat lingua hebraica, versum esse e „lingua Latina in Hebraeam opera Sebast. Munsteri in urbe Basilea, ferme centum „abhinc annis, prout intelliges ex stylo hujus cum errore labiorum suorum confecto; adeo ut quilibet prudens primo intuitu animadvertat compositionem ejus non „esse a filiis Israelis.„ Quod judicium quam vanum sit, ex editione Fagiana et exemplari nostro msc. intelligitur; sed Judaeum puduit non ineptire. [c])

Falso haec asserit David Gans p. 170. siquidem cum Constantinopoli prius editam una cum versione Latina Munsterus duntaxat recudit. Utrosque codices Hebraeos exercitationis gratia confictos esse, non ita pridem Doctiss. Junius, praefatione in libros apocryphos, asseverat merito; adeo variant libere, et ab utraque Graeca et Latina editione pro lubitu discedunt. Quin et tertiam editionem Hebraeam ad Munsteri editionem propius accedentem se habere doctissimus Huetius innuit. Inter Latinam quoque et Graecam editionem discrimen immane, uti obiter conferenti liquet. Quae porro in Anglicanis Polyglottis extat Syriaca versio, cum Graeca editione potius quam cum Latina convenit. [d])

[Omni jure ab *Dan. Huetio* et *Joh. Henrico Heideggero* scriptor Judaeus falsi accusatur: verum posterior non ab omni errore immunis est, siquidem *Munsterum* editionem Constantinopolitanam recudi fecisse tradit; quod de *Fagii* editione dicendum fuisset. Utraque editio cum a se invicem maxime recedat, Londinensibus, cum Biblia pararent Polyglotta, utramque editionem Munsterianam et Fagianam cum duplici versione simul operi inserere, quam quae eligenda alterique praeferenda sit, discernere consultius visum est. [e])

§. XIX.

Liber Judith hebr.

מעשה יהודית. Historia Judithae, Hebraice. Venetiis apud Vendraminum per Johannem Imberti. 8.

Editio typis exscripta Auctori nostro ignota fuit. Sequentia enim tantummodo e *Pfeifferi* Critica sacra in medium produxit: „Extat et tersa editio Hebraica libri

c) Ita Clariss. *Huetius* propos. 4. de Libro Tobiae in demonstratione evangelica pag. 212.

d) *J. H. Heideggerus* lib. 2. Enchiridii biblici cap. 4. *Le Long* pag. 80. col. 2. D.

e) v. Part. I. c. III. §. VI.

„libri Judith, ſed a recentiori procul dubio manu Judaei cujusdam.„ *f*) Iam ante *Sebaſtiani Münſteri* aetatem verſionem hancce innotuiſſe, ex ejus verbis in praefatione ad Tobiam Hebraicum conjici poteſt: „Utinam et Hebraicum Judith exemplar „liceret invenire, quod absque dubio Conſtantinopoli a Judaeis, aeque ut Tobiae „exemplar typis eſt multiplicatum.„ Editio Conſtantinopolitana vero hactenus ſeſe eruditorum oculis ſubduxit. Veneta vero adjuncta habet Danielis apocrypha hebraice translata. *g*)

§. XX.

Carmina Hebr. V. T.

Rithmi Hebraici Pſalmis, Jobo aliisque Veteris Teſtamenti libris reſtituti. Hafniae 1685. 4. [I.]

Huncce *Joannis Pauli Reſenii* foetum inter poetas ſacros, qui libros Veteris Teſtamenti Hebraeo carmine ediderunt, refert Auctor noſter, atque ſimul ad Bibliothecam Academiae Hafnienſis provocat. Reſpicit vero Librum *Reſenii* rariſſimum, ſub titulo: Bibliotheca Regiae Academiae Hafnienſi donata, cui praefixa eſt ejusdem *Reſenii* vita. Hafniae 1685. 4. Continet illa catalogum librorum Academiae a *Reſenio* donatorum, quorum in numero ſunt Rithmi iſti: qui vero lucem non adſpexerunt, ſed manuſcripti adſervantur. *h*)

Pſalmi Rithmis hebraicis expreſſi, per R. Chananja ben Jakar, Conſtantinopoli. [II.]

Utrum hunc librum poetis hebraicis annumeret, an vero inter Commentarios in Pſalmos recenſeat, incertus eſt ipſe *Wolffius*. *Buxtorfius* et *Hottingerus* illum ad poetas referunt. R. *Schabtai* vero auctorem tantummodo commentarium in Pſalmos ſcripſiſſe aſſerit. *i*)

Pſalmi ſeptem poenitentiales Hebraeo carmine redditi per Martinum Mayerum a Schoenberg. Francofurti 1624. [III.]

Jam ſupra inter Polyglotta hunc Mayeri foetum recenſuimus, quia triplici carmine Hebraico, Graeco et Latino Pſalmi expoſiti ſunt. Verum et Poetis hebraicis annumerandus eſt auctor: textum enim Pſalmorum ipſum ad metrum revocavit. *k*)

Canticum Canticorum Salomonis paraphraſi tum ligata Hebraea et Danica, tum proſa Latina adornatum a Laurentio Petraeo. Hafniae 1640. 12. *l*) [IV.]

§. XXI.

Carmina hebr. N. T.

Libellus Chriſtiados. Wittebergae 1573. 8. [I.]

Quadruplici carmine exhibetur ſumma Evangeliorum, Latino a *Joachimo Beuſto*, germanico ab *Ambroſio Lobwaſſero*, Graeco et Hebraeo ab *Abdia Praetorio* elaborato.

Gemmae Evangelicae, ſeu ſententiae inſigniores ex Evangeliis anniverſariis collectae per Martinum Thaborem. Magdeburgi 1610. 8. [II.]

 Te-

f) *Aug. Pfeifferi* critica ſacr. p. 797. *Le Long* p. 81. col. 2. C.

g) *Wolffius* vol. 2. p. 414. 1360.

h) *LeLong* p. 924. 1098. 1104.

i) *Wolffius* vol. 1. p. 315. Conf. *Buxtorfii* biblioth. rabb. p. 470. *Hottingeri* Bibliotheca oriental. p. 50. *Fabricii* Biblioth. gr. vol. 7. p. 678.

k) v. Part. I. Cap. III. §. XXXI. n. 6. Conf. *Fabricii* biblioth. gr. vol. 7. p. 672.

l) v. Part. I. Cap. III. §. XVI. n. 3.

[III.] Tetrafticha Hebraea in textus Evangelicos per univerfum annum Jacobi Eberti. Lipfiae 1628. 8.

[IV.] Hiftoria Paffionis et Refurrectionis Chrifti, germanice, graece, latine et hebraice per M. T. Fabricium. Wittebergae 1595. 8.

Opellas hasce addit *Wolffius* verfionibus hebraicis Novi Teftamenti. m)

§. XXII.

Emendationes.

Recenfet *Joh. Georg. Hagemannus* verfiones Novi Teftamenti vel partium ejus hebraicas, fed ita ut fere omnibus, quae in medium profert, medela quaerenda fit; quam hic, ne nobis quis, varias ab illo celebratas editiones nos omififfe, objiciat, coronidis loco parabimus. Afferit ille: n)

1) *Sebaftianum Munfterum* Bafileae anno 1537. edidiffe Evangelium Matthaei et Pauli Epiftolam ad Hebraeos, hebraice cum verfione latina. Sed folum Matthaei Evangelium hebraice et latine prodiit (§. VI. n. 3.); Epiftola ad Hebraeos demum fecundae editioni anni 1557. 8. acceffit (§. VI. n. 4. §. XII. n. 2.).

2) Epiftolam ad Hebraeos prodiiffe anno 1526. cum latina verfione *Alphonfi* de Zamora: quem errorem jam fupra §. XII. n. 1. refutavimus.

3) *Eliam Hutterum* in fuis Bibliis Polyglottis Norimbergae 1600. fol. edidiffe Novi Teftamenti verfionem Hebraicam. Multoties vero a vero dicta aberrant. Nulla proftant Biblia Polyglotta *Hutteri* Norimbergae 1600. evulgata: et quae ejus funt Biblia Polyglotta, notam habent anni 1599. et in hisce nulla eft Novi Teftamenti Verfio Hebraica; fiquidem Libro Ruthae jam definunt. Exftat vero verfio Novi Teftamenti Hebraica tum in Novo Teftamento dodecaglotto anni 1599. §. IV. n. 1.; tum in Novo Teftamento tetraglotto anni 1602. et 1615. 4. § IV. n. 3. 4.

4) *Johannem Mercerum* imprimi curaffe Hebraicum Evangelium Matthaei cum Verfione Latina Parifiis 1553. 8. Scribendum vero fuiffet, Evangelium Matthaei Hebraicum prodiiffe 1555. 8. *Mercerum* effe ejus interpretem, *Joannem Tilium* vero ejus editorem. §. VI. n. 8.

5) Lucae Evangelium Wittebergae hebraice in 8. expreffum effe. Addendum fuiffet, interpretem effe *Fridericum Petri*, qui illud anno 1574. typis evulgavit. §. IX. n. 1.

6) *Guill. Robertfonii* editionem Novi Teftamenti Hebraici prodiiffe Londini 1681. Prodiit vero Anno 1661. §. IV. n. 5.

7) *Chriftianum Moellerum* Francofurti ad Oderam Anno 1700. 4. Novum Teftamentum Hebraicum et Germanicum edidiffe. Sed nulla eft verfio hebraica; folam Novi Teftamenti Germanicam verfionem typis Judaeo-germanicis exfcribi curavit.

8) *Callenbergium* Evangelium Lucae et Epiftolam ad Hebraeos hebraice edidiffe: quae quomodo intelligenda fint, fupra §. IX. n. 2. 3. et §. XII. n. 6. expofuimus. SE-

m) v. *Wolffii* biblioth. hebr. vol. 4. p. 163. vol. 3. pag. 440. *Reimmanni* Catal. Biblioth. p. 253.

n) Nachricht von den fürnehmften Ueberfetzungen der heiligen Schrift. edit. 2. 1750. 8. p. 92-94.

SECTIO II.

DE VERSIONIBVS CHALDAICIS.

§. I.

Targumim.

Verſionibus Librorum ſacrorum hebraicis proxime ſummo jure junguntur Verſiones Chaldaicae, Targumim dictae, tum quia quoad idioma proxime ad linguam ſanctam accedunt, tum quia et antiquitate et celebritate inter caeteras maxime eminent verſiones. Variae ſunt illarum editiones; plures una cum textu hebraeo prodiere, quas jam ſupra Part. I. Cap. I. Sect. II. deſcripſimus; aliae in Bibliis Polyglottis prodiere: rariſſime vero Chaldaicae Paraphraſes ſine Textu hebraeo exſcriptae ſunt. Singulas ordine recenſebimus. Verum viſum eſt auctori noſtro varia, quae ad linguam, qua conſcriptae ſunt Paraphraſes, ad numerum Paraphraſium, hiſtoriamque auctorum illarum ſpectant, recenſioni editionum praemittere, quae hic itaque una cum noſtris additamentis primum occupabunt locum.

§. II.

Lingua Chaldaica.

De Lingua, qua chaldaicae Paraphraſes conſcriptae ſunt, ſequentia notanda excerpſit auctor noſter:

* Lingua Chaldaica ſeu Aramica vigebat olim in Aſſyria, in regione Babylonica, in Meſopotamia, Syria et Palaeſtina, qua etiamnum ſcripti ſunt in Oriente libri Neſtorianorum et Maronitarum eccleſiaſtici. [a])

Merito primam [b]) et praecipuam Aramicae Linguae Dialectum facimus *Babylonicam:* in qua edoctus Daniel, item et Hezras, in eaque aliquot ſuorum ſcriptorum paginas exararunt. Secundam ejus dialectum appellamus *Chaldaicam* ſeu Syriacam: qua priores Bibliorum Paraphraſtae uſi ſunt, quales ſunt Onkelos in legem et Jonathan in utroſque Prophetas tam priores quam poſteriores. Tertiam dialectum conſtituimus *Jeroſolymitanam*, qua ſcriptae ſunt poſteriores Paraphraſes in Legem et Librum Eſther. Atque haec ideo Jeroſolymitana cta videtur, quod vulgus Iſraelitarum reducum ex Babylonico exilio multa vodicabula Ammonitica, Moabitica, Perſica et Graeca linguae Chaldaicae permiſceret. Quartam Aramicae linguae dialectum facimus mediam quandam inter Chaldaicam illam ſecundam et tertiam hanc Jeroſolymitanam: qua ſcriptae ſunt Paraphraſes ſeu Targumim in quinque Volumina, quae vocant: in Pſal-

a) Euſeb. Renaudot. praefat. in Comparationem Grammaticae
b) Inquit Bonav. Cornelius Bertramus Hebraeae et Aramicae.

Pſalmos, Proverbia et Job. Atque ex hac ſuperiorum dialectorum Aramicarum differentia duplex Targum conſtituitur ab Hebraeorum doctoribus, Babylonicum et Hieroſolymitanum. Utrumque videlicet ita vocant, non quod illud lingua Babylonica conſcriptum fuerit, hoc vero Jeroſolymitana, ſed quod illud puriore ſtylo conſtet, hoc impuriore. Quintam addimus Aramaeorum dialectum, nimirum *Talmudicam*, quae mixta videlicet eſt non ex ſuperioribus ſolis, ſed et ex Hebraica ejusque idiotiſmis, et vocabulis Latinis, Graecis, Arabicis, et Barbaris aliis audacius paulo adſumptis. Sextam et poſtremam Aramicae linguae dialectum conſtituimus *Syram* Antiochenam ſeu Comagenam, ſeu etiam Maroniticam. Illam ſexto et poſtremo loco ponimus, non quod velimus, poſt alias illas omnes ortam fuiſſe, ſed quod omnium poſtrema uſum ſuum conſtanter retinuerit, atque omnibus illis ſucceſſerit, omnesque illas antiquaverit. Illa enim eſt, cujus uſus fuit non ſolum in Eccleſia illa Antiochena, ut et in reliquo illius regionis agro; ſed et tandem in toto Patriarchatu, qui illi Eccleſiae aliquando adjudicatus eſt. c)

[Non ſine omni jure variae conſtituuntur dialectorum Chaldaicarum claſſes; quarum aliae aliis propius accedunt, et magis inter ſeſe cognatae ſunt. Non deſunt tamen, qui varia Dialectorum nomina non tam ex diverſitate linguae, quam ex diverſitate locorum derivant, in quibus eodem ſermone uſi ſunt incolae, et Babylonicam ab urbe Babylone, Syriacam a regione Syriae etc. nominatam eſſe ſtatuunt. Linguam vero Chaldaicam non linguae hebraeae dialectum, ſed plane ab illa diverſam eſſe linguam, quamvis multa Chaldaica a radicibus hebraicis derivanda ſint, ſtatuit *Br. Waltonus.* d) Specimina vero variarum dialectorum exhibet *Heinr. Opitius.* e)

§. III.

Nomen et Origo.

* Chaldaicae univerſae Paraphraſes voce communi Targumim dicuntur. Targum enim idem eſt apud Chaldaeos, ac interpretatio. Poſtquam e Captivitate Babylonica reduces fuerunt Judaei, qui per id tempus linguae ſuae obliti, Babyloniorum linguam didicerant, tum neceſſarius fuit apud eos Chaldaicarum Veteris Teſtamenti Paraphraſium uſus. Eſdras itaque cum legem coram populo legeret, alios exhibebat interpretes, qui eam chaldaice explicabant: Facta libri legis in quinquaginta ſectiones diviſione, ut ſingulis hebdomadis una ſaltem legeretur ſectio, tunc poſt lectionem Textus Hebraici ſequebatur Chaldaica ejusdem interpretatio; ita ut populus Textum Hebraicum et Chaldaicum alternis verſibus audiret. Inde nati ſunt Targumim, qui hisce temporibus tam ad ſolamen interpretum quam ad familiarum utilitatem concinnati ſunt. Pentateuchus primum in Chaldaicam Linguam converſus eſt, utpote qui ſolus tum in Synagogis legebatur, ſed poſt perſequu-

c) *Le Long* p. 87. col. 2. B. — pag. 88. col. 1. A.

d) Prolegomen. XI. p. 378.

e) Ad calcem Chaldaiſmi targumico-talmudico-rabbinici. p. 169-184.

quutionem Antiochi Epiphanis coepit fieri lectio Prophetarum, et facta est subinde Chaldaica eorundem interpretatio. f)

[Distinguendi sunt Targumim a Versione textus, quae Hebraeis העתקה audit; et potius Paraphrases seu Expositiones dicuntur, quia non accurate sacri textus verba exprimunt, sed haud raro ampliori sermone brevius dicta illustrant. Quod originem Paraphrasium attinet, plane non audiendi sunt Judaei, qui vel istas ipsas integras, vel singulares locorum certorum explicationes per oralem traditionem e Monte Sinai derivare voluerunt. Scriptores Christiani vero in quatuor potissimum abeunt sententias. Plerique iis adstipulantur, quae Auctor noster ex *Humfredi Prideaux* historia Judaica hausit. g) Aliter visum est *J. C. Wolffio*, cujus verba hic transscribimus: „Mihi quidem re accuratius expensa, ita videtur statuendum. Judaei, Babyloniorum potestati subjecti, et hinc inde per eorum regionem dispersi, tum „dominis suis blandiendi causa, tum commodis nonnullis externis suadentibus, tum ob affinitatem, quae inter Hebraicam et Chaldaicam Linguam intercedit, procul dubio in ipsa captivitate ad discendam Chaldaeorum Linguam animum adjecerunt: Illius vero studium procedente tempore inter „ipsos crevit, postquam magna eorum pars in patriam redeundi potestatem, „quae omnibus facta erat, negligerent, rerumque suarum sedem in Chaldaea „collocarent. Ibi vero externae rerum suarum conditioni rectius consulturi „linguae dominorum suorum magis magisque se tradebant. Ex quo fieri non „potuit, quin vulgus inprimis, postea vero et alii, in oblivionem difficiliorum Hebraismi Phrasium vocumque inciderent, atque adeo necesse haberent, „easdem ex lingua notiore et vernacula illustrandi. Hoc autem rectius et „facilius perfici non poterat, quam si a rerum et Linguae utriusque gnaris vel „in privatum vel aliorum etiam usum expositiones Chaldaicae, nunc commatum integrorum, nunc vocum singularium, glossematum instar, ad marginem Codicis sacri referrentur. Hae illustrationes cum tempore ipso variorum curis auctae et amplificatae excitasse deinde alios, v. c. Jonathanem, „Onkelosum etc. videntur, ut et his, aliorum industria partis, uterentur, et „quae deerant, de suis supplerent. Hac via et methodo Commentarios in „antiquos Scriptores Graecos posteris subnatos esse norunt, quibus compertum est, ex glossis scholia, ex scholiis paraphrases, et ex his Commentarios denique prodiisse„ h) Quibus vero conjecturis, quas multa eruditione variisque testimoniis auctor stabilire et confirmare studuit, adsensum denegavit *J. G. Carpzovius*, qui originem Paraphrasium ad tempora *Antiochi Epiphanis* restringit. Syris permisti Judaei hoc tempore vernaculum idioma insigniter primo corruperunt, hinc demum successu temporis prorsus amiserunt, et cum Syra lingua, nec tamen pura permutarunt. Ab illo tempore, cen-

f) *Le Long* p. 88. col. 1. A-D.

g) *Waltoni* proleg. XI. p. 380. *Joh. Leusdeni* philol. hebr. mixt Diss. V. p. 33. Adde infra laudatos plures scriptores.

h) Biblioth. hebr. vol. 2. p. 1141.

censet *Carpzovius*, in sacris publicis interpretem adhiberi coeptum esse, qui rudi populo vel in vernacula et Aramaea, vel in Babylonica s. Chaldaea Lingua redderet, quae ex fontibus Hebraeis ab Anagnoste praelegebantur. Orales vero istae interpretationes posteriori tempore a *Jonathane* et *Onkeloso* aliisque litteris commissae sunt, non ut publice praelegerentur, sed ut privatae piorum, ast linguae Hebraeae rudium ac imperitorum auditorum lectioni inservirent, hinc et ab interpretibus publicis in subsidium vocarentur, cum domi se ad hanc operam accingerent et praepararent. [i]) Non vero audiendus est *Joh. Morinus*, qui Paraphrases istas, de quibus Judaei, eos ante Christum duobus aut tribus seculis vixisse jactitant, quinque aut sex seculis post ipsum vixisse statuit. [k]) Silentio denique non praetermittenda est Cl. *Tychsenii* sententia, qui jam tempore Esdrae officium interpretis, Methurgeman dicti, fuisse statuit, ut singula commata publice hebraice praelecta, secundum morem pronunciandi Chaldaicum repeteret, quin et Judaeis, quibus sermo familiaris redditus erat Chaldaicus eodem modo exponeret, uti ipse multis argumentis demonstravit. [l])

§. IV.

Numerus Paraphrastum.

* Plures erant antiquitus apud Judaeos Targumim, quorum octo duntaxat supersunt, scilicet triplex in Legem, Onkelosi, Pseudo-Jonathanis et Hierosolymitanum, Targum Jonathanis in Prophetas, Targum in quinque Megilloth, Targum alterum in Volumen Esther, Targum in librum Job, in Psalmos, et in Proverbia, denique Targum in libros Chronicorum. [m])

§. V.

Judicia de Targumim in genere.

* Scito (*inquit Elias Levita*) in nihilo discrepare linguam Paraphraseos Onkelosi a lingua Paraphraseos Jonathanis, quia utraque lingua Babylonica est, pariter tanquam Danielis et Esrae; sed hujus lingua longe purior est ac nitidior quam caeterorum Targumim. Valde autem Targum Hierosolymitanum differt a Babylonico, idque quia illud conflatur ex pluribus linguis, Babylonica videlicet, Graeca, Romana et Persica. — Verum tempus, quo scriptum est Targum Hierosolymitanum in Legem et Hagiographa, nobis est incognitum; utrum scilicet fuerit ante vel post Talmudis Hierosolymitani compositionem. Adducor ut credam Targum Hierosolymitanum non extare nisi in Jobum, Proverbia et Psalmos, non vero in quinque volumina; quia non idem est orationis character, licet in his multae sint voces ex Targum Hierosolymitano. [n])

Jam

i) Critica sacr. part. 2. c. 1. p. 436.
k) Exercitat. bibl. lib. 2. exercitat. 8. c. 2. p. 321.
l) Appendix I. ad befreytes tentamen p. 77. etc.
m) Haec excerpta sunt ex Humfredi Prideaux historiae Judaicae lib. 2. sicut et quae inferius allegantur de unoquoque Targum.
n) *Elias Levita* praefat. in Meturgeman ex versione Rich. Simonis.

Jam ex his cognofcere eft: (*fcribit Rich. Simon*) quam parum certa fint ea, quae de fcriptoribus Targumim afferunt Judaei; primo enim qui fuerint Onkelos et Jonathan, quave aetate vixerint, compertum non habetur. De illorum antiquitate etiam difputant Chriftiani, dum alii, ducti potiffimum Judaeorum teftimoniis, illorum Paraphrafes circa tempora Chrifti confecta fuiffe exiftimant: alii vero has Origene atque Hieronymo pofteriores effe affirmant, quod hi illarum nusquam meminerint. Fieri tamen poteft, ut jam inde ab illis temporibus Judaeis Babylonenfibus fuerint cognitae, apud quos natae effe videntur; fed nondum, in unum veluti corpus Paraphrafeos redactae, in vulgus abierant: quomodo etiam incidi in exemplaria quaedam Pentateuchi, quibus Gallica contextus Hebraei expofitio ad fingulas fere voces adjungebatur: Gallica tamen Legis Mofaicae Paraphrafis a nemine Judaeorum hactenus laudata fuit. Verifimile eft itaque Doctores quosdam fcholarum Babylonenfium in ufum gentis fuae dictiones hebraicas Chaldaice expofuiffe; ex quibus longo poft tempore, integra demum Paraphrafis compofita fuerit. Et ut ita fentiam, facit Chaldaeus fermo purus et non inquinatus, quo fcriptae funt. Quae quidem intelligenda funt de Paraphrafi duntaxat, quae fub nomine Onkelofi extat in legem Mofis, et de altera in omnes Prophetas, quae Jonathani tribuitur. o)

[Quo tempore olim paraphrafes Chaldaicae publici juris factae fint, certo quidem nemo unquam determinabit. Ex remotiffimis enim illis temporibus nulla nobis fuperfunt documenta, unde illarum originem certo definire poffimus. Interim poft verfionem feptuagintaviralem illas demum natas effe, exinde conjici poteft, quia variis ex locis, Paraphraftes Chaldaeos illam verfionem graecam refpexiffe, quin et in fubfidium vocaffe, abunde apparet: uti variis argumentis demonftravit *Capellus*, p) nec negare voluit Cl. Michaelis. q)

§. VI.

Emendatio Textus chaldaici.

* Vulgo tribuuntur Complutenfibus caftigationis punctationis Chaldaicae exordia, quae deinde ab Aria Montano exculta, demum a *Joh. Buxtorfio* in Bibliis Bafileenfibus perfecta fuerit: fed haec longe adhuc perfectior apparet in Exemplari mfc. r)

[Quae hic a *Rich. Simon* brevius dicta funt, ampliorem exigunt expofitionem. Primo tempore Paraphrafes iftae fine punctis expofitae fuere, uti ftatuit *Elias Levita: Procul dubio interpretes fcripferunt verfiones fuas absque punctis, et demonftrant id exemplaria valde vetufta; longo poft tempore demum punctatae funt per manum unius aut alterius Anonymi, fingulae pro arbitrio*

o) *Rich. Simon* c. 13. Difq. crit. de variis biblior. editionibus p. 100. *Le Long* p. 88. col. 1. E. col. 2. E.

p) Critica facra p. 325.

q) Praefat in Chreftomath. Syriac. p. 59.

r) *Rich. Simon*, Difquifit. crit. de variis Bibl editionibus c. 13. p. 104. *Le Long* pag. 88. col. 2. E.

bitrio ſuo. [s]) Ipſa vero puncta codicibus antiquioribus adjecta minus ſunt accurata, et punctatio ipſa ſatis imperfecta. Complutenſes itaque, cum Biblia polyglotta ederent, id opus ſumma cura aggreſſi ſunt, et tum Paraphraſin in Pentateuchum, quam typis expreſſerunt, et repurgatam et ſecundum regulas punctatam, exhibuerunt, tum reliquas in reliquos Veteris Teſtamenti libros Paraphraſes ſub examen vocarunt, fabulas Rabbinorum ejecerunt, codicemque punctatum addita verſione latina, de novo deſcriptum juſſu Cardinalis Ximenii in Bibliothecam Complutenſem repoſuerunt. Spectant hunc codicem, quae Auctor noſter ſubjungit:

* Targum in totum Vetus Teſtamentum ad primum candorem redactum juxta Exemplar mſc. Syriace conſcriptum et latine redditum ab Andrea de Leon Zamorenſi: de quo *Euſebius Renaudot* ita ſcribit. [t]) De Paraphraſi Chaldaica, quam Rabbini Targum appellant, quid loquar? Vitiata et corrupta nimis, degenerans ab illo primo nitore et candore; plena Talmudicis fabulis, impietatibus ſacrilegis foedata, in quo conveniunt omnes. Ipſe Cardinalis Ximenius, ut in praefatione Complutenſi, qui Pentateuchum tunc in lucem prodidit vindicatum a mendis et erroribus, reliquos libros poſt editionem Complutenſem corrigere et emendare fecit, quos vidi in Complutenſi collegio pergamenis chartis exaratos exactiſſime correctos — Exemplaria iſta non obtinuit, imo neque vidit, (recondita enim erant) Arias Montanus, ut teſtatur Raphelengius in variis lectionibus. — Inter praecipua et exactiſſima Paraphraſis Chaldaicae exemplaria mihi occurrit exemplar Syriace conſcriptum, quod erat apud Joannem Baptiſtam Raymundum, (*quo devenerit ille ſingularis codex, rogantur, ut indicent, penes quos eſt*) traditum a Gregorio XIII. ad eum inter plurima alia exemplaria ab Oriente miſſa, ut teſtantur teſtimonia authentica, quae penes me ſunt. Exemplaria iſta ſunt integra et incorrupta, quae mala manus Rabbinica characteris ignara vitiare non potuit — Univerſam Paraphraſin Chaldaicam Veteris Teſtamenti ad primum candorem redactam et latine redditam tradidi Paulo quinto Summo Pontifici. — Et cum hic minime a veritate Hebraica diſcrepat Textus, nec a Vulgata latina translatio; quibus omnibus conſideratis mihi facultas conceſſa fuit, ut typis mandaretur opus a me elaboratum.

[Poſt Complutenſes *R. Chajim*, qui *Danielis Bombergi* Typographiae praefuit, omni quidem ſtudio eo laboravit, ut Biblia Rabbinica quam emendatiſſima prodirent, verum non tam de punctando textu Chaldaico, quam de revocando ad Maſorae praecepta Textu hebraeo ſollicitus fuit. *Arias* itaque *Montanus* in Bibliis Regiis, multa emendavit et expolivit: multa tamen *Buxtorfio* reliquit, quae hic feliciori ſucceſſu ita emendavit, ut fere omnia ad analogiam Danielis et Eſdrae reducerentur. Non omne ubique tulit punctum, aliisque in melius reddenda nonnulla reliquit. Codex ille hebraeus Mſc. ad quem ſupra provocatur, extat in Bibliotheca Cantabrigienſi cod. 2484. Integrum vero hoc punctationis opus eſſe arbitrarium et vix quid-

s) in Praefat. in Methurgeman. Antiquit. Eccl. Orient. *Le Long* p. 88. col. 2.
t) *Euſeb. Renaudot* an. 1628. in Epiſt. 3. E. et p. 89. col. 1.

quidquam certum in eo esse, sed magis ab arbitrio, quam a certa linguae ratione petendum esse, observarunt eruditi. u)

§. VII.

Partitio tractationis.

Reliqua, quae de Paraphrasibus Chaldaicis disputari solent, de illarum auctoritate inprimis apud Judaeos, qui in locis sensus dubii eum plerumque eligunt, qui auctoritate Paraphrastae suffulcitur, nec non apud Christianos, qui quamvis varias easque insulsas rejiciant interpretationes, eas tamen testium loco habent, qui de sententia veteris ecclesiae Judaicae testimonium ferunt; nec non de usu Paraphrasium, quia nihil ad historiam editionum faciunt, intacta praetermittimus: quae si quis scire cupit, infra adeat citatos scriptores. x) Placuit Auctori nostro recensiones editionum Paraphrasium ita ordinare, ut primo loco editiones istas recenseat, in quibus plures Paraphrases conjunctim exhibentur; quibus deinde singulas Paraphrases subjungit, una cum notis historicis, quibus fata et indolem cujusvis Paraphraseos exponit. Vestigia ejus prementes eodem fere ordine recensionem instituendam esse duximus; sed ita tamen, ut editiones ad primam classem relatae triplici modo distinguamus. Insertae leguntur Paraphrases tum Bibliis Polyglottis, tum vero Bibliis Rabbinicis, tum denique Triplex in Pentateuchum Targum cum Textu sacro in vulgus exiit.

§. VIII.

Biblia Chaldaic. Rabbin.

* Biblia Chaldaica. Venetiis. Dan. Bombergi. 1518. Fol. [I.]

[Prima editio Paraphrasium Chaldaicarum cum Textu Hebraeo in Bibliis Rabbinicis, quae *Felici Pratensi* et *Danieli Bombergo* debemus. Habemus hic Targum Onkelosi in Pentateuchum, Targum Jonathan b. Usiel in Prophetas priores et posteriores, Targum Josephi in Psalmos, Proverbia, Jobum et Megilloth. Appendicis loco ad calcem rejectus est Targum Hierosolymitanus et Targum secundus in Esther. Duplex itaque legis Mosaicae hic exhibetur chaldaica Paraphrasis. y)

* Biblia Chaldaica. Venetiis. Dan. Bombergi. 1525. 1526. F. [II.]

[Eaedem Paraphrases huic editioni Bibliorum Rabbinicorum a *R. b. Chajim* procuratorum, quae in priori fuere editione, insertae leguntur. Targum vero Hierosolymitanus, qui in superiori ad calcem rejectus erat, hic cum Onkelosi Paraphrasi Pentateucho hebraeo junctus est. Varia in hisce Paraphrasibus leguntur,

 quae

u) *Br. Waltoni* proleg. p. 380.

x) Conf. *Wolffii* biblioth. hebr. vol. 2. p. 1135. etc. *J. H. Hottingeri* thesaur. philolog. p. 252. etc. *J. Leusdeni* philolog. hebr. mixt. p. 33. etc. *Br. Waltoni* proleg. XI. p. 377. etc. *Rich. Simon.* hist. crit. du V. T. lib. 2. c. 18. p. 296. etc. *Christ. Kortholt* tract. de variis Scr. S. editionibus c. 3. p. 34. *Joh. Fr. Buddei* isagog. histor. theol. p. 1512. etc. Ejusd. hist. eccles. V. T. passim. *J. G. Walchii* biblioth. exeget pag. 133. *Hagemanni* Nachrichten p. 46. Plures qui desiderat, adeat *Carpzovii* critic. sacr. part. 2. cap. 1. p. 430 - 481. ubi singula de Paraphrasibus capita accurate exponuntur, perpluresque citantur de iis scriptores.

y) *Le Long* p. 89. col. 1. E. Conf. Part. I. c. 1. Sect. II. §. III.

quae Romanae Ecclesiae ita displicuerunt, ut posteriori tempore prorsus erasa sint. z)

[III.] * Biblia Chaldaica. Venetiis. Dan. Bombergi. 1547-1549. F.

[Editioni praefuit *Cornelius Adelkind*, qui editionem praecedentem recognovit. a)

[IV.] * Biblia Chaldaica. Venetiis. Johannis de Gara. 1568. F.

[Typis Bombergianis ad praecedentem de verbo ad verbum formata. b)

[V.] * Biblia Chaldaica. Venetiis apud Petrum et Laurentium Bragadinos. 1617. F.

[Cum praefatione R. *Leonis de Modena*, qui singulari cura eo invigilavit, ut singula emendatiora prodirent. E Paraphrasibus multa ejecta sunt, quae ab Ecclesia Romana fidei christianae adversa judicata sunt; remanserunt tamen nonnulla, quae postea in quibusdam exemplaribus atramento obducta sunt. c)

[VI.] * Biblia Chaldaica. Basileae. Ludovici Königii. 1618. 1619. F.

[Biblia Rabbinica a *Joh. Buxtorfio* procurata exhibent quidem Paraphrases Chaldaicas e praecedentibus editionibus, una cum Targum Hierosolymitano. Sed singulae ita sunt recognitae, ut ad veram et perpetuam priscae linguae chaldaicae analogiam libris Esdrae et Danielis pulcherrime praemonstratam redactae sint. Id inprimis editori curae fuit, ut vera et genuina punctatio a sequioris aetatis corruptione repurgaretur et in sua integritate restitueretur. d)

[VII]. Biblia Chaldaica. Amstelodami. Mosis Francofurtensis. 1724. F.

Singulae quidem hic exhibentur Paraphrases e praecedentibus editionibus; desiderantur tamen Targum Hierosolymitanus et Targum secundus in Esther. e)

§. IX.

Biblia Chald. Polygl.

[I.] * Biblia Chaldaica. Antwerpiae. Christophori Plantini. 1569-1572. F.

[In Bibliis Polyglottis Antwerpiensibus, seu opere Biblico Regio exhibentur Targum Onkelosi in Pentateuchum; Targum Jonathanis in Prophetas priores et posteriores, et denique Targum in Hagiographa, exceptis Libris Chronic. Esdrae, Nehemiae et Danielis. Onkelosi Paraphrasin ex editione Complutensi una cum versione latina *Alphonsi de Zamora* transcripsit, posterioremque recognovit *Arias Montanus*; reliquas vero Paraphrases ex editionibus Venetis desumsit et ad Codices Complutenses recognovit, iisque latinam adjecit versionem. f)

[II.] * Biblia Chaldaica. Parisiis. Michaelis le Jay. 1645. F.

[Paraphrases Chaldaicae ex opere Antwerpiensi recusae datae sunt, una cum versione latina ex eodem opere. Verum ipse textus Chaldaicus non solum ad alias editiones et Codices MStos est recognitus, sed et vario modo interpolatus et immutatus; hinc latina versio sine omni mutatione retenta variis in locis textui Chaldaico minime respondet. g)

* Bi-

z) Conf. Part. I. c. 1. Sect. II. §. IV.
a) l. c. §. V.
b) l. c. §. VI.
c) l. c. §. VII.
d) l. c. §. VIII.
e) l. c. §. IX.
f) *Le Long* p. 89. col. 1. E. Conf. Part. I. c. III §. III.
g) Conf. l. c. §. IV.

* Biblia Chaldaica. Londini, cura Waltoni. 1657. F. [III.]

[Paraphrafes Chaldaicae in Polyglottis Londinenfibus ex editione Bafileenfi magno ftudio et cura a *Joh. Buxtorfio* elaborata, expreffae funt. Elegit *Waltonus* hanc editionem, tum quod quae in aliis editionibus refecantur, hic ex MStis reftituuntur, tum quia punctatio textus ad analogiam linguae Chaldaicae eft revocata. Accedit Verfio latina, quae in Bibliis Antwerpienfibus primo, deinde in Parifienfibus excufa eft. Quae cum non exacte Chaldaeo refpondeat, multis in locis, et maxime poft Pentateuchum, cum difcrepantia illa verfionis latinae et Textus Chaldaei non nifi poft impreffum Pentateuchum obferuata fit, ita immutata eft, ut illi exacte refpondeat. Haud accurate de hac editione fcribit *Le Long*: „Targum Tri„plex in Legem, Onkelofi, Pfeudo-Jonathanis, et Hierofolymitanum. V. Biblia Po„lyglotta 1657.„ Nam quadruplex hic exhibetur Targum. Tom. I. Targum Onkelofi in legem; Tom. IV. vero appendicis loco Targum Hierofolymitanus cum verfione *Cevalerii*, Targum Jonathanis cum ejusdem verfione latina repurgata et emendata, et denique Targum Perficus *Jacobi Tufenfis* feu *Tawofi*, ex editione Conftantinopolitana, typis hebraicis cum verfione latina *Thomae Hyde*. [h])

* Biblia Chaldaica. Norimbergae Eliae Hutteri. 1599. F. [IV.]

[Biblia *Hutteri* Polyglotta funt opus inchoatum, fed non ad finem perductum. Habemus itaque hic Onkelofum in Pentateuchum, et Jonathanem in libros Jofuae, Judicum et hiftoriam Ruthae. [i])

§. X.

Targum triplex c. Pentateucho.

* Targum Onkelofi, Pfeudo-Jonathanis et Hierofolymitanus. Amftelodami per Menaffe b. Ifrael. 1640. 4. [I.]

— Amftelodami apud Uri Veibfch. 1670. 4. [II.]

— Amftelodami apud eund. 1674. 4. [III.]

— Amftelodami cura Seligman b. Mofe Schneior. 1703. 4. [IV.]

* — Berolini typis Jablonskianis. 1705. 4. [V.]

— Francofurti ad Oderam in domo Doctoris et Profefforis Grillo. 1736. 8. [VI.]

* — Hanoviae apud Hans Jacob Häne, cum adjecta vocum difficiliorum in Targum obviarum expofitione. 1614. 8. [VII.]

[Editionem Pentateuchi hebraici et chaldaici fupra inter Hebraica defcripfimus, editoremque *R. Pheibel* nominavimus. Quibus fequentia hoc loco fubjungenda videntur. Titulus promittit integrum codicem facrum: חמשה חומשי תורה uti et latina tituli verba indicant: „Biblia Hebraea cum triplici Targum in Penta„teuchum, Onkeli, Jonathan, et Jerofolymitano: et Commentario R. Salomo Jar„chi in omnes 24. S. Scripturae libros.„ Opus coeptum eft 1611. finitum 1614. fed non confummatum. Accefferunt Pentateucho tantummodo Megilloth hebraice et chaldaice, cum commentario, et Haphtharoth, hebraice. Ad calcem editores nominantur Eliefer Bar Chajim et Elias בן ל"אא. Quae de R. *Pheibel* olim fcripfimus, dum

h) *Le Long* p. 89. col. 1. E. Conf. Part. I. c. III. §. V. et §. XII.

i) l. c. §. XI. n. 1.

dum alios ſequuti ſumus, exinde orta eſſe videntur, quod in rubro hebraice, auſpiciis Regis פיליפו *Philippi Ludovici* opus in publicum exiiſſe, ſcriptum ſit. Titulo libri ſeductus *Wolfius* hoc anno Biblia hebraica integra prodiiſſe ſcribit. Opus conſtat tribus voluminibus. k)

[VIII.] *— Pragae 1646. 8.

[IX.] — Pragae 1687. 4.

[X.] *— Venetiis apud Joh. de Gara. 1590. 8.

[XI.] — Venetiis apud eundem. 1594. 8. l)

[XII.] Pentateuchus cum triplici Targum, cum Commentariis Raſchi, Raſchbam, Aben Eſrae, Baal Hatturim, Comment. in Targum Hieroſolym. et Jonathanis, Toledoth Aharon, Maſora parva, excerptis Criticis e libro של״ה et Tozeoth Chajim. Amſtelodami apud Fratres Joſeph, Jacob et Abraham, filios Samuelis Proops. 524. (1764.) 4 maj.

Ultimo hic loco nominamus Pentateuchum, quem ſuo loco praetermiſimus, jam vero rebus noſtris annumeramus, cujus integrum hic damus titulum:

חמשה חומשי תורה עם תקון סופרים הוגה על פי הגהת חומש ברוך
רווא ועל פי חומש מהור״ר יצחק פרעמשל זצ״ל ומשאר חומשים מדויקים
על צד היותר טוב׃ ושלשה תרגומים. פרוש רש״י רשב״ם. עבן עזרא׃
בעל הטורים׃ פירוש על תרגום ירושלמי׳ ועל תרגום יונתן׃ ותולדות
אהרן׃ ומסורה קטנה׃ המה מוגהים ומנוקים ביגיעה גדולה בשלש
עשרה נפה יפה וברה ונוסף לזה תוכחת מוסר מספר של״ה על כל סדרא
וסדרא ודבר חדש אשר לא היה לעולמים ספר תוצאות חיים שמו כשם
המחבר הרבני מהור״ר חיים באסקוויץ נרו אמרי נועם מושכים לב הארם
כמים והיא תוכחת מוסר׳ היוצא ממקראי קודש למצוא נחת ולמשיברת
נפש. נדפס באמשטרדם בבית ובדפוס האחים כה״ר יוסף כה״ר יעקב וכה״ר
אברהם בני המנוח המפורסם כה״ר שלמה. פרופס כ״ץ זצ״ל לסדר ולפרט ראה
נתתי לפניך את החיים לפ״ק.

Praemittuntur approbationes Synagogarum Amſtelodamenſium Germanicorum et Hiſpanicorum Judaeorum, Hagenſium, et Roterodamenſium aliorumque Doctorum. Singula ſequenti ordine diſpoſita ſunt. In exteriori paginae primae margine Maſora parva, et in textu circelli, qui ad marginem remittunt. Columna prima habet textum Hebraicum cum ſubjecto commentario Raſchii, ſecunda columna habet Onkelum cum ſubjecto commentario Aben Eſrae, et margo interior Toledoth Aharon. In ſecunda pagina e regione exhibetur in margine interiori Baal Turim, columna prima Targum Hieroſolym. ſecunda Targum Jonathanis, et in margine exteriori annotationes vel in Targum Hieroſolym. vel in Targum Jonathanis. Subjiciuntur hisce reliqui commentatores ſupra nominati, Raſchi in Targum Hieroſolym. Tozeoth Chajim, et excerpta e libro של״ה. Accedunt Haphtharae cum brevi commentario litterali ſeu פירוש המלות, et V. Megilloth hebraice et chaldaice, cum Commentariis Aben-Eſrae et Raſchi, in Eſther Targum ſecundum cum explicatione.

k) Litterariſches Muſeum volum. 2. pag. 426.

l) Recenſentur hae editiones Part. I. c. I ſect. II. §. XIX.

tione. Pentateuchus in quinque volumina eſt diſtinctus, et Haphtharae ut et Megilloth ita ſunt diſpoſitae ut ſingulis voluminibus Haphtharae et liber parvus adjungi poſſint.

* Geneſeos c. IV. cum triplici Targum. Francofurti 1702. 8.
[In *Othonis* palaeſtra linguarum orientalium. m)

§. XI.

Targum duplex cum Pentateucho.

* Targum Pſeudo-Jonathanis et Hieroſolymitanus. Amſtelodami apud Joſeph Athias 1671. F. n)

§. XII.

Targum Onkeloſi.

* Targum Onkeloſi in legem antiquitate ſua caeteros praecellit, magis enim quam alii ad Danielis et Eſdrae puritatem accedit. Onkelos non ubique paraphraſten agit, ſed tantum quibusdam in locis, alias veritati hebraicae fere ad verbum reſpondet. Ob hoc etiam aliis a Judaeis praefertur, dum ſua ſe diligentia Judaeum prodit. Communis eſt opinio tam apud Judaeos quam apud Chriſtianos hoc Targum exſtitiſſe ante Chriſtum natum; nihil enim in eo reperitur, quod hanc antiquitatem non ſapiat; vocibus exoticis eſt prorſus immunis; ideo jure creditur editus fuiſſe antequam Romani Judaeae tanquam provinciae potirentur. Vix tamen a trecentis annis ejus noticia ad Chriſtianos pervenit. o)

Onkeloſo paraphraſin in univerſum vetus Teſtamentum tribuit Galatinus de Arcanis Catholicae Veritatis lib. 1. c. 3. quod tamen nullis idoneis teſtibus probare potuit. p)

[De *Onkeloſo* varia diſputantur, quorum plurima ſatis ſunt incerta. Quis qualisve ille fuerit, diverſimode determinatur. Summo jure diſtinguitur *Onkelos* ab *Aquila* Pontico, qui verſionem V. T. graecam edidit; an vero idem ſit, qui in ſcriptis Rabbinorum antiquorum et in Talmude Hieroſolymitano celebratur *Aquilas*, non tam accurate definiri poteſt. Ex mente Judaeorum fuit *Titi Veſpaſiani* Sororius, qui poſt excidium Hieroſolymae ejurato Gentiliſmo factus eſt Judaeorum proſelytus. Sed et haec illorum opinio ab aliis rejicitur, qui *Onkeloſum* jam ante Chriſtum natum ad Judaeorum ſacra tranſiiſſe ſtatuunt. Paraphraſis ejus eſt omnium praeſtantiſſima, et contextum de verbo ad verbum exprimit, hinc et captui plebis accommodatiſſima et a fabulis inſulſis immunis q) Legitur Paraphraſis ejus in Bibliis Rabbinicis et Polyglottis, nec non in Pentateuchis triplici Paraphraſi veſtitis, §. VIII. - X. Qui-

m) Conf. Part. I. c. III. §. XIV. n. 2.
n) Part. I. c. I. Sect. II. § XX.
o) *Humfr. Prideaux* lib. 2. hiſtoriae Judaicae.
p) *Joh. Heinr. Hottingerus* lib. I. Theſauri philolog. c. 3. Sect. 1. p. 255. *Le Long* p. 89. col. 2. A.
q) *Wolffii* Biblioth. hebr. vol. 2. p. 1147. *Carpzovii* Critica ſacra p. 441. *Leusdeni* philolog. hebr. mixt. p. 43.

Biblioth. Sacr. Pars II. E

Quibus hic editiones ſubjungimus, quae ſolam *Onkeloſi* habent chaldaicam Paraphraſin.

§. XIII.

Targum Onkeloſi Polyglott.

[I.] * Targum Onkeloſi in Pentateuchum. Compluti. 1517. F.

[In Bibliis Polyglottis Complutenſibus auctoritate Cardinalis *Ximenii* evulgatis exhibetur tantummodo Targum in Pentateuchum, cum verſione latina de verbo ad verbum confecta, a viris ejus linguae peritiſſimis, inter quos primas ſuſtinuit *Alphonſus de Zamora*. Ipſe vero textus Chaldaicus haud purus eſt, ſed variis in locis, e. g. Gen. XLIX, 18. inſertis ex Jonathane additamentis adulteratus. Reliquorum V. T. librorum Paraphraſis Chaldaica ad manus quidem fuit, ſed eam Talmudicis nugis conſperſam, quae libris ſacris inferatur, haud dignam judicavit editor, ſed ut in latinum transferatur idioma et in Bibliotheca publica reponatur, curavit. r)

[II.] * Targum Onkeloſi in Pentat. Conſtantinopoli 1546. F.

[Rariſſima editio, quae una cum textu hebraeo, et Chaldaicam Paraphraſin, *Tawoſi* Perſicam, et R. *Saadiae Gaonis* arabicam exhibet Paraphraſin. s)

[III.] * Targum Onkeloſi. Conſtantinopoli 1547. F.

[Praeter Textum hebraeum et Chaldaicam Paraphraſin habet et Hiſpanicam et Barbaro-graecam verſionem. t)

§. XIV.

Targum Onkeloſi c. Textu hebr.

[I.] * Targum Onkeloſi cum Pentateucho hebraeo, Amſtelodami, cura Menaſſe b. Iſrael. 1631. 4.

[II.] — Amſtelodami. 1642. 4.

[III.] — Amſtelodami ap. Salom Proops. 1719. 8.

[IV.] — Conſtantinopoli 1739. 4. u)

[V.] *— Hamburgi, typis Georgii Rebenlini. 1663. 12.

[VI.] — Sabionettae apud Tobiam Pua. 1557. 12.

[VII.] *— Venetiis apud Dan. Bombergum. 1527. 8.

[VIII.] *— Venetiis apud eund. per manus Cornelii Adelkind. 1543. 8.

[IX.] *— Venetiis apud Marcum Anton. Juſtiniani. 1547. 8.

[X.] *— Venetiis apud Joh. de Gara. 1597. 8.

[XI.] *— Venetiis. 1621. 8.

[XII.] *— Venetiis. 1671. 8.

[XIII.] — Venetiis apud Vendramini. 1684. 8.

[XIV.] — Venetiis apud eund. 1702. 8.

[XV.] — Wilmersdorffii, apud Iſaac b. Juda Judels. ſ. a.

[XVI.] — Sine loco. 1606. 8. x)

§. XV.

Targum Onkeloſi cum Textu h. et Comment.

[I.] * Targum Onkeloſi cum Textu hebraeo Pentateuchi, et commentariis Rabbinicis. Amſtelodami apud Uri Veibſch. 1680. 4.

Tar-

r) *Le Long* p. 89. col. 1. E. Conf. Part. I. cap. III. §. II.

s) *Le Long* ibid. Conf. l. c. §. XII. n. 1.

t) *Le Long* ibid. Conf. l. c. §. XIII.

u) v. Part. I. c. I. Sect. II. §. XI.

x) Recenſentur hae editiones Part. I. c. I. Sect. II. §. XXI.

Targum Onkelosi cum Textu hebraeo Pentateuchi, et commentariis Rabbinicis. Amstelodami per David b. Aharon Jehuda, ex officina Uri Veibsch. 1685. [II.]
— Amstelodami per Uri Veibsch b. Aharon. 1685. 4. [III.]
— Amstelodami apud Salom Proops. 1726. 4. [IV.]
— Amstelodami apud eund. 1728. [V.]
— Amstelodami apud R. Lebh et R. Süsman. 1768. 8. [VI.]
*— Basileae apud Conrad Waldkirch. 1606. F. [VII.]
*— Cracoviae apud Isaac b. Aharon Prostitz. 1587. F. [VIII.]
*— Dyrenfurthi 1693. 8. [IX.]
— Francofurti ad Moenum ap. Joh. Kelner. 1727. F. [X.]
— Francofurti, sumptu Salomon Aphtrod. 1730. 4. [XI.]
— Sine anno et loco. 4. [XII.]
— Pragae apud Mosen b. Josua Bezaleel 1618. 4. [XIII.]
*— Rivae Tridenti. 1561. F. [XIV.]
*— Venetiis apud Dan. Bombergum. 1524. F. [XV.]
*— Venetiis apud eundem. 1548. F. [XVI.]
*— Venetiis apud Marc. Anton. Justiniani. 1547. 4. [XVII.]
— Wilmersdorffii per R. Hirsch b. Chajim. 1713. F. [XVIII.]
— Wilmersdorffii apud Isaac b. Juda Judels. f. a. 4. y) [XIX.]
Pentateuchus Hebraicus et Chaldaicus cum Megilloth et Haphtharoth ac Commentario Raschi et Siphthe Chachamim cum excerptis ex Baal Turim et locis Talmudicis, — Metz de l'imprimerie de Joseph Antoine Imprimeur ordinaire du Roi. 527. (1767.) V. Vol. 4. [XX.]

Editio, quam in Parte prima Sect. II. §. XXII. silentio praetermisimus, cujus vero notitiam debemus Viro Cel. qui dum partem primam annunciavit, accessiones nonnullas nobis pergratas suppeditavit. z)

§. XVI.

Targum Onkelosi c. Textu h. et Raschi.

Targum Onkelosi cum textu hebraeo Pentateuchi et Commentario Raschi. Altonae apud Aharon b. Eliae. 1746. 4. [I.]
*— Amstelodami in domo Mosis b. Abraham Mendes cura Seev Wolff b. Schemuel et Jacob b. Joel. 1701. 12. [II.]
— Amstelodami apud Salom Proops. 1712. 12. [III.]
— Amstelodami apud Mose Bärman Wing. f. a. [IV.]
— Berolini apud Salomon Sanvil et Gerson Jacob. 1770. 8. [V.]
— Berolini. f. a. 8. [VI.]
— Bononiae. 1482. Fol. [VII.]
*— Dyrenfurthi cura Schabtai. 1706. 4. [VIII.]
*— Dyrenfurthi cura ejusdem. 1711. 4. [IX.]
*— Francofurti ad Moenum cura Mose Wag apud Joh. Kelner. 1712. 4. [X.]

y) v. Part. I. c. I. Sect. II. §. XXII.

z) Litterarisches Museum vol. 2. p. 429.

[XI.] * Targum Onkelosi cum textu hebraeo Pentateuchi et Commentario Raschi. Francofurti ad Oderam apud Michael Gottschalck. 1708. 4.
[XII.] — Furthi apud Joseph Fetschau et filium Mendel Baer. 1765. 4.
[XIII.] *— Sine loco. 1490. 4.
[XIV.] *— Sine loco. 1515.
[XV.] — Pragae. 1695. 4.
[XVI.] — Pragae apud Juda Bak, cura Beer Perlhefter. 1696. [8.]
[XVII.] — Solisbaci per R. Salomon b. Aharon. 1741. 4.
[XVIII.] *— Venetiis apud Dan. Bombergum 1523. F.
[XIX.] — Venetiis apud Joh. de Gara. 1567. 4.
[XX.] — Venetiis apud Joh. Martinelli. 1642. 4.
[XXI.] *— Ulissiponae. 1491. F. b)

§. XVII.

Partes Pentateuchi.

[I.] *Geneseos c. IV. chaldaice. Witebergae excudebat Johannes Crato. 1563. F.
In Johannis Draconitis Polyglottis tentatis. c)

[II.] * Quatuor priora capita Targum Onkelosi, cum versione latina Pauli Fagii. V. *ejus Versio latina Onkelosi.* Isnae 1542. 4.

[Ita *Le Long* d) et quidem minus recte. Versio latina *Onkelosi* a *Paulo Fagio* adornata sine textu prodiit 1546. et ab hac opella distinguenda est. Adjecit enim *Fagius* Expositioni dictionum hebraicarum litterali et simplici in capita IV. priora Geneseos, ea loca ex *Onkeloso* cum versione latina, quae textum hebraeum praemissum amplius explicant. e)

[III.] Exodus chaldaice. Constantinopoli. 1545. F.
Pro parte Pentateuchi polyglotti merito habetur, qui in fronte annum 1546. ostendit, et cum textu hebraeo chaldaicam, persicam et arabicam versionem conjungit. f)

[IV.] Decalogus chaldaice. Parisiis apud Robertum Stephanum. 1566. 4. g)

§. XVIII.

Targum Pseudo-Jonathanis.

* Targum secundum in legem Jonathani filio Uzielis tribuitur a quibusdam, sed perperam ob diversam ipsius et Paraphraseos in Prophetas, cujus auctor merito habetur, loquelam. Praeterea plurimis scatet glossematibus, fabulis et additamentis; ac in eo fit mentio rerum ac nominum, quae post Jonathanem cognita sunt, verbi gratia Exodi 26, 4. sex ordinum Misnae, Num. 29, 19. urbis Constantinopolitanae, et Num. 24, 24. regionis Lombardicae. h)

Joan-

b) v. Part. I. c. I. Sect. II. §. XXIII.
c) v. Part. I. cap. III. §. X. n. 1.
d) p. 89. col. 2. C.
e) v. *Wolfii* biblioth. hebr. vol. 2. p. 396. et 1158.
f) v. Part. I. c. III. §. XII. n. 2. et supra §. XIII.
g) Ibid. c. I. Sect. II. §. XXVIII.
h) *Prideaux*, ubi supra.

Joannes Morinus putat [i]) omnes Targumim multis feculis pofteriores effe eo tempore, cui a Judaeis et Chriftianorum permultis tribui folent; quinque enim aut fex feculis poft Chriftum natum vixerunt illorum auctores, fiquidem in Origene, S. Epiphanio et S. Hieronymo nulla eorum fit mentio; e contra hi Paraphraftae meminerunt Mifnae, et fabularum Talmudis, Turcarum et urbis Conftantinopolitanae. [k])

A quo et quo tempore, pergit D. Prideaux, facta fuerit haec Paraphrafis in Legem, penitus ignoratur: videtur etiam per plurima fecula apud Judaeos profundis obvelata fuiffe tenebris; fiquidem Elias Levita, qui prae aliis Judaeis multus eft in recenfendis Targumim, nullam hujus mentionem facit.

Idem confirmat Joh. Henr. Hottingerus his verbis: Rabbini ipfi fatentur Jonathanis Targum in Legem non vidiffe, dubii etiam utrum extaret. Galatinus de Arcanis lib. 1. c. 3. affirmat, fe femel vidiffe. Paulus Fagius et Mercerus de hoc altum filentium, nifi quod hic in Genefim 3, 21. ejus meminerit, affirmat tamen non exftare. Burgenfi videtur innotuiffe in Lyrani additamentum. Gen. 4, 41. [l])

Haec paraphrafis multum cum fequente ftylo convenire obfervatur; imo alicubi eadem fere verba habet; unde infert Jo. Drufius hoc Targum idem effe cum Hierofolymitano, quod quidem fi de fragmentis Hierofolymitani, quod nunc habemus, loquatur, a vero alienum effe puto. [m])

[Argumenta, quibus evincitur Paraphrafin in Legem perperam *Jonathani* Paraphraftae Prophetarum adfcribi, ad fequentia revocari poffunt capita: 1) impuritas et inaequalitas ftyli: paraphrafis enim in Prophetas ad ftylum *Onkelofi* proxime accedit; haec vero eft longe diffufior; 2) manifefta novitatis veftigia variis in locis obvia; et 3) denique fabulae manifefte e Talmude pofitae. [n])

§. XIX.

Editiones Paraphrafeos.

Ad editiones hujus Paraphrafeos refert Le Long: Biblia polyglotta Londinenfia §. IX. Editiones Pentateuchi cum triplici Targum §. X. et Pentateuchum Hebraeum anni 1671. ex editione Jofephi Athiae, in quo Textui facro duplex Targum, Pfeudo-Jonathanis et Hierofolymitanus additus eft, §. XI. Addit poftea:

*Typis tantum prodiit Venetiis anno 1590, et ut celebrior redderetur, Jonathanis nomen ei praefixum eft. [o]) [I.]

[Prodiit editio e Typographia Joh. de Gara in forma octava, quam idem anno 1594. recudi fecit.

 Tar-

i) lib. 2. exercitat. biblicarum, exercitat. 8. c. 13.

k) Haec poftrema vera funt de pofterioribus Targumim, fed non de Targum Onkelofi in Legem, et Jonathanis in Prophetas.

l) Differt. 3. de translat. Bibliorum in linguas vernaculas p. 93.

m) *Waltoni* Proleg. XI. §. II. *Le Long* p. 89. col. 2. D.

n) Conf. *Wolffii* bibl. hebr. vol. 2. pag. 1161: *Carpzovii* Critica facra p. 446.

o) *Le Long* p. 90. col. 1. B. Conf. Part. I. c. I. Sect. II. §. XIX. n. XI.

[II.] Targum Jonathanis. Basileae 1607. vide infra §. XLI. n. V.

§. XX.

Targum Hierosolymitanus.

* Targum tertium in legem, Hierosolymitanum dicitur eadem ratione, qua Talmud ejusdem nominis, scilicet quod utrumque sit eadem dialecto Hierosolymitana conscriptum. Hujus auctor nescitur, et quo vixit tempore. Haec quidem Paraphrasis, non sicut aliae textum integrum continet, quandoque unum duntaxat versiculum, vel etiam unius partem aliquam, quandoque duos consequentes versus exprimit; at integra quoque capita prorsus omittit; plurimis in locis Targum Pseudo-Jonathanis in Legem exscribit: multis etiam utitur locutionibus, quae leguntur in Novo Testamento, quae quidem tempore Christi et multo post fuerunt apud Judaeos in usu. p)

Notandum est, *inquit Waltonus,* q) illud Targum Hierosolymitanum, quod hodie habemus, haud integrum esse, sed interruptum et mutilum, cum non continua serie, sed hic illic versus quidam transferuntur, imo saepe in versu medio desinit et posteriorem ejus partem interpretatur; unde recte ajunt multi, fragmentum esse paraphraseos magnae, quae olim extabat. r)

[Inter varias eruditorum de Paraphrasi Hierosolymitana sententias, ea forte sese maxime commendat, qua statuitur, illam post Talmud Babylonicum e commentariis variorum, inprimis Pseudo-Jonathanis, esse conscriptam; atque adeo ad Classem Collectaneorum exegeticorum esse referendam. Probatur hoc tum multitudine vocabulorum Babylonicorum, Graecorum, Romanorum et Persicorum in illa obviorum, tum vero, quod variis in locis Pseudo-Jonathanis verba exhibeat, in aliis vero iterum ab illis recedat. s)

§. XXI.

Editiones Paraphraseos.

Targum Hierosolymitanum nunquam seorsim prodiit, sed semper cum aliis Paraphrasibus simul est excusum. Remittimus itaque, qui editiones ejus scire cupit, ad Biblia Rabbinica §. VIII. Polyglotta §. IX. Pentateuchos cum triplici Targum §. X. et ad Pentateuchum cum duplici Targum §. XI.

§. XXII.

Targum Jonathanis.

* Jonathan ben Uziel Targum tum in Prophetas priores, scilicet in libros Josuae, Judicum, Samuelis et Regum, tum in Prophetas posteriores, vel Isaiam, Jeremiam, Ezechielem et duodecim minores scripsit, minus pure quam Onkelos, variisque Glossematibus ex suo marte adjectis opus suum infersivit et foedavit; sed et plura hujusmodi glossemata in posterioribus Prophe-

p) *Prideaux* ibid.
q) Proleg. XI. §. 13.
r) *Le Long* p. 90. col. 1. D.
s) Conf. *Wolffius* vol. 2. p. 1168. *Carpzovius* p. 448. *Leusdeni* philol. hebr. mixt. pag. 45. *Hottingeri* thesaur. philol. p. 260.

phetis, quam in prioribus inveniuntur. Hunc ſolos interpretatum eſſe Prophetas vulgo creditur, Lex enim jam ab Onkeloſo converſa fuerat. Utriusque Targum ejusdem eſt antiquitatis et auctoritatis; nam ut ait Waltonus Proleg XI. §. 16. apud Judaeos aequalem cum Textu Hebraeo auctoritatem habent Targumim, praecipue Onkeloſi et Jonathanis, unde nemo audet eis contradicere; apud Chriſtianos vero minimae ſunt auctoritatis, alicujus tamen utilitatis. [t])

[Tempus, quo *Jonathan b. Uſiel* vixit, non adeo incertum eſt. Eum enim e numero diſcipulorum *Hillelis* fuiſſe, adeoque eum jam ante Chriſtum natum claruiſſe, communi Judaeorum comprobatur teſtimonio. Magnae eſt apud ſuos auctoritatis, ita ut non pauca ſibi ipſis fingant miracula, ut huic eo majorem concilient auctoritatem. Stylus Paraphraſeos ab ipſo concinnatae eſt ſimplex et terſus, atque ipſa interpretatio ſimplex. Adſunt quidem nonnulla, quae recentiorem aetatem produnt; verum illa non *Jonathani* ſunt tribuenda, ſed ad gloſſemata referenda ſunt, quae poſteriori tempore operi inſerta ſunt. Teſtimonia de Meſſia ita interpretatur, ut veritatem Chriſtianam contra Judaeos confirment. [u])

§. XXIII.

Editiones majores.

Editiones Paraphraſeos Jonathanis vel majores ſunt vel minores. Quae prioris ſunt generis, integram in Prophetas priores et poſteriores complectuntur paraphraſin. Habemus illas in Bibliis Rabbinicis §. VIII. et Polyglottis §. IX. Minores vero ſecundum ordinem Librorum ſacrorum recenſebimus.

§. XXIV.

In Proph. priores.

Targum Jonathanis in librum Joſuae et Judicum, cum textu Hebraeo et Commentario R. D. Kimchi et Levi b. Gerſon. [x])

§. XXV.

In Proph. majores.

Eſaiae c. VI. Chaldaice, cura Joh. Draconitis. Lipſiae excudebat Joh. Rhamba. 1563. F. [y])

§. XXVI.

In Prophetas minores.

Hoſee cum Thargum, id eſt Chaldaica Paraphraſi Jonathan. Pariſiis per Rob Stephanum. 1556. 4. [I.]

Solus in rubro nominatur Hoſeas, adſunt vero quoque Joel, Amos, Obadias et Jonas. [z])

*Tar-

t) *Prideaux* ibid. *Le Long* p. 90. col. 2. A.

u) Conf. *Wolfii* biblioth. hebr. vol. 2. pag. 1159. *Carpzovii* critica ſacra p. 449. *Hottingeri* theſaur philol. p. 256. *Leusdenus* p. 50. *Waltonus* proleg. XI. §. 10. p. 382.

x) Part. I. c. I. Sect. II. §. XXXVIII. n. 2.

y) Part. I. c. III. §. X. n. 3.

z) Part. I. c. I. Sect. II. §. XLI. n. 1.

[II.] * Targum in duodecim Prophetas minores. Parisiis. Caroli Stephani. 1557. 4.

[III.] * Targum in Abdiam et Jonam. Parisiis. Caroli Stephani. 1557. 4.

[IV.] * Targum in Michaeam, Nahum, Sophoniam, Aggaeum, Zachariam et Malachiam, per Jo. Mercerum. Parisiis. Caroli Stephani. 1558. 4.

[Tres hasce opellas a se invicem distinguit *Le Long* [a]) et primae notam addit: *seu potius in Hoseam et Joelem:* in quo quidem non erravit: prodiit primo solus Hoseas et Joel chaldaice. Conjunctae vero sunt sub titulo generali: תרגום יונתן בן עזיאל על תרי עשר מוגה בעיון רב ומנוקד על פי דקדוק הארמי על ידי יוחנן מירקירוס המורה לשון הקודש במצות המלך הנריקוס יר״ה: הושע ויואל עם ביאור המקומות הקשים של תרגום ע׳ המחבר הנזכר: Chaldaea Jonathae Uzielis Filii interpretatio in duodecim Prophetas, diligenter emendata, et punctis juxta analogiam grammaticam notata per Joh. Mercerum. Hoseas et Joel cum explicatione locorum obscuriorum Targum, per eundem. Parisiis ex officina Caroli Stephani. 1557. 4. Accessit eodem anno pars opellae secunda: תרגום עמוס עובדיה ויונה מנוקד על פי דקדוק הארמי עם שינוי הקריאה על ידי יוחנן מירקירוס המורה לשון הקודש בעיר פאריס במצות המלך האדיר הינריקוס יר״ה: Chaldaea interpretatio Amos, Abdiae et Jonae, punctis juxta analogiam grammaticam notata cum varia lectione per Joh. Mercerum. Accesserunt ejusdem Scholia in loca difficiliora Targum. Parisiis ex officina Caroli Stephani. 1557. 4. Et denique anno proximo: תרגום מיכה נחום חבקוק וצפניה וחגי זכריה ומלאכי מנוקד על פי הדקדוק ומוגה בעיון רב עם שינוי הקריאה מהנסחאות ע׳ יוחנן מירקילוס המלמד את לשון הקודש בישיבת פאריס במצות המלך הינריקוס יר״ה: Chaldaea interpretatio Michaeae, Nahum, Habacuc, Sophoniae, Haggaei, Zachariae et Malachiae, punctis juxta analogiam grammaticam notata, diligenter emendata, adjecta etiam exemplarium hinc inde collatorum varia lectione. Parisiis ex officina Caroli Stephani. 1558. 4. [b])

[V.] * Targum in XII. Prophetas minores cum versione latina Joannis Merceri. Parisiis, Caroli Stephani. 1559. 4. [c])

[Bipartita est opella, in qua Textus Chaldaicus e praecedenti editione recusus datur: Jonathae Uzielis filii Chaldaica interpretatio Hoseae, Joelis, Amos, Abdiae, Jonae et Haggaei, latine Joanne Mercero interprete. Parisiis apud Guil. Morelium. 1559. 4. Chaldaica Jonathae interpretatio, in Michaeam, Nahum, Habacuc, Sophoniam, Zachariam et Malachiam, latinitate nunc primum donata et scholiis illustrata per Joh. Mercerum. Parisiis apud Carolum Stephanum. 1559. 4. In priores Prophetas, Hoseam, Joelem et Amosum interpretationis chaldaicae versionem latinam jam anno 1556. emiserat *Joh. Quinquarboreus.* [d])

[VI.] * Targum in XII. Prophetas minores cum versione latina Emanuelis Tremellii. Heidelbergae 1567. 4. [e])

[Edi-

a) *LeLong* p. 90. col. 2. D. E.
b) *Maittaire* annal. tom. 3. part. 2. p. 689. 706. Catal. Biblioth. Bunav. tom. I. p. 7. *Wolfii* bibl. hebr. vol. 2. p. 1166.
c) *Le Long* p. 90. col. 2. D.
d) *Maittaire* annal. tom. 3. part. 2. p. 710.
e) *Le Long* p. 90. col. 2. D.

[Editio dubia. Eodem anno *Tremellius* verſionem latinam Chaldaicae Paraphraſeos in XII. Prophetas minores in forma octava edidit.

§. XXVII.

In Prophetas ſingulos.

* Hoſeas chaldaice, cum verſione Latina Alphonſi de Zamora. Lugduni Batav. typis Raphelengianis. Proſtat apud Ioh. Maire. 1621. 4. f) [I.]
* Hoſeas chaldaice, cura Hermanni von der Hardt. Helmſtadii, typis Wolffg. Hammii. 1702. 4. g) [II.]
Hoſeas chaldaice, cura I. D. Michaelis. Göttingae typis viduae Abrah. van den Hoeck. 1775. 4. h) [III.]
* Hoſeas chaldaice. Pariſiis. 1554. 4. i) [IV.]
* Ioel chaldaice cura Ioh. Draconitis. Witebergae excudebat Ioh. Crato. 1565. F. k) [V.]
* Ioel chaldaice cura Joh. Leusdeni. Trajecti ad Rhenum, apud Ioh. a Waesberge. 1657. 8. l) [VI.]
* Ioel chaldaice cum verſione latina Gilberti Genebrardi. Pariſ. 1565. 4. m) [VII.]
* Ioel chaldaice, cura Hermanni von der Hardt. Helmſtadii. 1706. 8. n) [VIII.]
Chaldaea translatio Abdiae et Ionae cum Johannis Merceri Latina verſione et ſcholiis. Pariſiis apud Martinum Juvenem. 1550. 4. o) [IX.]
* Obadias chaldaice ſtudio Matth. Wasmuthi. Ienae apud Ioh. Iac. Bauhofer. 1678. 8. p) [X.]
* Obadias chaldaice cura Mich. Crocii. Bremae. 1673. 4. q) [XI.]
* Ionas chaldaice ſtudio Seb. Munſteri. Baſileae ex officina Frobeniana. 1524. 8. r) [XII.]
* Ionas chaldaice cura Ioh. Leusdeni. Trajecti ad Rhen. Typis Gilb. a Zül. 1656. 8. s) [XIII.]
* Ionas chaldaice — Trajecti — 1692. 8. t) [XIV.]
* Ionas chaldaice cura Frid. Alb. Chriſtiani. Lipſiae Typis Iuſtini Brandii. 1683. 8. u) [XV.]
Ionas chaldaice cura M. F. C. Burcklini. Francofurti ad Moen. 1697. 8. x) [XVI.]

* Mi-

f) *Le Long* p. 90. col. 2. E. Conf. Part. I. c. III. §. XXI.
g) *Le Long* ibid. Conf. Part. I. c. I. Sect. II. §. XLI. n. 2.
h) ibid. §. XLI. n. 3.
i) *Le Long* p. 90. col. 2. E.
k) *Le Long* ibid. Conf. Part. I. c. III. §. X. n. 6.
l) Conf. Part. I. c. III. §. XXII.
m) *Le Long* p. 90. col. 2. E.
n) *Le Long* ibid. Conf. Part. I. c. I. S. II. §. XLII. n. 3.
o) *Maittaire* annal. typ. t. 3. part. 2. p. 584.
p) Conf. Part. I. c. I. Sect. II. §. XLIII.
q) *Le Long* p. 91. col. 1. A. Conf. Part. I. c. III. §. XXIV. n. 2.
r) *Le Long* ibid. Conf. Part. I. cap. III. §. XXIII. n. 1.
s) *Le Long* ibid. Conf. Part. I. cap. III. §. XXIII. n. 6.
t) Ibid. §. XXIII. n. 7.
u) *Le Long* ibid. Conf. Part. I. c. I. Sect. II. §. XLIV. n. 2.
x) Conf. Part. I. c. I. Sect. II. §. XLIV. n. 3.

[XVII.] * Micheas chaldaice cura Joh. Draconitis. Witebergae excudebat Ioh. Crato. 1665. F. y)

[XVIII.] * Targum in Haggaeum, cum latina verſione et ſcholiis Ioh. Merceri. Pariſiis apud Martinum Iuvenem. 1551. 4. z)

[XIX.] * Zacharias chaldaice cura Ioh. Draconitis. Witebergae, excudebat Ioh. Crato. 1565. F. a)

[XX.] Malachias chaldaice cura Ioh. Draconitis. Lipſiae excudebat Ioh. Rhamba. 1564. F. b)

[XXI.] Malachias chaldaice cura El. Hutteri. Norimbergae 1600. 4. c)

[XXII.] Malachias chaldaice — Norimbergae 1601. 4. d)

§. XXVIII.

Targum R. Joſeph Coeci.

* De Paraphraſi R. Ioſeph Coeci id potiſſimum teneas, vagam illam eſſe, ſtylo inaequabili, imo mixto ex Syriaſmo, Graeciſmo et Latiniſmo conſcriptam. — Reperiuntur, qui incertum eſſe exiſtimant, quis genuinus translationis illius auctor exiſtat, juxta illud R Azariae in Meor Enaim pag. 148. Targum Hagiographorum praeſens auctorem habet nobis ignotum. e)

[Quis, qualisve ille fuerit, cui Paraphraſin Chaldaicam in Pſalmos, Proverbia et Iobum debemus, haud certe determinari poteſt, communis tamen, eam a R. *Ioſe* vel *Ioſepho* coeco eſſe profectam, eruditorum eſt opinio. Is qui ſeculo poſt Chriſtum natum quarto vixiſſe creditur, paraphraſin oretenus protuliſſe videtur, quam diſcipuli memoriae commendarunt, et deinde ſcripto conſignarunt. Plures enim eſſe ſcriptores, collatoque ſtudio hasce Paraphraſes eſſe compoſitas, variis ex locis, ubi duplex vel triplex legitur interpretatio, probari poteſt. f)

§. XXIX.

Editiones majores.

Duplicem olim exſtitiſſe Hagiographorum Chaldaicam Paraphraſin, quamvis ſibi nonnulli perſuadeant; hodie tamen unicam illam adhuc habemus paraphraſin, quam *Ioſepho* adſcriptam referimus. Legimus illam in editionibus Bibliorum Rabbinicorum §. VIII. et Polyglottorum §. IX. Reſtant vero ſingulorum librorum editiones, quae illam exhibent paraphraſin, quae ſilentio nobis haud praetermittendae ſunt.

§. XXX.

Pſalmi chaldaice.

[I.] * Targum in Pſalmos, cura Auguſtini Iuſtiniani. Genuae. 1516. F.

[In

y) Conf. Part. I. c. III. §. X. n. 7.

z) *Le Long* p. 91. col. 1. A. *Maittaire* tom. 3. part. 2. p. 595.

a) Part. I. c. III. §. X. n. 8.

b) l. c §. X. n. 5.

c) l. c. §. XI. n. 4.

d) ibid. n. 5.

e) *Le Long* p. 90. col. 2. C. ex *Hottingeri* theſ. phil. p. 259.

f) Conf. *Wolffius* vol. 2. p. 1173. *Carpzovius* p. 452. *Waltonus* l. c.

[In *Potkenii* Pſalterio profertur quidem interpretatio, quae Chaldaica ſalutatur, ſed revera eſt aethiopica. [g])

Pſalmi X. chaldaice cura Iac. Laur. Gerſchovii. Gryphiswaldiae 1640. F. [II.]

Provocat quidem *Le Long* ad editionem anni 1643. ſed illam eſſe ſuppoſititiam, jam alibi demonſtravimus. [h])

Pſalmi X. chaldaice. Bremae ex officina typographica Thomae Villeriani. 1614. 8. [i]) [III.]

Targum Graecum Pſalmi I. R. Ioſephi Sagginahor, ex publica recenſione academica in poſterorum uſum. (Helmſtadii 1715.) 8. [IV.]

Schediaſma paginis 68. conſtans *Hermannum von der Hardt* auctorem agnoſcit. In praefatione Pſalmus I. exhibetur hebraice, graece et latine: in ipſa opella vero chaldaicae verſioni ſubjicitur verſio graeca et verſio latina, ab ipſo editore confecta. In utraque poſteriori Pſalmum de Serubabele exponit. Accedunt ampliores annotationes a pagina 9. usque ad finem. Memoriae *Reuchlini*, *Ximenis* et *Eraſmi* opellam conſecravit editor, *Reuchlini*que effigiem ligno inciſam praefixit. [k])

Pſalmus I. et II. chaldaice. cura Ioh. Draconitis. Witebergae excudebat Ioh. Crato. 1563. F. [l]) [V.]

Pſalmus VI. chaldaice, cura I. L. Gerſchovii. Gryphisw. 1636. 4. [m]) [VI.]

Pſalmus XCI. chaldaice. Vitebergae 1599. 8. [n]) [VII.]

Pſalmus CXIX. chaldaice, cura B. Scheidii. Argentorati 1700. 4. [o]) [VIII.]

§. XXXI.

Proverbia chaldaice.

Proverbia chaldaice. 1497. F. [p]) [I.]

Proverbia chaldaice, cura Ioh. Draconitis. Witebergae excudebat Ioh. Crato. 1564. F. [q]) [II.]

* Targum in Proverbia, opera Johannis Merceri. Pariſiis Guil. Morelli. 1561. 4. [r]) [III.]

An deſumpta ſit Paraphraſis chaldaica in Proverbia Salomonis ex verſione Syriaca, an vero interpretatio Syriaca eorundem ex paraphraſi Chaldaica, vix definiri poteſt. Antiquior ſane de verbo ad verbum pene ab altera exſcripta eſt, et tanta inter utramque reperitur convenientia, ut in ſolo duntaxat charactere, atque in quibusdam identidem verbis diſcrimen reperiatur. Ea de re ſic loquitur *Rich. Simon:* [s]) Libri quidam integri S. Scripturae, veluti Paraphraſes Chaldaicae Iudaeorum, publicati ſunt, qui Syriacas complectuntur verſiones ab ipſis Syris conſcriptas. — Hoc collatione inter utrumque inſtituta facile probari poteſt.

g) *Le Long* p. 91. col. 1. B. Conf. Part I. c. III. §. XXV.

h) *Le Long* p. 91. col. 1. B. Conf. Part. I. c. III. §. XXVIII. n. 1.

i) l. c. §. XXX. n. 1.

k) Unſchuldige Nachrichten A. 1716. p. 179.

l) l. c. §. X. n. 2.

m) l. c. §. XXVIII. n. 2.

n) l. c. §. XXIX. n. 1.

o) l. c. §. XXIX. n. 2.

p) Conf. Part I. c. I. Sect. II. §. LXIII. n. 1.

q) Conf. Part. I. c. III. §. X. n. 4.

r) *Le Long* p. 90. col. 1. B.

s) In reſponſione ad judicia quorundam Theol. Batav. p. 173.

§. XXXII.

Iobus chaldaice.

* Liber Iobi chaldaice et latine cum notis. Item graece στιχηρῶς cum variantibus lectionibus. Opera et ſtudio Ioh. Terentii L. A. M. et linguae ſanctae Profeſſoris ordinarii. Franeckerae ex officina Ioannis Wellens. 1663. 4.

Ex praefatione: In Chaldaeo textu deſcribendo ſecutus ſum punctationem cl. viri Io. Buxtorfii, prout illa in Bibliis Baſileenſibus reperitur. — — Latinam Paraphraſeos verſionem quod attinet, eam plane novam adornaveram, Chaldaeo textui e regione reſponſuram. At quia in translatione ſaepenumero ad contextus ſenſum magis quam ad ſimplicem verborum metaphraſim attenditur, ſententiam mutavi. Volens enim hac vice veſtrae tenuitati, (*diſcipulos alloquitur*) ſuccurrere, pro mea antiquam illam, quae in utroque Regio opere nec non Anglicano Polyglotto codice conſpicitur, Chaldaeo textui e regione appoſui. t)

[Verſio latina eſt Ariae Montani e Polyglottis Antwerpienſibus deſumta. Textum chaldaeo-latinum ſequuntur p. 125. annotationes, quae tum chaldaicas locutiones, tum difficilia Iobi loca illuſtrant. Accedit denique verſio graeca ſ. t. Textus Ijobi στιχηρῶς juxta editionem Londinenſem. Iohannes Terentius Friſius recenſuit et variantes Lectiones adjecit. Deſcripſit vero verſionem graecam e Catena graecorum Patrum in Iobum, quam *Patricius Iunius* Londini 1637. F. edidit. u)

§. XXXIII.

Targum in V. Megilloth.

* Paraphraſis chaldaica in V. Megilloth dialecto Hieroſolymitana ab incerto auctore fuit edita, quae ut omnium eſt poſtrema, ſic fabulis talmudicis prae reliquis paraphraſibus referta. x)

[Adeo incertus eſt hujus foetus auctor, ut neque Chriſtiani neque Iudaei quidquam certi definire audeant. Interim Talmude iſtam recentiorem eſſe, exinde conſtat, quia jam ſex ordines Miſnae et Talmud ad Cantic. Cantic. I. et V. nominantur. y)

§. XXXIV.

Editiones majores.

Inſertae leguntur Paraphraſes in V. Megilloth, tum in Bibliis Rabbinicis, §. VIII. a quibus antiquioribus Baſileenſis aliquantulum recedit, ſiquidem nonnulla loca non integra exhibet, tum in Bibliis Polyglottis §. IX.

§. XXXV.

Editiones minores.

Quinque Megilloth prodiere vel ſeorſim cum textu hebraeo, vel una cum Pentateucho hebraeo.

*V.

t) *Le Long* p. 91. col. 1. D.
u) *Baumgartenii Nachrichten* vol. 1. p. 17. V. inter Graeca V. T. §. LXXII.
x) *Le Long* p. 91. col. 2. A. ex *Joh. Henr. Hottingeri* theſaur. philol. lib. 1. c. 3. Sect. 1.
y) Conf. *Wolfium* vol. 2. p. 1171. *Carpzovium* p. 452.

* V. Megilloth chaldaice, Venetiis apud Dan. Bombergum. 1524. F. z) [I.]
* V. Megilloth chaldaice cum explicatione germanica vocum difficilium per R. Jacob Kapel ben Schemuel. Friburgi Brisgoae apud Frobenium. f. a. 8. a) [II.]

[Auctorem appellat Le Long *Jacob b. Bounam*, quod rectius legendum : *ben Schemuel ben Boner*. Textus litteris quadratis rubris, commentarius judaeo-germanicus nigris rotundis eſt expreſſus. b)

Megilloth chaldaice cum Pentat. Hanoviae Hans Jac. Häne. 1614. 8. [III.]
— Amſtelodami 1646. 8. c) [IV.]

§. XXXVI.

Targum in Cant. Cant.

* Canticum Canticorum et Eccleſiaſtes Salomonis Chaldaice et latine per Eraſmum Oſwaldum Schreckenfuchſium. Baſileae. 1553. 8. d) [I.]
Canticum Cantic. chaldaice Amſtelodami apud David Tartas. 420. (1660.) 8. In calce extat Pirke Avoth. e) [II.]
Canticum Cant. chaldaice, cum verſione italica. Venetiis per Chriſtoph. Ambroſini. 432. (1672.) 8. f) [III.]
* Canticum Cant. chaldaice et hebraice. Amſtelodami apud Dav. Tartas. 443. (1683.) 12. g) [IV.]
Canticum Cant. chaldaice et hebraice. Venetiis apud Bragadinos in domo Joh. Cajon. 379. (1619.) 4. [V.]

Accedit verſio hiſpanica et Commentarius R. Abrah. Laniado. h)

Canticum Cant. Chaldaice et hebraice. Venetiis apud Hieronymum Bragadinum 1655. 8. i) [VI.]
Canticum Cant. Chaldaice et hebraice. Amſtelodami apud Salom Proops. 1712. 8. k) [VII.]
Targum in Canticum Canticorum ſine textu hebraeo. Amſtelodami 471. (1701.) F. [VIII.]

Longe diverſa a praecedentibus paraphraſis, quam Abraham Iſſachar Behrmann editioni Zenorennae adjecit. l)

§. XXXVII.

Targum in Ruth.

תרגום מגלת רות ארוך ומנוקד כפי דרכי דקדוק הארמי ע׳ יוחנן מירק׳ירוס י׳ט מלמד לשון הקדש בישיבת פ׳ריס העיר רבתי עם ושרתי במדינות [I.]

z) *Le Long* p. 91. col. 2. A. Conf. Part. I. c. I. Sect. II. § XXIX. n 1.
a) *Le Long* ibid.
b) *Wolffius* vol. 2. p. 1177. Conf. vol. 3. p. 523.
c) Conf. Part. I. Sect. II. §. XIX. n. 8. et 2.
d) *Le Long* p. 91. col. 2. B. *Wolffius* vol. 2. p. 1177.
e) *Wolffius* ibid.
f) id. ibid.
g) *Le Long* p. 91. col. 1. B. *Wolffius* ibid. Conf. Part. I. c. I. Sect. II. §. XXX. n. 2.
h) *Wolffius* vol. 2. p. 1177. Conf. Part. I. c. I. Sect. II. §. XXX. n. 14.
i) Conf. Part. I. c. III. §. XVI. n. 1.
k) ibid n. 2.
l) *Wolffius* vol. 2. p. 1177.

במדינות צרפת בנו המלך קארולוס התשיעי יר"ה ותרבה גדולתו לעד:

* Syriaca Paraphrasis libelli Ruth, repurgata et punctis notata, cum latina interpretatione et scholiis Jo. Merceri ac ejus annotationibus de Noemi Socra Ruth et de Boaz atque aliis, tum ex hebraeis tum ex nostris. Parisiis ex officina Roberti Stephani typographi Regii. 1564. 4. m)

[Syriaca quidem vocatur Paraphrasis, quae vero chaldaica est. Ad calcem annus 1565. notatur.]

[II.] Ruth chaldaice et latine. Lipsiae 1703. 4.

[III.] — chaldaice et latine. Traject. ad Rhen. 1710. 8.
In *Carpzovii* collegio rabbin. biblico. n)

§. XXXVIII.

Targum in Threnos.

Targum in Threnos, cura Francisci Tayleri. Londini, 1651. 4. o)

§. XXXIX.

Targum in Ecclesiast.

[I.] Ecclesiastes chaldaice et latine Schreckenfuchsii. Basileae 1553. 8. §. XXXVI.

[II.] * Targum in Ecclesiasten emendatum per Joh. Mercerum, Guill. Morelli. 1562. 4. p)

§. XL.

Targum in Esther.

Duplex exstat in Librum Esther paraphrasis chaldaica, quarum prior brevior est, altera vero diffusior, ut commentarii instar habenda sit. De utraque sequentia annotavit Le Long:

* In Cantico, Ecclesiaste et Esther Targum maxime vagatur, praesertim in Esther, cujus alterum Targum omnium recentissimum et fabulis refertum instar prolixi commentarii esse possit. q)

* Targum in librum Iob, in Psalmos et in Proverbia, a quibusdam Judaeis Josepho Coeco tribuitur; at qua vixerit aetate non dicitur; alii et ejus autorem non minus quam sequentium ignotum asseverant. Hoc Targum, sicut et Targum in quinque parva volumina et Targum alterum in volumen Esther, quod in priori plus una vice amplius est, impurissima dialecto Hierosolymitana conscripta sunt; at ultimi stylus adeo est barbarus, ut longe post alios Targumim exaratum esse censendum sit. In Targum quinque Megilloth mentio fit Misnae et Talmudis, utique Babylonici, quod ad minimum seculo V. post Christum natum prodiit in lucem. r)

§. XLI.

m) *Le Long* p. 91. col. 2. C. *Wolffius* vol. 2. p. 1177. *Maittaire* annal. tom. 3. part. 2. p. 730.

n) Part. I. Cap. I. Sect III. §. XXXVI. n. 4. 5.

o) Part. I. c. III. §. XVIII. n. 2.

p) *Le Long* p. 91. col. 2. C. *Wolffius* vol. 2. p. 1178.

q) *Joh. Buxtorfius* in praefat. Lexici chaldaico-syriaci.

r) *Prideaux* ibid. *Le Long* p. 91. col. 2. D.

§. XLI.

Editiones.

Targum secundum in Esther Bibliis Rabbinicis insertum legi jam supra §. VIII annotavimus. Addantur sequentes editiones minores, quae vel cum Pentateucho et Megilloth, vel sine hisce prodiere.

* Duplex Targum in Esther cum Pentat. et Megill. Venetiis apud Joh. de Gara. 1590. 8. s) [I.]

* Duplex Targum in Esther — Hanoviae apud Hans Jac. Häne. 1614. 8. t) [II.]

* Duplex Targum in Esther — Amstelodami. 1640. 4. u) [III.]

Duplex Targum in Esther — Amstelodami. 1646. 8. x) [IV.]

Duplex Targum in Esther cum Targum Jonathanis in Pentateuchum. Basileae apud Conrad Waldkirch 367. (1607.) F. y) [V.]

Duplex Targum in Esther. Francof. ad Moen. per R. Aharon ben Mordechai. 478. (1718.) 4. z) [VI.]

Addit *Wolfius*, Targum secundum cum Ketuvim, Venetiis 278. C. 1518. apud Dan. Bombergium fol. Verum haec editio est ultima pars Bibliorum Rabbinicorum a Felice Pratensis procuratorum.

Pars Libri Esther chaldaice et latine. Romae 1772. F. [VII].

In editione Romana Danielis secundum LXX. inserta legitur pag. 434-450. Pars libri Esther, chaldaice et latine, cum duabus versionibus Graecis, et versione antiqua et Vulgata ex MSS.

§. XLII.

Targum in Paralipomena.

* Paraphrasis chaldaica primi Libri Chronicorum, hactenus inedita, et multum desiderata: nunc vero e codice MSC. antiquo membranaceo Bibliothecae Rev. ministerii Erfordiensis A. C. exscripta, et juris publici primum facta, cura atque opera M. F. Beckii, Conf. et Ecclesiae Augustanae ministri. Cujus etiam versio latina et in illam notae simul prodeunt, cum triplici locorum scripturae, auctorum atque rerum indice. Prostat Augustae Vindel. apud Theophilum Goebelium, impressa typis Kopmaierianis. Anno 1680. 4. [I.]

Paraphrasis chaldaica II. Libri Chronicorum — Anno 1683. 4.

Ex praefatione II. voluminis: Textum non κατὰ πόδα sequitur hic Interpres, verum passim extravagatur, plurimaque vel de suo assuit, vel ex antiquiori cabala seu traditione accersita addit. a)

[Ab incerto auctore conscriptae sunt Paraphrases chaldaicae in libros Chronicorum, et per longum tempus in MS. codice absconditae latuerunt, donec tandem in lucem protractae sunt. Duo exstant Codices Paraphrasium MSti. Alter adservatur in Bibliotheca Rev. Ministerii Erfordiensis Augustanae confessionis, quem descripsit et edidit *M. F. Beckius* Confessionis et Ecclesiae Augustanae Minister. Alter Codex

s) *Le Long* p. 91. col. 2. C. Conf. Part. I. c I. Sect. II. §. XIX. n. 11.
t) *Le Long* ibid. Conf. l. c. n. 8.
u) *Le Long* ibid. Conf. l. c. n. 1.
x) Conf. l c. n. 2.
y) *Wolfius* vol. 2. p. 1178.
z) id. ibid.
a) *Le Long* p. 91. col. 2. E.

dex Cantabrigiae adſervatur, quem *Joh. Lightfootus* in Horis hebraicis et Talmudicis, antequam ederetur, ad partes aliquoties vocavit. Loca illa diligenter *Beckius* annotavit, et cujusnam Codicis lectio praeferenda ſit, diligenter oſtendit. Duobus voluminibus abſolvitur editio, quorum prius 1680. poſterius 1683. in vulgus exiit. b)

[II.] * Paraphraſis Chaldaica in librum priorem et poſteriorem Chronicorum auctore R. Joſepho, Rectore Academiae in Syria, nunc demum e MS. Cantabrigienſi deſcripta ac cum verſione latina in lucem emiſſa a Davide Wilkins. Amſtelodami apud Joh. Boom. 1715. 4. c)

[Iam eo tempore, quo Biblia Polyglotta Londinenſia exirent, ſtatuerat *Samuel Clericus*, paraphraſin chaldaicam Librorum Chronicorum ita edere, ut ſeptimum Operis una cum aliis opellis conſtitueret; eumque in finem codicem deſcripſit, et latina verſione donavit. Sed tomus ille ſeptimus nunquam in lucem exiit. Aggreſſus opus deinde eſt *D. Wilkins*, Memela-Boruſſus, inter Anglos S. Th. D. et e MS. codice Cantabrigienſi, qui olim Erpenianus fuit, paraphraſin edidit. Multo correctior eſt editio ac praecedens Beckiana, quin et locupletior; ſed nudum exhibet Textum cum verſione latina, cum Beckiana editio eruditis ornata ſit obſervationibus. *Jonathanem*, cui Targum in Legem a quibusdam tribuitur, a *Samuele Clerico* Paraphraſium conſtituitur auctor, *Wilkins* vero eandem R. *Ioſepho coeco* tribuit, eumque Rectorem Academiae in Syria appellat, qui rectius Academiae Soranae in Babylonia Rector dicendus fuiſſet. d)

[III.] Paraphraſis chaldaica in librum priorem et poſteriorem Chronicorum. — Amſtelodami apud Io. Baum. 1725. 4.

Editio certe eadem eſt ac praecedens, et niſi anni nota vitium typographicum involvit, nova tantummodo ornata eſt titulo. e)

§. XLIII.

Novum Teſtamentum chaldaicum.

* Novum Teſtamentum chaldaice cum Epiſtolis Canonicis et Apocalypſi.

Horum meminit Andr. de Leon, p. 133. antiq. Eccl. Orient. f)

[Multa mecum Judaeus quidam de Novo Teſtamento lingua Targumica conſcripto loquutus, quod ſe legiſſe, omni fide aſſeverabat. Multum rogatus denique illud monſtravit. Vidi et evolvi: nec aliud quidquam erat, quam Novum Teſtamentum Syriacum in forma minori a *Chriſtophoro Plantino* typis hebraicis excuſum. Exemplar illud vero, de quo *Andreas de Leon* ſcribit, non typis eſt expreſſum. Sed eſt pars codicis MSti Bibliothecae Vaticanae, qui V. et N. T. continet, lingua quidem Chaldaica, at litteris Syriacis ſcriptum. g)

§. XLIV.

b) *Wolfius* vol. 2. p. 1178. *Carpzovius* p. 453. Catal. Biblioth. Baumgart. p. 21. n. 55. Litterariſches Muſeum vol. 2. p. 378.

c) *Le Long* p. 92. col. 1. B.

d) *Wolfius* et *Carpzovius* l. c. Catal. Biblioth. Baumgart. p. 21. n. 56. *Unſchuld. Nachrichten* 1715. p. 556.

e) Index Bibl. Wernigerod. p. 12.

f) *Le Long* p. 92. col. 2. E.

g) id. p. 96. col. 1. B.

§. XLIV.

Loca singula.

Restant adhuc Collectanea Chaldaica, quae ab Eruditis eum in finem prolata sunt, ut inprimis tironibus in addiscenda lingua Targumica subvenire possint; quorsum sequentes referendas opellas esse censemus.

Epitome Bibliorum Polyglottorum cura Val. Schindleri. Witebergae 1578. 8. h) [I.]

* Selecta Targumim, cum versione latina et annotationibus Caroli Schaaf. Leidae 1686. 8. [II.]

Vide ejus opus Aramaeum. i)

Excerpta ex variis Targumim, in usum praelectionum edidit Hermannus von der Hardt. Helmstadii 1714. 8. k) [III.]

Selecta loca ex Targumim. Basileae 1650. 8. [IV.]

In *Joh. Buxtorfii* grammatica Chaldaica et Syriaca p. 324. etc.

Selecta loca ex Targumim. Basileae 1527. 4. [V.]

In Sebast. Munsteri grammat. Chald. p. 142. etc.

Deut. VI. 3. Chaldaice. Jenae 1692. 8. [VI.]

Jam supra inter polyglotta descripsimus *Krebsii* libellum, qui sub titulo prostat: Quinque priora capita Geneseos cum aliis dictis Biblicis idiomate Hebr. Chald. Syr. Arab. Aeth. Persico. Jenae 1692. 8. Libellus vero tantummodo priora capita Geneseos hebraice sistit. Dicta vero bina Deut. VI. 3. et Matth. IV. 10. sunt polyglotta. l)

§. XLV.

Emendationes.

De variis Targumim editionibus *Joh. Georg. Hagemannus* nonnulla retulit, quae hic sub examen vocanda et emendanda sunt. Refert ille Paraphrases Chaldaicas variis in locis editas esse, nimirum in Bibliis *Bombergii* Venet. 1515. in Bibliis *Plantini*, in *Buxtorffii* Bibliis magnis hebraicis 1620. in Bibliis polyglottis Antwerpiensibus, Parisiensibus, Anglicanis: In Complutensibus solummodo exstare Onkelosum, reliquarum vero Paraphrasium tantummodo ibidem exhiberi versionem Latinam. Haec ille. m) Quocirca sequentia notanda sunt: 1) Nulla prostant Biblia *Bombergi* cum nota anni 1515. prima enim editio prodiit anno 1518. §. VIII. n. 1. 2) Nulla sunt Biblia *Plantini* ab Antwerpiensibus Polyglottis diversa, in quibus Paraphrases Chaldaicae quaeri possent. Reliquae enim, quae ex officina *Plantini* emissae sunt editiones, vel solum habent Textum Hebraeum, aut textum archetypum cum versione Latina. 3) Biblia Rabbinica *Buxtorffii* male ad annum 1620 referuntur: in parte enim prima annus 1618. et in titulo Prophetarum posteriorum et Hagiographorum annus 1619. in fronte apparet. 4) Verum quidem est, in Bibliis Complutensibus Polyglottis solum exhiberi Onkelosum: sed reliquarum Paraphrasium versionem Latinam operi esse insertam, falsum est.

SECTIO

h) Conf. Part. I. c. III. §. XL. n. 8.
i) Le Long p. 92. col. 1. B.
k) *Wolffius* vol. 2. p. 1156.

l) v. Part. I. cap. III. § XIV. n. 1.
m) Nachrichten von den fürnehmsten Uebersetzungen der H. Schrift p. 51.



SECTIO III.

DE

VERSIONE SAMARITANA.

§. I.

Versio Samaritana.

Ad versiones sacri codicis Chaldaicas proxime accedit Versio Samaritana, tum quia gens Samaritana ex commixtione Hebraeorum et Chaldaeorum orta est; tum quia lingua Samaritanorum e duplici isto idiomate Hebraeorum et Chaldaeorum est conflata. Jam vero non de Pentateucho Hebraeo-Samaritano, cujus jam supra mentionem fecimus, n) sed tantummodo de versione Pentateuchi Samaritana, quae ab ipso Pentateucho distinguenda, nobis sermo est. Varia de ipsa versione *Le Long* in medium protulit, dum codices MStos hujus versionis delineavit. Nos vero, qui non de codicibus MStis, sed de editionibus typis expressis, solliciti sumus, ea hic tantummodo exhibemus, quae ad Versionis historiam faciunt; reliqua vero, quae Codices MStos spectant, aliis relicturi sumus.

§. II.

Gens Samaritana.

Gentis Samaritanae origo a defectione decem Israelis tribuum duce Jerobeamo, a Rehabeamo filio Salomonis derivatur. Isto enim tempore, quamvis lex Mosaica ut lex divina agnosceretur, publica idololatria stabilita est, qua decem illi tribus a reliquis Israelitis satis sese distinxerunt. Accesserunt vero deinde, cum rex Hoseas in captivitatem abductus esset, novi incolae e Babylonia, Cutha, Ava, aliisque terris in Judaeam transmissi, qui cum reliquiis gentis Israelitarum, adeo coaluerunt, ut ex hac commixtione nova inde exorta sit gens Samaritana, quae antiquiorem familiam in eo sequuta est, ut Legem Mosaicam seu Pentateuchum amplecteretur. Unde tum Pentateuchus Hebraeo-Samaritanus, tum versio Samaritana originem traxit. o)

§. III.

Versio prima.

* Versio Samaritanorum juxta quosdam triplex est, Samaritana, Arabica et Graeca. Prima facta est de Textu hebraico in dialectum Samaritanam,

n) Part. I. c. I. Sect. I. §. LXVIII.

o) Si quis plura de gente Samaritana scire desiderat, scriptores adeat, quorum satis longum exhibet catalogum *Carpzovius* in Critica sacra part. II. c. 4. p. 585.

nam, ſive in linguam Chaldaeo-Samaritanam. — De auctore verſionis Samaritanae nihil alicubi eſt, nec apud ipſos Samaritas, nec apud Judaeos, vel alios, quos videre licuit ſcriptores, ut nec de tempore, quando facta eſt. p)

* Ab Hebraeo propius abeſt, magisque phraſim et genium Hebraicae linguae ſapit Samaritica verſio, quae nobis prae manibus eſt, quam Chaldaicae Paraphraſes, Judaeorumque alii Libri Chaldaici. — Pentateuchum contuli cum noſtro, id eſt, Hebraeo; interpretationem deprehendi literae adeo mordicus adhaerentem, ut hac in parte omnes interpretes ſuperare videatur. q)

* Samaritanus interpres fere ad verbum exprimit contextum Hebraeo-Samaritanum, a quo in pauciſſimis diſceſſit, maxime in fluviorum, urbium, regionum nominibus. r)

[Samaritanorum Pentateucho, hinc et ejus verſioni Samaritanae nimis favet, qui illum primo publice produxit, *Johannes Morinus*, et qui cum illo facit *Rich. Simon*, qui illum pro authentico Legis Judaicae codice venditant, hancque, quae ex illo confecta eſt, maxime commendant. Verum et hunc textum Hebraeo-Samaritanum non ita accurate exprimere, uti volunt ejus defenſores, obſervarunt viri, qui veram ferre poterant de hac controverſia ſententiam.

* Haec verſio Samaritana, licet Hebraei Textus veſtigia premat, non ſemper tamen illum exacte exprimit. Affirmat Joh. Morinus ita preſſe textum hebraicum ubique ſequi, et verbum de verbo reddere, ut unam translationem utique textui ſufficere judicaret, quod quidem utplurimum verum eſt, non tamen ubique, cum in multis locis textum deſerat. s)

* Multorum in ore (*ait Dan. Huetius*) ea eſt Pentateuchi interpretatio, quam Samaritae condiderunt; hujus propter craſſiſſimam gentis inſcitiam auctorem vulgo ignorabilem eſſe ferunt: neque vero de ejus antiquitate quicquam poſſe definiri. Ante Chriſtum quidem confectam plerique jactitant; quin et a temporibus Eſdrae Nehemiaeque aetati proximis eam arceſſerunt nonnulli. Id vero rei caput eſt, laudabilem interpretis fidem eſſe ac integritatem, cum fere par utrobique verborum numerus cum ſententiarum conſenſione appareat. — — Compoſita eſt haec interpretatio ad Pentateuchi Samaritanum exemplar t)

[In naturam atque indolem Samariticae verſionis accurate inquirit, eique juſtum ſtatuit pretium *Frid. Imm Schwarzius* in exercitationibus in utrumque Samaritanorum Pentateuchum. u) Verſionem ipſam quam ſaepiſſime cum Paraphraſi Chaldaica *Onkeloſi* conſentire, loquendique rationem proxime ad recentiores accedere Paraphraſes Chaldaicas obſervarunt Eruditi.

 Unde

p) *Waltonus* proleg. XI. §. 20. *Le Long* p. 109. col. 1. A. B.

q) *Joh. Morinus* exercit. 4. in Pentat. Samarit. p. 195. *Le Long* ibid. col. 2. A.

r) *Rich. Simon* in diſq. crit. de var. Bibl. edit. c. IX. p. 88. 89. *Le Long* p. 110 col. 1. D.

s) *Walton* l. c. *Le Long* ibid col. 1 B.

t) *Huetius* in libro de claris interpr. §. 26. *Le Long* ibid. col 1. C.

u) Wittebergae 1756. 4.

Unde illam primo poſt Chriſtum natum ſeculo confectam eſſe conjiciendum eſt.

§. IV.

Lingua.

* Lingua Samaritana etſi ex Hebraica et Chaldaica ortum ducit, mixtione tamen et proprio ipſius Samaritiſmo, in tertium quid ab ambabus diverſum degeneraſſe arbitror. Dictiones vero Chaldaeis et Syris tantopere inſolentes, non abſurde ſuſpicari licet Arabicas eſſe; nam ab Arabiſmis non puto Samaritanos abhorrere; quippe qui hodie Arabico ſermone pro vulgari utuntur. x)

* Verum ratio quam affert Petrus a Valle, non invicte probat. Arabicam nunc linguam uſurpant, utpote in his regionibus omnium vulgatiſſimam. y)

[Samaritanorum lingua parum ab hebraea differt, et propterea, qui linguam hebraicam callet, facillime et Samaritanam addiſcere poteſt, inprimis ſi hebraica ſine punctis legere conſueverit. Nulla enim habent Samaritani puncta vocalia; ſonus itaque vel ex hebraica analogia vel e matribus lectionis, quibus utuntur, petendus eſt. Dialectum quod attinet, proxime ad Chaldaiſmum accedit; voces tamen habet haud paucas ſibi proprias. Verborum et nominum formatio modo regulas Hebraeae modo Chaldaicae linguae ſequitur. z) Litterae vero Samaritanorum quoad formam externam a quadrato et rotundo Hebraeorum typo quam maxime differunt. *Jod* quod Hebraeis eſt littera minima, apud Samaritanos una linea horizontali et tribus lineis perpendicularibus conſtat: et litterae, quae apud Hebraeos cognatae formae ſunt, et facile ſcribendo et legendo permutari poſſunt, hic a ſe invicem ſunt remotiſſimae. Celebris vero inter magni nominis viros orta eſt diſputatio de antiquiſſima litterarum hebraicarum forma, utrum character ille quadratus, an vero Samaritanus antiquiſſimus ſit: de qua inſtar omnium conſulendus eſt *Joh. Gotil. Carpzovius.* a)

§. V.

Editiones Pentateuchi.

[I.] * Pentateuchi verſio Samaritana, cum interpretatione latina, quae et Pentateucho Samaritano congruit, a Joanne Morino concinnata. V. Biblia Polyglotta Pariſienſia 1645. F.

Samaritica Hebraei Textus Tranſlatio textum primigenium κατὰ πόδα ſequitur, atque ex eo verbum e verbo expreſſa eſt, ideo duplici verſione latina opus fore non judicavimus. b)

* Pen-

x) *Petrus a Valle* in Epiſt. 15. Antiq. Eccleſ. Orient.

y) *Le Long* p. 108. col. 2. E.

z) *Joh. Leusdenus* philolog. hebr. mixt. pag. 60.

a) Critica ſacra p. 227. etc.

b) *Joh. Morinus* in 2. praefat. Bibl. Polyglott. Pariſienſ. *Le Long* p. 110. col. 1. D. Conf. Part. I. c. III. §. IV.

* Pentateuchi verſio Samaritana cum interpretatione latina a Joh. Morino concinnata. V. Biblia Polyglotta Londinenſia. 1657. F. c) [II.]

§. VI.

Partes Pentateuchi.

תרגום שומרוני דספר בראשית:

Verſio Samaritana primi Libri Moſis. (Halae Saxonum circa 1750.) 4. [I.]

Fragmentum editionis coeptae ſed non ad finem perductae, conſtans plagulis quatuor, et capita XVIII. prima Geneſeos comprehendens. Adverſa tituli pagina ſiſtit Alphabetum Samaritanum valore Hebraico reſpondens, nec non ſpecimen verſionis Samaritanae ex Bibliis Polyglottis Londinenſibus nimirum Gen. I, 1-3. typis Samaritanis, et denique Exemplum lectionis verſionis Samaritanae adhibitis Hebraeorum litteris vocalibusque additis, ſecundum Chaldaeorum analogiam, Gen. I, 1-5. Textus typis hebraicis expreſſus eſt. Editor, juvenis rei litterariae orientali deditus, integram ita in vulgus emittere ſtatuit Geneſin. Sed labore defeſſus ab opere manum removit, atque in fine ultimae paginae adſcripſit: Finis capitis XVIII. Geneſeos.

* Geneſeos quatuor priora capita Samaritane et latine, cura Othonis. 1702. d) [II.]

Quatuor prima capita Geneſeos Samaritane et latine, cura F. E. Collini. Francofurti. Typis Martini Jaqueti. 1704. 4. [III.]

Textum Hebraeo-Samaritanum ſequitur verſio Samaritana, cum verſione latina e Polyglottis Londinenſibus petita, et Gloſſarium Samaritanum. e)

* Horae Samaritanae: hoc eſt, excerpta Pentateuchi Samaritanae verſionis cum translatione latina, et notis perpetuis; et grammatica Samaritana, copioſis illuſtrata exemplis; et tandem gloſſarium pure Samaritanarum vocum. Studio Chriſtophori Cellarii. Cizae, typis Joh. Bielkii 1682. 4. [IV.]

* Horae Samaritanae — Studio Chriſtophori Cellarii. Cizae 1705. 4. f) [V.]

[Selecta hic exhibentur loca, et ea potiſſimum, quae a *Morino* haud accurate verſa ſunt. Comprehenſa cum aliis ejusdem generis exſtat opella ſub titulo: Philologicarum Lucubrationum Sylloge, hoc eſt, praecipuarum orientis linguarum, Ebraicae, Chaldaicae, Syrae, Samaritanae et Arabicae grammatica praecepta, quarundam etiam pericopae Biblicae, et gloſſaria, cum ſciagraphia univerſae philologiae ſacrae, quae ſingula in praefatione ordine recenſentur. Jenae proſtat apud Johannem Bielkium, 1683. 4. Plura de rebus Samaritanorum erudite tractavit idem Cellarius tum in Collectaneis Hiſtoriae Samaritanae, Cizae 1688. 4. tum in Exercitatione gentis Samaritanae hiſtoriam et ceremonias illuſtrante. Halae 1694. et 1707. 4.

§. VII.

Verſio ſecunda et tertia.


Duplex Samaritanis adhuc adſignatur Pentateuchi verſio, altera Arabica, altera Graeca. De utraque nonnulla refert *Le Long*. Sed quae de illis notanda ſunt, ad Sectiones ſequentes, ubi de Verſionibus Arabicis et Graecis dicendum erit, reſervabimus.

c) *Le Long* ibid. Conf. l. c. §. VI.

d) *Le Long* p. 110. col. 2. A. Conf. Part. I. c. III. §. XIV. n. 2.

e) Conf. Part. I. c. I. Sect. I. §. LXVIII. n. 6.

f) *Le Long* p. 110. col. 1. E.



SECTIO IV.

DE

VERSIONE SYRIACA.

§. I.

Partitio.

In recenſenda Codicis ſacri Verſionis Syriacae hiſtoria, Verſio Veteris Teſtamenti Syriaca a Verſione Novi Teſtamenti probe diſcernenda eſt. Utraque enim quamvis uno eodemque idiomate ſit concinnata, Veteris Teſtamenti verſio tamen a verſione Novi Teſtamenti tum ratione antiquitatis, tum internae conditionis maxime diſtinguitur. Veteris enim Teſtamenti eſt alia ſimplex et antiquior, alia vero recentior.

§. II.

Lingua Syriaca.

* Diſtinguitur Lingua Syriaca in tres dialectos, quorum elegantiſſima eſt Aramaea, quae eſt lingua incolarum Edeſſae, Haran, et Syriae exterioris (*ſeu Meſopotamiae*). Proxima illi eſt Palaeſtina, qua utuntur Damaſci et Montis Libani et reliquae Syriae interioris incolae (*Syriam proprie dictam intelligit*). At omnium impuriſſima Chaldaica Nabathea, quae eſt dialectus populi montium Aſſyriae et Pagorum Arach. [a])

* Quamvis linguae Syriacae uſus communis ſit apud diſtinctas diverſarum religionum nationes, ſacrorum tamen voluminum integritas ſumma ſemper cum religione ſervata eſt ab omnibus, ita ut nulla vel minima diſcrepantia in eorum lectione deprehendatur. Viget autem ea lingua primo apud Chaldaeos, Meſopotamiae populos Haereſi Neſtorianae miſere obligatos; tum apud Syros Jacobitas, qui Dioſcoridis, Eutychetis et Jacobi falſa dogmata ſecuti Monothelitarum nomine dignoſcuntur; tertio apud Maronitas noſtros, etiam Syros, qui ab avita fide Catholica Romana nunquam deſciverunt. [b])

* Linguam Syram certe nondum uſitatam fuiſſe Judaeis Chriſti tempore, ex multis apparet, quae nimis longum eſſet recenſere. Hoc unum afferemus, in paraphraſi Novi Teſt. in Joan. 19. 13. pro גבתא λιθόστρωτος, aliis Aramaeis uſitato, eſſe גפיפתא ſeptum: unde omnino videantur tunc Judaei ſecunda Aramaeorum dialecto (quae Chaldaica dicitur) uſi, qua Jonathan, qui 40 circiter annos vixit ante Chriſtum, Judaeis ſui temporis Vetus Teſtamentum

a) *Georgius Barhebraeus* in Chronico ſeu hiſtoria Dynaſtiarum edita a Pocockio.

b) *Gabr. Sionita* in praefat. Pſalterii Syriaci.

tum expoſuit. Tantam vero hujus linguae antiquitatem arguit paraphraſis in Novum Teſtamentum, ut eam auſim eccleſiae illi Antiochenae primum naſcenti, Chriſtianisque illis primum in ea appellatis adſcribere. c)

[Linguam Syriacam tempore Chriſti incolarum Palaeſtinae vernaculam fuiſſe, ſummo ſtudio defendit *Joh. Albertus Widmanſtadius*, qui eam Chriſtianam idcirco nominat, quod Chriſto Jeſu, ejusque Matri virgini domeſtica fuerit, aetateque illa in conſuetudine Judaeae totius vulgari, ideoque a Novi Teſtamenti ſcriptoribus Hebraica dicta. d) Verum vir doctus confundit dialectum Hieroſolymitanam in Targum et Talmude, utroque Hieroſolymitano obviam cum dialecto Aramaea, ab illa diverſa. In aliam nuper abiit ſententiam Cl. *de Roſſi*, qui ſatis erudite multisque evincit argumentis, Servatorem mundi, cum in terra viveret, dialecto Galileae effata ſacra eloquutum eſſe. e) Quae de Jonathane profert *Bertramus*, duplicem involvunt errorem. Nec integrum V. T. expoſuit idem Jonathan, neque certe eo, quod ſtatuit, tempore vixit.

§. III.

Codicum diverſitas.

Litterae Syrorum omnes ſunt conſonae, ejusdem cum Hebraeis poteſtatis: duplicis vero ſunt formae. Aliae ſunt communes, uti in Bibliis Polyglottis aliisque N. T. Syriaci editionibus cernuntur; aliae vero Eſtrangelae, ſeu Peregrinae dicuntur, quibus in Titulis, Inſcriptionibus et Subſcriptionibus librorum uti ſolent, quemadmodum et a Widmanſtadio factum eſt. Puncta vocalia ſunt vel antiqua, vel nova et poſteriora, ex Graecorum vocalium figuris orta; quae vero non ſemper debito ſuo loco apponuntur, ſed quam frequentiſſime ſubintelligenda ſunt. Hinc in ipſis Syrorum codicibus ingens obſervatur varietas.

* Cum apud Syros nulli fuerint Maſorethae, qui ſicut Judaei punctis vocalibus lectionem textus determinaverint, non mirum eſt, quod tanta ſit in illorum exemplaribus varietas. Ideo in quibusdam tantum praecipua puncta notantur, in optimis vero et vetuſtiſſimis omnino abſunt. f)

* Nullus eſt apud Syros Maſorae locus (*ut obſervat vir doctiſſimus*). A notariis enim parum diligentibus orta eſt punctorum varietas. Nec verum eſt, quod hic affirmatur, puncta in vetuſtiſſimis codicibus MSS. omnino abeſſe: quidam antiqui haec habent, alii contra illis deſtituuntur. g)

§. IV.

Duplex Verſio V. T.

* Verſio Syra, qua vulgo Syri omnes utuntur, ex Hebraico facta eſt, omniumque verſionum orientalium antiquiſſima. In Polyglottis Pariſien-

c) *Corn. Bonav. Bertramus* praefat. in comparationem linguae Hebr. et Aramaeae. *Le Long* p. 90. col. 2. E. ad p. 91. col. 1. D.

d) Praefat. ad prima Elementa Linguae Syr. Viennae 1555. 4.

e) Della lingua propria di Chriſto. Parmae 1772. 4.

f) *Rich. Simon* cap. 14. hiſt. crit. Verſ. Vet. Teſt. p. 175.

g) *Le Long* p. 91. col. 1. E.

ſienſibus et Anglicanis edita eſt. Altera ex Graeco exſtat, ſed in paucis omnino libris, cujus nonnulla reperiuntur in codice Colbertino num. 1037.[h])

* Vetuſtiſſima eſt ea Veteris Teſtamenti ex Hebraeo contextu Syriaca interpretatio, qua utuntur Syri Orthodoxi, Neſtoriani et Jacobitae. Juxta eandem conditae ſunt plurimae Verſiones Arabicae. — — Syri qui codices ſacros ex Hebraeo verterunt, exemplaria Maſorethis antiquiora ſecuti ſunt; pluribus enim in locis cum Hieronymiana aut ſeptemvirali verſióne, magis quam cum textu Hebraeo Maſorethico convenit. — Syri translatione etiam ex graeco facta utuntur; ſed cum haec in officiis divinis nunquam fuerit uſurpata, nullum ideo exemplar hujus verſionis integrum totius ſacri codicis textum continens in celeberrimis quoque Bibliothecis reperitur, dubitare tamen non licet, quin extiterit, cum ſaepe laudetur a Moſe Bar Cepha et Dionyſio Barſalibi, aliisque Syris Theologis, et partes quaedam praeſertim Pſalterii in nonnullis codicibus manuſcriptis legantur. [i])

* Syris duplex eſt Bibliorum verſio, ex graeco una facta eſt, et nondum in lucem edita; ex Hebraeo altera, quam Polyglottorum opus continet, et haec aliquid admixtionis ex Graeca editione habère videtur; iſta autem ſi pauciſſimos libros excipias, Ebraica verba ita preſſe exprimit, ut a Judaeo potius quam ab homine Chriſtiano profectam fuiſſe crediderim. Suſpicor illam olim in uſum Judaeorum, qui in Synagogis ſuis Ebraice et Chaldaice S. Scripturam legebant, conditam fuiſſe, et ab his ob Chaldaicae et Syriacae dialectorum affinitatem ad Syros tranſiiſſe. [k])

* Syriacarum Verſionum haud una eſt. — Simplex altera et ex Hebraeo ſive Thaddaei ſive Salomonis tempore facta; altera ex Graeco LXX. Interpretum multo poſt N. C. tempore concinnata. Sic etiam Maraba Magnus, et Moſes Bar Cephas ſacrum codicem Syriace transtuliſſe feruntur, nonnullasque editiones pro Scribarum ſtudiis et commodis, ex diverſis verſionibus contextas et interpolatas eſſe Ecchellenſis tradit. Itaque vix aliquam antiquarum verſionum integram obtinere dabitur. Damus ſane antiquiſſimis temporibus lectos eſſe ſacros libros, ſed noſtros eos eſſe, in quos e. g. Jacobus Syrus Niſibenſis et Ephrem commentatus eſt; vel eos, quos graeci latinique Patres citant, equidem non auſim affirmare, uti Waltonus facit. [l])

[Adſervatur in Bibliotheca Mediceo-Lauretana teſte *Aſſemanno, Gregorii Bar Hebr.* Horreum myſteriorum, hactenus nondum typis exſcriptum, in quo ille duplicem adhuc recenſet verſionem Syriacam, nimirum Heracleenſem et Karkaphenſem, de utraque vero, eas a ſimplici haud diſcedere, adfirmat. [m]) Nuperrime de Verſionibus Syriacis ſatis accurate egit Cl. Abbas *Gabriel Fabricy.* [n])

§. V.

h) Haec ſcripſit doctiſſimus Abbas *Euſeb. Renaudot* ad *Jac. Le Long.*

i) Idem *Renaudot* cap. 7. lib. 7. de perpetua eccleſiae conſenſione circa ſacramenta, p. 537. 538.

k) Ita Author Synopſeos Nov. Bibliorum Polygl. p. 18.

l) *Andr. Müllerus* in Diſſert. de Syriacis librorum ſacrorum verſionibus p. 26. 27. 28.

m) Catalog. Biblioth. Mediceo-Lauretanae p. 69.

n) Des titres primitifs de la revelation. Romae 1772. 8. tom. I. p. 355. etc.

§. V.

Versionis simplicis antiquitas.

Veteris Testamenti versionem Syriacam tempore Salomonis Regis Israel, et Novi Testamenti tempore Apostolorum confectam esse ab aliis adfirmatur, ab aliis vero in dubium vocatur.

* Versionis Syriacae antiquitas ea est, (inquit Gabriel Sionita in praefat. Psalt. Syriaci) ut secundum receptissimam Chaldaeorum et Syrorum traditionem, coaeva sit Salomoni: sic enim legimus in libro antiquissimo Soadedi, (alias Jesadadi) Episcopi Hadthensis (vel potius Hadithensis) veteri charactere in membranis exarato, qui inscribitur: *Locorum difficilium et vocum obscuriorum in sacris litteris occurrentium elucidatio;* sacrorum voluminum translatio hunc ordinem est adepta: Pentateuchon, Josue etc. *ut mox infra ex versione Abrahami Ecchellensis in notis ad Catalogum lib. Chald. ab Hebed confectum*: Salomon multorum Syrorum testimonio non solum sacrorum librorum habetur Interpres exhortante Hiramo amico, verum etiam characterum author. De sacrarum literarum translatione ita Jesadad Episcopus Hadithensis in elucidatione locorum difficilium Geneseos: *Ad Syriacum autem idioma translatae sunt Scripturae juxta aliquos hoc modo: Pentateuchus, Josue, Judices, Ruth, Samuel, David, Proverbia, Ecclesiastes, Canticum Canticorum, et Iob tempore Salomonis, Hiramo ejus amico deprecante. Reliqui vero libri Veteris simul ac novi Testamenti tempore Abgari Regis Edessae sollicitudine Adaei, (Thaddaei) et reliquorum Apostolorum, quanquam alii aliter dicant, nempe quod ab uno sacerdote ex iis, quos miserat rex Assyriae, in Samaritanum idioma conversi sint.* Samaritanum autem idioma idem est ac Chaldaicum. Ita Ecchellensis. Illud autem confirmatur a Gregorio Bar-Hebraeo lib. VI. Chronicorum.

* In versionis Syriacae antiquitate adstruenda, (*sunt verba Isaaci Vossii*) plane delirant Syri, non tantum cum Hiramum hujus autorem faciunt, sed etiam cum insignem aliquam vetustatem huic adscribunt. Plurimis haec interpretatio Graecis scatet vocabulis. — Quod autem putant nonnulli versionis hujus Syriacae mentionem fieri in Catenis Graecorum Patrum, ac memorari nonnunquam a Theodoreto, Chrysostomo, aliisque, in eo omnino falluntur. Si quis loca, quae a praedictis Patribus adducuntur, committat cum hodierna versione Syriaca, plurimum illam a veteri discrepare inveniet. Hinc clarum fit, diversis temporibus diversas quoque apud Syros extitisse versiones. Hodiernum quod vulgo legitur exemplar, vix puto quinque aut sex seculis esse antiquius. o)

* Quicquid hic Vossius adversus Syriacae versionis antiquitatem effutiat, id certe nullius est momenti, praeterquam quod enim ille hujus idiomatis cognitione carebat, nullus fere locus occurrit a SS. Patribus olim laudatus, quin etiamnum in hac versione legatur. v. gr. quae S. Basilius juxta Syri cujus-

o) *Vossius* c. XVIII. Differt. de LXX. Interpr. p. 89. 90.

cujusdam (S. Ephrem) ſententiam hom. 2. in Hexaem. p. 14. editionis Morellianae refert. p)

[Quo tempore nata ſit verſio Syriaca Veteris Teſtamenti, quove auctore conſcripta ſit, utique dubium eſt. Quae Syri ipſi, qui illam ad antiquiſſima tempora remittunt, gloriantur, non majoris ſunt ponderis, quam quae *Voſſius*, qui illam ad poſteriora tempora revocat, in medium protulit. Jam aetate Apoſtolorum illam extitiſſe ex Epheſ. IV. 5. coll. Pſ. LXVIII, 19. minime probari poteſt. Paulus enim non Syrum interpretem, ſed Syrus Paulum ſequutus eſt. Difficile ſane eſt, aetatem celebratiſſimae verſionis accurate determinare: ab utraque enim parte haud levia militant argumenta. Interim quae illam ad poſteriora referunt tempora, majoris videntur eſſe ponderis. *Sam Bochartus* eam recentiorem eſſe contendit, quod graecis vocibus tota ſit interſperſa, et vocabula quaedam, quae apud vetuſtiores Graecos metallorum epitheta erant, pro argento more recentiorum Graecorum reddiderit. q) Utrumque verum eſt, et ſatis eam non Salomonis tempore natam eſſe evincit: interim natales ejus in tempora Danielis incidere poſſent, in quibus graecus ſermo Aramaeis haud ignotus fuit. Addimus hiſce ſilentium antiquiſſimorum Patrum, qui dum verſionis Syrae mentionem faciunt, non de verſione Syriaca, ſed de verſione quadam Graeca a Syro quodam confecta loqui videntur: Ephremi Syri exemplum, qui longe diverſam in medium profert verſionem; et denique teſtimonium, quod *Pocockius* in praefatione ad Proph. Joel ex Libro Al Tacrit profert, quod usque ad *Ephremi* tempora inter Syros Vetus Teſtamentum lingua hebraica lectum ſit, Ephremus vero hoc interdixerit.

§. VI.

Indoles Verſionis.

Verſionem ſimplicem olim accurate textui hebraeo reſpondiſſe, facile largiri poſſumus iis, qui exactam cum illo convenientiam depraedicant. Verum quae hodie in Polyglottis exſtat verſio, non ita intemerata deprehenditur, ſed multis in locis ad verſionem ſeptuagintaviralem transformata videtur. Nec deſunt exempla, unde concluditur interpretem aliter legiſſe in codice hebraeo, fortaſſis non punctato, a vera hebraearum vocum notione eum aberraſſe, ordinem propoſitionum transpoſuiſſe, et a fontibus, ut alium omnino ſenſum obtrudat, eum aberraſſe. Nihilo tamen ſecius Philologis et Exegetis utilitate et praeſtantia ſeſe maxime commendat. r)

§. VII.

Verſio recentior.

De verſione altera, quae recentior et e graeco textu ſeptuagintavirali confecta eſt, teſtis omnium graviſſimus, qui illam manibus tractaſſe, et ocu-

p) *Euſebius Renaudot* in obſerv. ad *Jac. Le Long* miſſis.

q) *Bocharti* opp. tom. I. p. 858. et 861. etc.

r) Conf. *J. G. Carpzovii* critica ſacra, part. 2. p. 621. etc. *Waltoni* proleg. XIII. p. 389. etc. *Kortholti* tract. de variis Scr S. editionibus c. 4. p 40. etc. *Rich Simon* hiſt. crit. du V. T. p. 270. etc. *Joh Henr. Hottingeri* theſaur. philol. p. 261. *Joh. Leusdeni* philol. hebr. mixt. p. 67. etc.

oculis usurpasse contendit, est *Andreas Masius*, qui sequentia nobis reliquit: [s])

* Habeo ab interprete Syro etiam (*praeter librum Josuae*) Judicum historias et Regum, praeterea Paralipomena, Esdram, Esther, Judith, denique Tobiae et Deuteronomii bonam partem. *Ibidem ante dixerat:* Habeo aliquot sacrae scripturae libros, qui et conversi sunt in linguam Syriacam, et scripti sunt Alexandriae anno ab Alexandro Magno 927 (anno Christi 615) hoc est ante hos nongentos et quinquaginta annos; sunt inquam conversi ad verbum de Graeco exemplari, quod manu Eusebii ad Origenis libros, qui in Caesariensis Ecclesiae Bibliotheca adservabantur, fuerat emendatum, cum huic ad eam rem adjutor fuisset suus Pamphilus. In quibus libris meis Syricis — omnes ubique notae Origenianae summa cura atque incredibili diligentia sunt appositae. *Idem alio loco:* [t]) Extant apud me praeter alios nonnullos Vet. Test. libros, etiam quatuor libri de Regum historia e Graeco exemplari, quod manu Eusebii Pamphili ad Origenis Hexapla in celeberrima Caesariensi Bibliotheca asservata, correctum erat, traducti in linguam Syriacam anne annos circiter mille, atque tam accurate scripti, et obelis, asteriscis, limniscis, aliisque notis, ex quibus LXXII. Interpretum translatio germana possit agnosci, passim notati, ut nesciam an cujusquam industria exactius atque absolutius aliquid praestare posset.

Hic rarissimus codex repertus est inter Codices MSS. Dn. Lentii Lingg. Orientalium professoris. [u])

Hic locus est omnium qui orientales S. Bibliorum versiones spectant, difficillimus. Testimonium Masii, viri caeteroquin probatae fidei, et exquisitissimae doctrinae, in dubium vocari non posse videtur. Sed asteriscos aliasque Origenianas notas, in linguis ita diversis, Graeca nempe et Syriaca, tanta accuratione, quanta in libro Josuae Graece opera Masii edito reperiuntur, fuisse conservatos, capere quis poterit? Cur hanc translationem litteris Syriacis, quibus instructum erat Plantini typographeium, exarari non curaverit? quis unquam hunc codicem aut alium hujusmodi inspexerit? [x])

* Id facile dijudicabit, qui textum Graecum ab Hesychio recensitum cum editione textus Josuae apud Masium contulerit, modoque quid sibi velint Origenis obeli et Asterisci, prius didicerit. Quid autem sibi velint, eorum quos legimus, solus Masius vidit, nec videre non poterat, vir Graece, Hebraice et Chaldaice eruditissimus, qui codicem Bibliorum Syrum ex Hexaplis Origenis ante mille annos versum cum adnotatis asteriscis, obelis, lemniscis et hypolemniscis, penes se habebat. [y])

 [*Ma-*

s) In Epistola nuncupatoria Commentarii in libr. Josuae, et in praefat. annotat. pag. 123.

t) In praefat. Commentarii Bar-Cephae de paradiso, quam latine convertit.

u) *Grabe* prolegom. Biblior. graec. tom. ult. cap. 4. §. 9.

x) *Eusebius Renaudot* in observationibus suis msc.

y) *Joannes Morinus* in Epist. 43. Antiq. Eccles. Orient. p. 237. quae scripta est ad Thomam Cromberum. *Le Long* p. 96. col. 2. B. ad p. 97. col. 1. B.

[*Masium* in suspicionem fraudis vocare, ac si omnibus quae de praestantissimo codice narravit, fumum vendidisset, nimis durum acerbumque in virum istum foret. Flebile quidem codicis istius fatum est, quod ita sese subduxerit, ut a nemine amplius indagari potuerit. Inter *Lentii* codices illum latere nunciatum est *Johanni Ernesto Grabio:* sed quamvis nullius rei pepercerit, compos ejus fieri haud potuit. In *Jablonskii* manus eum transiisse iterum relatum est; sed, si verum est, et hic latuit, et ita latuit, ut omnium conspectui plane subductus sit. Qui vero *Masium* ab omni fraudis suspicione liberat, est ille Codex Ambrosianus, cujus notitiam nuper Cl. *De Rossi* cum orbe erudito communicavit; et qui revera alterum est integri operis volumen, cujus prius olim *Masii* fuit. Continet ille versionem Syriacam a simplici Versione diversam, quae a *Pocockio* versio *figurata* appellatur. Hausit ille notitiam ex *Abulfaragio*, vocemque ejus Arabicam, quae secundum *Renaudotum*, *Tyrium* significavit, *figuratam* vertit, unde *Waltono* aliisque versio venit *figurata*. Verum judice Cl. *de Rossi*, uterque fallitur. *Abulfaragius* enim nihil aliud indicare voluisse videtur, quam eam versionem fuisse formae septuagintaviralis, vel ad ejus normam et speciem confectam. [z])

§. VIII.

Versio Thomae Heracleensis.

Inter varias, quae olim exstitere, versiones Syriacas recensetur versio Codicis sacri a Thoma Heracleensi confecta. *Pocockius*, postquam antiquae versionis Syriacae mentionem fecerat, haec addit: [a])

" Quandoquidem posterioris aevi aliam habeamus, eam a Thoma Heracleensi concinnatam esse haud injuria mihi persuadeo. Id enim reperio in msc. quodam Syriaco (*de quo nonnihil dictum est in praefatione posterioris epistolae S. Petri Syr. Gr et Latine anno* 1630 *editae. Haec ibi scripserat:* Alter ille interpres qui Dionysium nactus est Commentatorem, locum hunc sic effert.) Ubi inter antiquam et recentiorem Thomae Heracleensis probe distinguitur. Pari ratione versioni historiae Suzannae V. T. in codice quodam Syriaco MSC. praefixum invenio, eam esse *ex versione Heracleensis.* Binae enim sunt hujus historiae in eo codice versiones, quarum tamen neutram, antiquam eam esse simplicem, putandum. — Quo autem tempore Thomas Heracleensis vixerit nondum mihi ex quodam certo scire contigit. (*Jam scripserat in praefatione libri supra allati haec verba :* a quo et quando in linguam Syriacam translatae sint hae Epistolae, supra vires meas disquisitio est.) *Deinde addit quaedam, quae suam confirmant sententiam:* Unum tamen monere liceat, Dionysium quendam, (ita se vocat) qui commentariis Syris has una cum coeteris Canonicis et Actis Apostolorum, nec non Apocalypsi illustravit, in praefatione ad secundam Petri monere: Epistolam secundam

z) Conf. *de Rossi* specimen ineditae et Hexaplaris bibliorum versionis Syro-Estranghelae. praefat §. 2. Repertorium für biblische und morgenländ. Litteratur, Vol. I. part. 3. p. 198. *Lorckii* Bibelgeschichte part. I. p. 97. *Carpzovii* crit. sacr. p. 638.

a) In praefat. generali Comment. in Jolem.

dam Petri non fuiſſe verſam in linguam Syriacam cum libris, qui in diebus antiquis redditi ſunt, ideoque non inveniri niſi in translatione Thomae Epiſcopi, qui cognominatus eſt Heracleenſis, ſecundum nomen Heracleae civitatis ſuae. *Ex hujus verſione refertur hiſtoria Suzannae tom. IV. Bibl. Polygl. Londin.*

* Thomas erat Epiſcopus Heracleenſis, ſecta Jacobita vel Dioſcorianus. Ex his quae citantur locis nullo modo conſequitur hunc alicujus eſſe verſionis auctorem, ſed duntaxat Aegyptum petiiſſe, ibique textum ſacrum contuliſſe cum antiquis Graecis codicibus, qui in Monaſterio S. Antonii ſervabantur. Ad hanc correctam editionem Syri fere omnes ſua, inprimis Novi Teſtamenti exemplaria conformarunt. Quae vero laudati authores, ſcribunt de nonnullis Veteris Teſtamenti libris, qui in aliis Syriacis editionibus abſunt, id quidem verum eſt de iis libris, qui in Canone Hebraeo non exſtant. [b])

* Idem *Renaudot* ait, Thomam Epiſcopum Heracleenſem Jacobitam, qui ſeculo VII. florebat, in corrigenda verſione Syriaca juxta vetuſtos et Graecos inprimis codices operam impendiſſe, unde haec editio Heracleenſis nuncupatur. [c])

[Duplicem olim *Thomae* Heracleenſis extitiſſe Codicis ſacri verſionem, cum aliis ſtatuit quoque *Carpzovius*. Verum *Renaudoti* conjecturae cum vero magis conſentire videntur. Verſionem antiquam ſeu ſimplicem hodie non intemeratam, ſed ad verſionem ſeptuagintaviralem conformatam jam ſupra obſervavimus. §. VI. Quo auctore, quave occaſione vero hoc factum ſit, ignoratur. Quid vero, quo minus hoc collationibus a *Thoma* Heracleenſi inſtitutis, tribuamus, prohibet? Verſio graeca certe tunc temporis inter Syros frequentior erat, quam ipſe codex Hebraeus; conſilii itaque eſſe, ad illam verſionem, quae publicis ſacris dicata erat, conformare, ſtatuit *Thomas*. Nec objici poteſt duplicem exſtare hiſtoriae Suſannae verſionem Syriacam, ab antiqua vel ſimplici diverſam. Eſt enim libellus apocryphus, quem, cum in Hebraeo non inveniretur canone, forte plures in linguam Syriacam transtulerunt.

§. IX.
Verſio V. T. Theodori Syri.

De Verſione V. T. a Theodoro Syro confecta idem *Maſius* teſtis eſt.

* Eſt et alius apud Syros Theodorus, converſo abs ſe in Syriacam linguam de Hebraea Vetere Teſtamento clariſſimus, quippe cujus interpretatione ut authentica omnes omnium Syrorum utuntur eccleſiae. [d]) Haec ſcribebat *Maſius* anno 1567. nec ullam adducit Veterum authoritatem, ut ſuam opinionem ſtabiliat, de qua merito dubitare licet.

* Aberravit ſane hoc in loco doctiſſimus Maſius, hic quippe Theodorus, de quo loquitur, ipſe eſt Epiſcopus Mopſueſtenus, *Interpres* per an-

b) *Euſebius Renaudot* in obſervat. ſuis mſc.
c) Lib. 4. c. 2. de perpetuo conſenſu Eccleſiae circa Euchariſtiam. *Le Long* p. 94. col. 2. C.
d) In prooemio Comment. Bar-Cephae de Paradiſo.

antonomasiam dictus, non quod sacras transtulerit litteras, sed quod eas commentariis suis exposuerit. A Nestorianis inter Patres Graecos numeratur. Quando eum ab aliis Syris citatum Masius invenit, id profecto factum est, ob sua in sacros codices commentaria, quae quidem Syriace scripta non videntur, cum Liberatus cap. 10. Breviarii sui afferat, ejus volumina in Syrorum linguam a Nestorianis fuisse conversa. Contraria est Nestorianorum traditio, quae nullatenus Syriacas S. Scripturae versiones ab eo factas memorat, sed tantum exarata hoc idiomate illius commentaria. [e])

§. X.

Aliae Versiones.

Reliquae, quae recensentur Syrorum versiones Codicis sacri hic enumerasse sufficiat.

I. Veteris Testamenti versio Syriaca a Mar-Abba confecta.

* Mar-Abba interpretatus est et exposuit totum Vetus Testamentum ex idiomate Graeco in idioma hoc Syriacum. [f])

* Conjectari licet, inquit Assemannus Maronita, [g]) Jacobum Episcopum Edessenum, cognomento Commentatorem, vel totam sacram scripturam, vel illius partem e Graeco in Syriacum transtulisse. Id enim Syrorum complures praestitere; ut Philoxenus Mabugensis, Thomas Heracleensis et Mar-Abba Chaldaeus.

[Vixit *Mar-Abba* seculo sexto aerae Christianae; quartus enim fuit ab Acatio Nestorianorum primate, qui sub Pheroze, Persarum Rege, *Babuaei* martyris sedem occupavit.

II. Versio Novi Testamenti Philoxeniana, quae hucusque in MS. latuit, jam vero per *Ge. Ridleium* in publicum producitur. Nonnulla de ista versione jam Cl. *Lorckius* annotavit, [h]) quae hic non repetenda sunt, cum uberiorem totius operis nobis suppeditat notitiam *Wetstenius*: „Possessor codicis est „Vir Reverendus *Glocester Ridley* LL. B. qui eam ab amico in Mesopotamia „vel in regione Mosulorum trans Tigrim acquisitum et anno 1730. Amida „missum in Angliam (quo tamen non nisi biennio post delatus est) ad dies „quindecim, quos mihi dari petieram, humanissime mecum communicavit. „Codex scriptus est in papyro, sed spissiori, cujus singula folia ex aliis con„glutinatis videntur compacta, charactere duplici, utroque ab editione *C.* „*Schaaf* diverso, ita quidem ut librarius inconstans in una eademque pagina „modo hoc modo illo charactere alternis uteretur, quod molestiam legendi „non parum auxit, cum praefertim characteri *estrangelo* dicto i. e. στρογγύλῳ „(quem in N. T. Syriaci Lectionibus annotandis exhibet *Widmanstadius*, in „pro-

e) *Eusebius Renaudot* in suis observat. msc. *Le Long* p. 95. col. 1. D.

f) *Hebed Jesu* in catal. libr. chaldaeorum p. 51. edit. Romanae.

g) Biblioth. oriental. p. 493. *Le Long* pag. 95. col. 2. A.

h) De Syriacarum Novi Foederis Versionum indole, atque usu dissertatio; Philoxenianam cum simplici e duobus pervetustis codd. MSS. ab Amida transmissis conferente Gl. Ridley, Londini 1761. 4. recensetur a Cl. *Lorckio* in Bibelgeschichte part. I. p. 340.

„prodromo Coptico *A. Kircherus*, et in orbis eruditi litteratura *E. Bernar-*
„*dus*,) non essem assuetus. Continet hic codex totum N. T. si Apocalypsin
„et posteriorem Epistolae ad Hebraeos partem a Cap. XI, 27. excipias. Ha-
„bet autem non solum Canones *Eusebii*, sed etiam praefationem *Cosmae*
„Indicoplevstae in Evangelium Joannis, una cum Prologis, Divisionibus
„et Subnotationibus *Euthalii.* Habet porro collationem versionis Syria-
„cae prioris cum posteriore, quam in ipso contextu exprimit, praepo-
„nendo obelum verbis, quae in priori abundant, et asteriscum iis, quae
„priori desunt: ubi tamen aliquoties in ponendis istis signis a librario aberra-
„tum fuisse videtur. Denique in margine exhibet, praeter nomina vel pro-
„pria vel non vulgaria, Graecis litteris charactere unciali secundae classis ex-
„arata, variantes lectiones codicum Graecorum, lemnisco praenotatas, qua-
„rum non paucae in ipsum textum adposito asterisco irrepserunt. Dici autem
„non potest quam vehementer perculsus atque ex magna spe deturbatus fue-
„rim, cum viderem plerasque omnes istas variantes Lectiones ex versione
„Itala, hoc est, ut puto, ex ipsis quos supra descripsi codicibus, A. C. D. et
„L. esse petitas. De autore sive tempore Conversionis istius, tum nota-
„rum, quibus obeli, asterisci, et lemnisci praefixi sunt, haec habentur in fi-
„ne Evangeliorum Syriace scripta partim minio partim atramento: *Est autem*
„*liber hic quatuor Evangelistarum Sanctorum, qui conversus fuit ex lingua*
„*Graeca in Syram* (*et litteris hebraicis*) *Aramaeam accuratione multa et gesta-*
„*tione oneris magni: primum quidem in Mabug urbe Ao.* 819. *Alexandri Ma-*
„*cedonis in diebus sancti Domini.* Philoxeni, *Confessoris, ejus urbis Episcopi:*
„*Collatus autem fuit postea multa cum diligentia a me* Thoma *paupere cum*
„duobus *exemplaribus Graecis valde probatis et accuratis in Antonia Alexan-*
„*driae urbis magnae, in monasterio Antoniano; iterumque scriptus et collatus*
„*est in loco dicto Anno* 927 *ejusdem Alexandri, indictione quarta. Quantam*
„*autem molestiam et sollicitudinem in eo componendo habuerim, Dominus solus*
„*novit, qui retribuet unicuique secundum opera sua in judicio suo justo et recto.* —
„*Amen* — Haec ergo Versio posterior edita est A. 506. jussu *Philoxeni*, sive
„Xenajae episcopi Hierapoleos, et autore *Polycarpo* Philoxeni Chorepiscopo,
„cujus nomen ex *Mose Aghelaeo*, scriptore seculi sexti, diligentia Assemanni
„eruit. At de auctore Variantium Lectionum et signorum appositorum dis-
„putatur, utrum duo fuerint an unus. Syri quidem scriptores apud Asse-
„mannum, nostrum *Thomam* pauperem et Thomam Germaniciae episcopum
„manifeste confundunt, quod ratio temporum non patitur, cum noster vixe-
„rit A. 615. hic vero Philoxeni Hierapoleos et Severi Antiocheni aequalis
„initio seculi sexti claruerit. Unde alii conjiciunt, Versionem hanc Syria-
„cam bis cum codicibus Graecis fuisse collatam, semel a Thoma Germani-
„ciae Episcopo, paulo postquam fuisset edita, et iterum centum annis postea
„a Thoma Heracliensi. Mihi secus videtur etc., [i])

III. Versio *Pauli*, Telae Episcopi, cui itidem versio Syriaca et qui-
dem e Graeco contextu septuagintavirali adscribitur. Dubiae vero sunt au-
cto-

i) *Wetstenii* prolegom. in N.T. p. 112. edit. Fol. V. infra §. XXXVIII.

ctoritatis versiones, quas primo et tertio loco nominavimus, et utrum commemorati interpretes Textum sacrum vel integrum, vel partem ejus tantum aliquam transtulerint, an vero solummodo exegetice textum exposuerint, certo definiri nequit. Id tamen, non nisi unicam extare Codicis sacri versionem typis expressam, cum reliquae adhuc in MStis lateant Codicibus, quam certissime constat. [k])

IV. Quod denique ad versiones Syro-Arabicas attinet, quae inprimis hodie inter orientales versantur, eas non plane diversas esse ab aliis versionibus observandum est. Differunt enim potissimum ipso scribendi modo. Aliae charactere Arabico scriptae Melchitis usui sunt; aliae charactere Syriaco minori Carschiuni seu *Ghierschouni* dicto exaratae sunt. Cujusmodi editiones Romae a Congregatione de propaganda fide in Maronitarum usum procuratae sunt.

§. XI.

Editiones.

Jam vero, praemissis iis, quae ad historiam Syriacae versionis faciunt, ad describendas editiones typis exscriptas progredimur. Sunt vero illae majores, quae integrum sacrum Codicem, minores vero, quae partem, vel partes plures ejus exhibent; quas singulas hic ordine recensebimus, ut majores minoribus praemittamus.

§. XII.

Editio Parisiensis.

* Biblia Syriaca Veteris et Novi Testamenti. Parisiis 1645. F. In Bibliis Polyglottis a Mich. le Jay editis.

Quamvis haec versio non sit eadem, quam viginti quatuor vicibus ad minimum laudat Theodoretus in Comment. suo in Hieremiam et Jonam, saepissime tamen cum illa convenit, et vix quatuor aut quinque locis ab illa discrepat. Alias Patrum auctoritates, qui τȣ Σύρȣ subinde faciunt mentionem a se collectas adducit Hottingerus [l]) et Müllerus. [m]) Facta est haec Syriaca translatio v. gr. Pentateuchi ex Hebraeo, quorundam aliorum librorum ex Graeco.

Haec editio Gabrielis Sionitae licet merito ab omnibus suscipienda sit, negari tamen non potest multos et graves defectus ac naevos in editione ista occurrere, tam ex msc. librorum, quibus usus est Sionita, lacunis, quas aliquando ex proprio ingenio, non ex codice msc. supplevit, et aliquando, ut invenit, reliquit, quam ex operarum erratis, quae nimis frequenter occurrunt, tum ex versione latina, quae cum Syra utique non exacte quadrat. — Etsi vero omnium versionum ad Textum Hebraicum haec Syriaca propius accedat, in quibusdam hic illic observant quidem cum Joh. Henr. Hottingero, codicem hebraicum istius interpretis aliquando cum LXX, aliquoties cum Samaritano convenire. Unde Bootius nec ex Syro ubique lectiones varias vult colligi. [n])

Ut

k) Conf. *Carpzovius* l. c. p. 639.

l) Dissertat. 2. de Heptaplis Parisiensibus p. 105.

m) In dissertatione de versione Syriaca pag. 12.

n) *Waltonus* proleg. XII. §. 8.

Ut Textuum originalium veſtigiis preſſius inſiſtit Syrus Interpres quam verſiones aliae; ſic ob linguae affinitatem Hebraeam magis emphatice et proprie exprimit. [o])

Veteris Teſtamenti verſionem intelligo, (*inquit Jac. Chriſtoph. Iſelius*) antiquiorem illam, quae in Bibliis Polyglottis Pariſienſibus et Anglicanis excuſa eſt num. 2. Quod ad auctores et ad aetatem illius verſionis attinet, ſatis id certum mihi videtur, auctores complures, et diverſis temporibus huic operi manum admoviſſe. — Illud ſatis manifeſto eſt indicio Pentateuchum et libros hiſtoricos coeteros non eſſe ab eodem interprete in linguam Syriacam converſos, quod in Pentateucho voces Graecae occurrant quam rariſſime; in coeteris vero eae ſint admodum frequentes; imo quod ea ipſa in iis verſionibus Graecis vocibus exprimantur, quae interpres Pentateuchi Syriacis vocibus reddiderat. — Quaedam Graecae voces leviter ſolum in morem ac terminationem Syrorum inflexae non raro in his Syris verſionibus, praeſertim in Joſue ac Judicibus occurrunt, quae in Pentateucho Syriaco nuſpiam comparent, et interpretibus iſtis cum Syriacis Evangeliorum interpretibus magis ſunt communes. Verſio Chronicorum ideo mihi ab alio prorſus interprete facta eſſe videtur, quod Hebraea quidem tam preſſe atque accurate non exprimat, ut illae coeterorum librorum hiſtoricorum verſiones Syriacae, et e contra vocibus Graecis, iisque magnam partem ſatis recenter in Chaldaicum atque Syriacum ſermonem infarctis longe frequentius utatur. Quotiescunque autem ab Hebraeo textu et a Graeca 70 Interpretum verſione diſcedit, habet fere imitatorem Arabem, nam cum uterque perpetuo fere iisdem in locis ab Hebraeo in diverſum abeat, et in iis quae ab Hebraeo diverſiſſime comminiſcantur, ſecum tamen invicem egregie conſentiant; et vero licet Arabs Interpres Interprete Syro ſit poſterior, neceſſe eſt, ut in his locis Syrum ſibi imitandum propoſuerit. — Dein iſta verſio multa transponit, quae et diligens ipſius imitator Arabs confeſtim transponit. Alia in Syriaca verſione omiſſa ſunt, quae rurſus et Arabs omiſit. Atque haec omnia argumento ſunt, auctorem iſtius Chronicorum verſionis ab Interprete Pentateuchi et coeterorum quoque librorum hiſtoricorum eſſe diverſum, quum nihil fere tale in iis factitetur. Praeterea iſthaec Syriaca verſio nomina propria locorum complura diverſiſſime a coeterorum omnium librorum verſionibus Syriacis reddit. Accedit ad haec, quod in iſta Chronicorum verſione voces Graecae longe ſint quam in coeteris frequentiores. Exiſtimarem autem ex iisdem his Graecis vocibus aliqualem conjecturam fieri poſſe de aetate quarumvis verſionum, ac eo quasvis eſſe recentiores, prout plures voces Graecas, ſi illae ex verſione 70 Interpretum non ſint deſumptae, admixtas habent. Unde conjicio Syriacam Verſionem Prophetarum et ab alio adornatam eſſe, quam qui libros hiſtoricos, et praecipue Chronica in Syriacum ſermonem convertit, ac eſſe etiam iis verſionibus paulo antiquiorem, et verſioni Pentateuchi aetate propiorem. Solet tamen interdum fieri, ut Graecas voces aut ex Graeca verſione in ſuam transferant, aut eas ipſi ſua ſponte infarciant. [p])

Exem-

o) *Hottingerus* l. c. §. 11.

p) *Jac. Chriſtoph. Iſelius* c. 3. ſpeciminis obſervat. et conjecturarum ad oriental. Philologiam et Critic. pertinentium. Baſileae 1704. 4.

Exemplar illud verſionis Syriacae (*inquit Rich. Simon*) ex Hebraeo contextu ſumptum eſt, et quibusdam in locis ad Graecum LXX. reformatum, ita ut non omnino exhibeat antiquam illam verſionem, quam Syri ſimplicem appellavere. Pene quidem ad verbum ex Judaeorum codice haec translata fuiſſe videtur, adeo illum in plerisque locis perfecte exprimit. q)

[Non omnes, qui ab Eccleſia Romana Veteri Teſtamento adnumerantur, libri in hac editione Syriace exhibentur. Deeſt enim verſio Syriaca Libri Tobiae, Judith, Eſther, Epiſtolae Hieremiae et Libri Baruch, fragmentorum Danielis et Libri II. Maccabaeorum. Singulis accedit verſio latina non ab uno eodemque auctore confecta. Plurimos *Gabriel Sionita* latinitate donavit libros; Libellum vero Ruth *Abrahamus Ecchellenſis*, et quinque libros, qui vulgo dicuntur Salomonis, *Johannes Heſronita* transtulit. Novum vero Teſtamentum e Bibliis Polyglottis Antwerpienſibus exſcriptum eſt, adjunctamque habet *Guidonis Fabricii Boderiani* verſionem latinam. Quae vero in Antwerpienſi opere deſiderantur Epiſtolae Catholicae et Apocalypſis huic editioni acceſſere, priores ex editione et cum verſione *Eduardi Pocockii*, poſterior vero ex editione et cum verſione *Ludovici de Dieu*. Typus Syriacus elegans eſt; ſed quam parum emaculatus ſit ipſe Syriacus contextus, ex iis, quae *Waltonus* ei praeſtitit, dijudicandum erit. r)

§. XIII.

Editio Londinenſis.

* Biblia Syriaca Veteris et Novi Teſtamenti. Londini 1657. fol. In Bibliis Polyglottis a Waltono editis.

Omnia (*quae in editione Pariſienſi deſiderantur*) in noſtra ſupplere conati ſumus, non ex propriis conjecturis, ſed ſecundum exemplaria MSS. quorum quaedam antiquiſſima, reliqua ex authenticis apud Syros codicibus deſcripta ſunt: unde non tantum infinita vocabula, quae vel deficiebant, ſupplevimus, vel quae depravata erant, reſtituimus, ſed et in plurimis locis integros verſiculos et capita inſeruimus, qui in Pariſienſi non extabant, videlicet Librum Eſther, Judith, Tobiam, 2 et 3 Machabaeorum, et quaedam alia fragmenta, quae in noſtris lector inveniet. Duo Exemplaria nobis ſuppeditavit Reverendiſſ. Uſſerius, quorum unum ſolum Pentateuchum complectitur, aliud totum continebat Vetus Teſtamentum exceptis Pſalmis. Aliud etiam accurate deſcriptum nobis communicavit Eduardus Pocockius, in quo etiam omnes libri Veteris Teſtamenti. s)

Conſtat errores innumeros, quibus abundat Pariſienſis editio Heptaglotta maxime in verſionibus Syriacis et Arabicis, nec non in Latinis illarum interpretationibus, adhuc in Anglica eosdem conſpici: neque etiam caſtigatos fuiſſe in animadverſionibus criticis, quae in ultimum tomum rejectae ſunt. t)

[Judicium a *Richardo Simon* prolatum odio et invidiae magis quam veritatis ſtudio tribuendum eſt. Habet omnino editio Londinenſis ſuos naevos, ſed certe edi-

q) *Rich. Simon* cap. 21. Diſq. crit. de var. Bibl. edition. *Le Long* p. 102. col. 1. B

r) Conf. Part. I. c. III. §. IV. et §. XXVII. n. 5. 6. 7.

s) *Waltoni* proleg. XII.

t) *Rich. Simon* cap. 27. ſub finem Diſquiſ. crit. de variis Bibliorum editionibus. *Le Long* p. 103. col. 1. D.

editione Parisiensi multo est emendatior. Pluribus instructus *Waltonus* fuit subsidiis. Praeter codices jam enumeratos ad manus fuit Codex Cantabrigiensis, mancus quidem, qui tamen Prophetas majores et Libros omnes Apocryphos exhibuit; qui vero, quantum conjicere licet, omnium est antiquissimus. Omnes isti codices cum Textu singulari studio collati, et ex iis lectiones variantes collectae sunt. Adfuerunt *Waltono* viri cujusvis generis eruditi, qui collato studio opus promoverunt, in quorum numero fuit *Edmundus Castellus*, qui omnes libros, qui in Parisiensi desiderantur, in latinum transtulit sermonem. [u])

§. XIV.

Partes Geneseos.

* Geneseos Capita quatuor priora Syriace et Latine studio Georgii Othonis. Francofurti 1702. 4. [x])

§. XV.

Psalteria.

Psalterium Syriacum, cum commentario carschiunico - arabico. Typis monasterii St. Antonii de Kuzaia Montis Libani. 1585. fol. [y]) [I.]

* Psalmi Davidis cum Canticis Veteris et Novi Testamenti. Syriace et Arabice. In monte Libano. 1610. fol. [II.]

Versio Arabica, charactere Syriaco minori, qui scribendi modus vulgo Ghierschouni appellatur. Praemittitur epistola Sergii Risii Archiepiscopi Damasceni. Liber excusus in monte Libano in Monasterio S. Antonii et S. Joannis Evangelistae per Josephum F. Amima Diaconum. [z])

[Ita recenset auctor noster editionem prioris Psalterii iteratam, quae inter Maronitas procurata est. Sed parum accurata sunt, quae refert; quae, ne bis eadem dicenda sint, infra inter Arabica emendabimus.

* Psalmi Davidis Regis et Prophetae, lingua Syriaca nunc primum ex antiquissimis codicibus manuscriptis in lucem editi a Thoma Erpenio, qui et versionem latinam adjecit. Lugduni Batavorum, ex typographia Erpeniana linguarum orientalium, anno Domini CIƆIƆCXXV. Prostat apud Joh. Maire et Elzevirios. 4. [III.]

Ex praefatione Th. Erpenii, qui editionem praecedentem non viderat: Accipe B. L. Psalmos Regii Prophetae lingua Syriaca expressos ex duobus antiquis codicibus, quorum alterum ex Oriente attulit Joannes Borelius, alterum ego quoque inde sum nactus. Versionem addidi latinam, ad verbum fere e Syro expressam, ut hujus linguae minus peritis consulerem. Vocalium notas visum fuit textui non adjicere, quod intellecta analogia grammatica, haud difficile cuilibet futurum sit inter legendum eas addere, tum quod exemplaria nostra iis destituerentur. — Cum autem versio ista a textu Ebraeo (ex quo procul omni dubio, ut singuli versus clamant, expressa est,) longiuscule interdum incedat, passus ego sum mihi ab amicis quibusdam persuaderi, ut calci operis notas quasdam adjicerem. *Sed morte praeventus id praestare non potuit.* [a])

 [Ad-

u) Conf. Part. I. c. III. §. VI.

x) *Le Long* p. 103. col. 2. B. Conf. Part. I. c. III. §. XIV. n. 2.

y) *Assemanni* catal Bibl Med. Laur. p. 51.

z) *Le Long* p. 103. col. 2. B.

a) *Le Long* p. 103. col. 2. C.

[Additur praefationi brevis ad lectorem monitio: „Benigne lector, ita praefationem edere voluimus, uti Typothetae edendum Erpenius tradiderat: notas ea promitti vides, quibus tum diverſitatis a textu hebraeo ratio exponeretur, tum difficiliora pleraque vocabula Syra explicarentur. Sed ſummus vir morte praeventus praeſtare id non potuit. Quare labore hoc uti nunc damus grato animo utere ac fruere. Vale.„ Typi ſunt majuſculi et diſtincti; numerus commatum in margine eſt notatus. Sed diviſio Pſalmorum in certa ſegmenta pro more Syrorum intra lineas Contextus Syri et latini eſt expreſſa.[b])

[IV.] Pſalterium Syriacum. Recenſuit et Latine vertit Thomas Erpenius. Notas philologicas et criticas addidit Joannes Auguſtus Dathe, Profeſſor linguae Hebraeae ordin. in Academia Lipſienſi. Halae ſumtibus Orphanotrophei MDCCLXVIII. 8 maj.

In praefatione multa diſputat Editor contra Cl. *Semleri* hypotheſin, ſecundum quam verſio Syriaca ex Hexaplis *Origenis* confecta, et omnibus graecis verſionibus recentior dicenda eſſet. Erpenianus Textus ejusque verſio hic iterum exhibetur; quo vero prior emendatior exeat, Textui Syriaco puncta vocalia e Bibliis Polyglottis Anglicanis adſcripſit, puncta vero diacritica Erpenianae editionis delevit, litteras *Eſtrangulo* in margine notatas cum uſitatioribus permutavit, numerumque verſuum in margine addidit, et Erpenianae et Londinenſis editionis diſcrepantes lectiones ſtudioſe annotavit Editor. Accedunt denique notae criticae in margine inferiori. Gratum acceptumque eſt Philologiae ſacrae ſtudioſis oblatum munuſculum: Erpeniana enim editio communi omnium uſui haud eſt accommodata, quin et inventu eſt difficilis. Id vero, qui rei Syriacae ſtudent, dolebunt, quod Editor puncta diacritica prioris editionis plane deleverit. Ipſi et hoc fraudi fuit Pſalm. XVI. 2. ubi punctum voci ܐܡܪܬ ſuperne impoſitum ſecundam indicat perſonam. *Erpenius* haud accurate itaque interpretatus erat *Dixi*, quem ſequutus eſt Cl. *Dathe*, notamque addit p. 27.: „*Dixi.* Ita omnes reliqui interpretes praeter Chaldaeum, qui habet, ut in textu „hebr. eſt, ſecundam perſonam אָמַרְתְּ „ Syrus puncto diacritico ſecundam perſonam indicat.[c])

[V.] * Liber Pſalmorum Davidis Regis et Prophetae ex idiomate Syro in Latinum translatus a Gabriele Sionita Doct. Theologo, et literarum Syriacarum atque Arabicarum in Academia Pariſienſi Profeſſore et Interprete Regio. Opus cum ad Vulgatam editionem tuendam aptiſſimum, tum ſacrarum literarum et linguae Syrae ſtudioſis utiliſſimum. Pariſiis MDCXXV. 4.

Ex praefatione: Animus fuit Pſalterium ipſum cum verſione latina edere, ex tribus codicibus mſc. quorum unus a Georgio Maronio Nicoſianae urbis Archiepiſcopo ad me miſſus eſt. Haec enim prima eſt editio Syriaca, (*ignorabat ſane eam, quae in monte Libano fuerat excuſa*) quae tum ad germanum Pſalmorum ſenſum aſſe-

b) Conf. *Nachrichten von einer halliſchen Biblioth.* vol. 4. p. 377. *Knochii hiſtoriſch critiſche Nachrichten* p. 587. et de vita Editoris *Niceronii Nachrichten von berühmten Gelehrt.* vol. 6. p. 24.

c) Gelehrte Anzeigen. Göttingen A. 1769. p. 549.

fequendum tum ad vulgatam plurimis in locis tuendam maxime confert. Ubi fenfus obfcurior vifus eft, notulas adjeci marginales: imo plures ipfi textui voculas parenthefi claufas inferui, vim et energiam fermonis Syri indicantes. — — Textum Syriacum, ut potuimus religiofiffime, falva latinitate, ex verbo ad verbum expreffimus. Apices etiam feu vocales, fine quibus impoffibile eft in ejusmodi linguis proficere, accuratiffime ubique adjecimus. d)

[Latina verfio non tam preffo pede de verbo ad verbum fequitur Syriacum contextum, ut Erpeniana. Tituli Pfalmorum, quae in codice hebraeo leguntur, plane ejecti, eorumque loco alii et diverfi furrogati funt: verfus vero fecundum codicem hebraeum funt diftincti. Accedit denique Pf. CLI. qui non in hebraeo fed in graeco textu legitur. Quis qualisve ille fuerit *Gabriel Sionita Edinius*, e litibus, quas cum *Mich. le Jay*, Polyglottorum Parifienfium editore aluit, et quae alio loco, quorfum lectorem remittimus, expofitae funt, dijudicari poterit. e)

Liber Pfalmorum Syrolatinorum. (Parifiis 1625.) 4. [VI.]

Additur Titulus Syriacus. Eadem eft editio ac praecedens, eliminata latina praefatione. Exemplar e numero eorum effe videtur, quae Syris in Oriente viventibus deftinata fuere. f)

Pfalterium Syriacum. Romae 1737. 12. [VII.]

Notitiam hujus editionis debeo Cl. *de Roffi*, qui illam mihi annunciavit.

§. XVI.
Pfalmi Syriace.

Pfalmi decem Syriace, cura Gerfchovii. Gryphiswaldiae 1640. Fol. [I.]

In Polyglottis. Nominantur ab Auctore noftro: *Pfalmi Syriace V. iidem Polyglotti;* quibus *Gerfchovii* Pfalterium Hexaglotton innuitur, quod vero nunquam lucem adfpexit. g)

* Septem Pfalmi poenitentiales. Romae 1584. 8. h) [II.]

Septem Pfalmi poenitentiales. Romae. Typis congregationis de propaganda fide. 1642. 8. i) [III.]

* Pfalmi poenitentiales Syriaci, cum verfione latina V. Cl. Thomae Erpenii et punctis vocalibus atque latina interlineari expreffione in ufum facilioris et accuratioris lectionis inftructi a M. D. H. V. *Henrici Opitii* Syriafmus, Lipfiae et Francofurti 1678. 4. k) [IV.]

[Editionem procuravit *Daniel Hafenmüllerus* eum in finem, ut cum Syriafmo *Opitii* eodem anno recufo conjungeretur. Textus ex editione *Erpenii* exfcriptus eft, puncta vero vocalia et quidem recentioris formae ab editore adjecta funt. Latina *Erpenii* verfio inferiorem occupat marginem, praxis vero legendi inter lineas expreffa eft. Ab recentiori Syriafmi editione anni 1691. abfunt Pfalmi, eorumque in locum idiotifmi fyntactici fubftituti funt. l)

d) *Le Long* p. 103. col. 2. E.
e) *Knochii Nachrichten* p. 589.
f) *Nachrichten von einer hallifchen Bibliothek.* vol. 4 p. 379.
g) *Le Long* p. 104. col. 1. B. Conf. Part. I. cap. III. §. XXVIII. n. 1.
h) *Le Long* ibid.
i) *Lorckii* Bibelgefchichte part. I. p. 423.
k) *Le Long* ibid.
l) Catal. Biblioth. Baumg. p. 22. n. 63.

[V.] Pſalmus I. Syriace, Graece, Hebraice et Latine Johan. Bern. De Roſſi. Parmae ex regio typographeo. M. DCC. LXXVIII. 4. maj.

Adſervatur in Bibliotheca Ambroſiana Bibliorum codex Syro-Eſtrangelus Hexaplaris, qui pars integri operis Biblici creditur, cujus partem priorem olim poſſedit *Andreas Maſius*, et quem poſtea, cum edendis ſeptuaginta Interpretibus inſudaret, anxie quaeſivit *Joannes Erneſtus Grabius*. Volumen, quo *Maſius* uſus eſt, exhibuit Deuteronomium, Joſuam, Judices, Reges, Chronicorum Libros, Eſdram, Eſtherem et Tobiam. Bibliothecae Ambroſianae vero volumen reliquos ordine complectitur libros, Pſalmos, Jobum, Proverbia, Eccleſiaſten, Canticum Canticorum, Sapientiam, Eccleſiaſticum, Oſeam, Amoſum, Habacucum, Sophoniam, Haggaeum, Zachariam, Malachiam, Jeremiam, Danielem, Ezechielem et poſtremo Iſaiam. Accurate codicem delineavit Cl. *De Roſſi*, eundemque deſcribit Cl. *Paul Jac. Bruns* m) ex litteris *Jac. Jon. Björnſtählii*, et Cl. *Joh. Bapt. Brancae* Praefecti Bibliothecae Ambroſianae. Hujus poſterioris Clariſſimi Viri benevolentia nactus eſt Cl. *De Roſſi* apographum Pſalmi primi hexaplaris, quod publici juris fecit. Columna prima ſiſtit verſionem ſeptuagintaviralem, ſecunda verſionem Syro-Eſtrangelam, ex verſione graeca confectam; tertia ejus verſionem Latinam; quarta textum Hebraeum non punctatum; quinta verſionem Syriacam ſimplicem; et ſexta ejus verſionem latinam. Prodiit ſub titulo: „Specimen ineditae et hexaplaris Bibliorum verſionis Syro-Eſtranghelae cum ſimplici, atque utriusque fontibus Graeco et Hebraeo collatae, cum „duplici Lat. verſione ac notis. Edidit ac Diatriben de rariſſimo codice Ambroſiano, unde illud hauſtum eſt, praemiſit Johannes Bern. de Roſſi, in Reg. Parm. „Acad. Publ. Lingu. Orient. Profeſſor ac Vice-Praeſes Facultatis Theologicae, Corton. Etruſc. Acad. ſocius. Parmae. Ex Regio Typographeo M. DCC. LXXVIII. „Facultate obtenta.„ Specimen hoc ex benevolentia Cl. Editoris, cui hic publice grates referimus debitas, in noſtros tranſiit uſus.

[VI.] Pſalmus I ex verſione Syro-Eſtrang. Hexaplari et latina interpretatione cel. De Roſſi. (Lipſiae 1778.) 8.

Binas columnas, qui verſionem Syro-Eſtranghelam et verſionem Cl. *De Roſſi* continent, omiſſis reliquis recudi curavit Cl. *Joh. Gottfr. Eichhornius.* n)

[VII.] Pſalmus VI. Syriace cura Gerſchovii. Gryphiswaldiae. 1636. 4. o)

[VIII.] Pſalmus CXIX. Syriace, cura Scheidii. Argentorati 1700. 4. p)

§. XVII.

Prophetae Syriace.

Obadias Syriace cura Crocii. Bremae 1673. 4. q)

§. XVIII.

Apocrypha Syriace.

[I.] Libri Apocryphi Syriace et Latine in Bibliis Polyglottis Londinenſibus. Londini 1657. Fol.

Jam

m) Repertorium für bibliſche und morgenländiſche Litteratur, part. 3. p. 166.

n) v. Repertorium modo laudatum, pag. 209. ſq.

o) Part. I. cap. III §. XXVIII. n. 2.

p) Ibid. §. XXIX. n. 2.

q) Part. I. cap. III. §. XXIV. n. 2.

Jam nonnulli Libri Apocryphi Bibliis Polyglottis Parisiensibus inserti fuerunt: quibus in Bibliis Londinensibus accedunt Liber Esther tam Canonicus quam Apocryphus, Judith, Tobias, Epist. Jeremiae, Baruchi altera. Susannae historia duplex, pars Cantici trium puerorum, et liber II. et III. Machabaeorum: quae omnia Syriace et latine prima vice in publicum prodeunt. r)

* Liber Baruch Syriace. In Polyglottis Parisiensibus. 1645. Fol. [II.]
* Liber Baruch Syriace. In Polyglottis Londinensibus. 1657. Fol. [III.]

Syriaca hujus libri editio extat gemina: altera in Parisiensi et in Anglicano opere Polyglotto extans, a Graeca et a Latina editione ita discrepans, ut alius liber videri possit: altera operi Anglicano ex Msc. Syriacis Usserii et Pocockii inserta propius cum graeca editione conveniens. s)

§. XIX.
N. T. Syriaci editiones.

Novi Testamenti Syriaci editiones non unius sunt generis, sed varias in classes redigi possunt. Sunt aliae typis Syriacis, aliae vero typis hebraicis exscriptae. Aliae vel versione carent, vel unam, vel plures ad latus habent versiones. Diversimode itaque distingui possent, pro ratione formae externae, sub qua in publicum prodiere. Verum si internae conditionis rationem habemus, duplex, ut nobis quidem videtur, statuenda est editionum periodus. Ad primam referimus editionem cardinalem et principem, Viennensem, et quae ad illam formatae sunt, iisque laborant defectibus. Ad alteram vero referendae sunt editiones, quae integritati restitutae, et ad Codices MStos recognitae sunt, quarum in numero prima est Parisiensis, Polyglottis inserta.

§. XX.
Editio Viennensis.

* Liber Sacrosancti Evangelii de Jesu Christo Domino et Deo nostro. Reliqua hoc codice comprehensa pagina proxima indicabit. Div. Ferdinandi Rom. Imperatoris designati jussu et liberalitate, characteribus et lingua Syra Jesu Christi vernacula, Divino ipsius ore consecrata, et a Joh. Evangelista Hebraica dicta, Scriptorio Prelo diligenter Expressa. (Viennae Austriae. 1555.) 4. [I.]

Editio prima N. T. Syriaci eaque nitidissima. 2 vol. 4. Volumen primum complectitur quatuor Evangelia Syriace cum praefatione latina unicuique Evangelio praefixa. In secundo volumine reperiuntur S. Pauli Apostoli Epistolae XIV. S. Lucae Apostolicae historiae a Jesu Christi ascensione usque ad annum Neronis IV. liber unus. Denique Sanctorum Apostolorum Jacobi, Petri et Johannis, Transfigurationis Jesu Christi spectatorum Epistolae singulae: „Reliquae SS. Petri, Joannis et Ju„dae Epistolae una cum Apocalypsi etsi exstent apud Syros, tamen in exemplaribus, „quae secuti sumus, *inquiunt editores*, defuerunt.„ Haec omnia ad duo vetustissima

r) v. Part. I. c. III. §. VI.

s) *Joh. Henr. Heideggerus* lib. 2. Enchirid. Bibl. cap. 5. *Le Long* p. 104. col. 1. C. Conf. Part. I. cap. III. §. IV. et VI.

ma exemplaria expressa, Div. Ferdinandi Rom. Imperatoris designati jussu et liberalitate, characteribus et lingua Syriaca — scriptorio prelo diligenter expressa, cura et vigiliis Jo. Alberti Widmanstadii, Mose Meredinaeo ex Mesopotamia Catholico sacerdote multam operam et studium navante. Adjecta est initio Widmanstadii Epistola eruditissima Ferdinando I. dicata, tum et aliae ejus Epistolae tres, tribus Austriae Archiducibus inscriptae; ac prima quidem ad Ferdinandum II. Epistolis Pauli, altera ad Maximilianum II. Historiae Lucae Apostolicae, tertia denique ad Carolum II. Epistolis Jacobi, Petri et Joannis praefixae sunt. In calce autem Tabula Evangelic. et Apostolic. lectionum, sicuti eae in Dominicos et Festos dies anniversarios Ecclesiae Syriacae more distribuuntur, Syriace et Latine annexa est. Ad calcem secundi voluminis haec leguntur: „In urbe Vienna, amplissimarum Orientalis Austriae Pro„vinciarum metropoli florentissima, ad hunc exitum perductum est divinum hoc „opus Anno a Christi Nativitate M.D.LV. XXVII. Septembris. Regiis impensis. „Caspar Craphtus Elvangensis, Suevus, Characteres Syros ex Norici ferri acie scul„pebat. Michael Cymbermannus prelo et operis suis excudebat.„ Post primam vero totius operis paginam legitur: „Viennae Austriae excudebat Michael Zymmer„man. Anno M. D. L. XII.„

Desunt in hac editione Historia adulterae mulieris, Evang. Johann. 8. a v. 1. ad 11. Pericope de tribus coelestibus testibus Epist. 1. Johann. 5, 7. quae in omnibus Syris codicibus desideratur; Epistola Petri II. Joannis II. et III. Judae una, et liber Apocalypseos.

Historiam hujus editionis Viennensis accurate composuit Andreas Mullerus Greiffenhagius in pererudita dissertatione de Syriacis librorum sacrorum versionibus, deque Viennensi Antiocheni textus N.T. editione, quae cum Mosis Mardeni et Andreae Masii Epistolis Syriacis etc. prodiit Berolini ex officina Rungiana an. 1673. 4. In cujus p. 27. negat „se plane persuasum esse, hanc versionem, quam ex Antioche„nis exemplaribus descriptam habemus, eandem ipsam esse, in quam Jacobus Nisi„biensis et Ephraim Syrus commentati sunt.„ Et p. 30. „Exempla hujus codicis „mille facta sunt. Atque ex iis 500 Ferdinandus Imp. ad se recepit, 300 duobus „Patriarchis, Antiocheno et Maronitae destinavit, Mosen vero Mardenum cum 200 „exemplis dimisit.„ [t])

Primus qui N. Testamentum Syriacis typis edidit, erat Albert. Widmanstadius — cum enim quidam Moses Meridenaeus ex Mesopotamia sacerdos ab Ignatio Patriarcha Jacobitarum Antiocheno, tum ob alias causas, tum ut N. Testamentum, cujus msc. exemplar secum attulit, arte typographica multiplicatum in usum Ecclesiarum suarum, quae inopia librorum laborabant, reportaret, et frustra Venetiis ac Romae laborasset, neminemque qui opus hoc arduum et difficile aggredi vellet, invenisset, tandem ad Widmanstadium profectus est, qui jussu Imperatoris Ferdinandi illud typis nitidissimis imprimi curavit. Primus certe liber, qui excusus characteribus Syriacis in Europa lucem viderit, cujus ad duo vetustissima exemplaria collati et impressi numerum magnum ad Patriarcham Antiochenum Christiani Regiique muneris loco mitti curavit Ferdinandus Imperator religiosus. [u])

Hoc

t) *Guillelmus Lindanus* lib. 2. de optimo genere interpretandi anno 1558. excuso hanc editionem laudat.

u) *Walton.* Prolegom. XII. §. 8.

Hoc teneo indubitanter, (*inquit Franciſcus Lucas Brugenſis*) Syriacum Novi Teſtamenti Textum vetuſtiſſimi exemplaris Graeci, et quidem in primis, loco habendum ac venerandum eſſe. [x])

Antiquiſſimum illum N. T. paraphraſtam Syrum (*ſunt verba Joannis Sauberti*) lectum a nonnullis veterum, ubi a fonte deviat, aut de ſuo aliquid addendo paraphraſtica licentia exſpatiatur, in Graecis quibusdam codicibus, marginalibus obſervationibus dediſſe anſam, et has tandem pro variis reputatas, vero eſt ſimile; cum et ipſum omnium translatorum N. T. judicante Jacobo Martini Praef. in N. T. Syr. Troſt. primum et antiquiſſimum, lectum a multis, et ab aliis interpretibus conſultum; prope extra dubium eſt. [y])

Cum antiquiſſima ſit Novi Teſtamenti Syriaci interpretatio, textus Graecus, ex quo ſat accurate confecta eſt, poteſt ejus ope pluribus in locis reſarciri; in quibusdam tamen paraphraſin magis quam verſionem ſapit. Verum praeterquam quod id raro accidit, in his etiam locis vera Graeci contextus lectio dignoſcitur. Haec eſt praecipua veterum ſacri codicis translationum utilitas, quibus Textus originales nobis exhibentur. — In hac verſione raro reperiuntur additamenta, quae codicis cujusdam Graeci auctoritate non fulciantur. Cum id evenit, tum ſcribis potius, quam exemplarium varietati tribuendum eſt. — Caeterum haec traductio non tantam in Paulinis Epiſtolis, quantam in Evangeliis ſimplicitatem habet; illarum enim ſtylus cum ſit obſcurus et perplexus, liberius ideo exſpatiatur in his Syriacus interpres, et a textu ſuo quandoque diſcedit. [z])

Syriaca ipſa quod attinet, (*inquit Millius*) haud ea certe Graecis ſuis adeo accurate ſemper et velut ad amuſſim conveniunt, ut ex iis intelligi poſſit, quid legerit interpres. In nonnullis pro verſione exhibet Syrus commentarium. — In aliis omittit Textus Graeci non modo partes quasdam minutiores, ſed et inſigniora quandoque vocabula, ſeu quod ea ſuperflua judicarit in verſione, aut quod etiam ipſa non intellexerit. In aliis inſerit, addit, mutat varia, uberioris ſenſus et claritatis gratia, ut in verſione ſaepius videre eſt. — In aliis Graeca reddit omnino perperam ac praeter ſententiam loci. — Exceptis quae ſupra notavimus, in reliquis certe originaria Graeca preſſius inſequutus eſt Interpres et fere κατὰ πόδας, ita ut in univerſa propemodum hac verſione, velut in ſpeculo quodam, textus ipſius, unde expreſſa fuerat, faciem nativam, unaque etiam naevos intueri liceat. Erat autem exemplar hoc ex antiquiſſimis iis, quae textum ſacrum exhibebant absque omni ſpirituum et diſtinctionum apparatu. — Textus in plerisque adeo mirifice congruebat cum Graeco *Vulgati*, ut uterque ex uno eodemque plane codice deſcriptus fuiſſe prima fronte videatur. Collatis certe his invicem conveniſſe hunc cum altero deprehendimus in lectionibus, etiam quae ab excuſis variant, plus ſexaginta ſupra mille, e quibus quadraginta (*quadringentae*) ſeptuaginta octo genuinae ſunt. [a])

Quod

x) *Franc. Lucas Brugenſis* praefat. in N. T. Comment. num. 6.

y) *Johan Saubertus* prolegom. p. 10. Variant. Lect. in S. Matthaeum.

z) *Rich. Simon* hiſt. crit. des Verſions du N. T. c. 15. p. 176. et 177.

a) *Millius* prolegom. in N. T. graecum p. 128.

Quod Syrus aliique Interpretes cum Vulgata Verſione tam mirifice convenerint, haud ex eo factum eſt, quod verſiones ſuas ad hanc formarint, ſed quod in translationibus ſuis concinnandis exemplaria habuerint ad manum, quae eundem in plerisque cum Vulgati codice textum exhiberent. In plerisque, inquam, neque enim in Codicibus Syri et Vulgati v. gr. tam omnimoda relucet ubique conſonantia, quin ut ex accuratiori utriusque collatione ipſos in locis plus minus octingentis inter ſe diſcrepantes deprehenderis. Cumque codex Vulgati fuerit Syri codice multo purior et emendatior, ita tamen accidit haud raro, ut hujuſce textus veram et genuinam exhibuerit lectionem, ubi Vulgati alter iſte minus recte ſe haberet. [b])

[Quae a *Jacobo Le Long* variis e ſcriptis congeſta ſunt, ſunt pererudita et frugifera; at magis ipſius Verſionis Syriacae conditionem, auctoritatem et uſum, quam hiſtoriam primae ejus editionis concernunt. Hanc itaque hic conſcribere minime ſuperfluum erit. Jam anno hujus ſeculi quinquageſimo quinto memoriam ſecularem hujus editionis conſcripta *Hiſtoria Johannis Alberti Widmanſtadii* celebravimus, [c]) quorſum lectorem, qui plura deſiderabit, ablegamus. Hoc loco vero ſingula dicenda ad quatuor capita revocabimus. De Editore omnium *primo* dicendum eſt. Fuit ille *Johannes Albertus Widmanſtadius*, germanice *Widmanſtädter* dictus, Jurisconſultus, Senator Regius, et Provinciarum Auſtriae Orientalis Cancellarius. Natus fuit *Nallingae* in ditione Ulmenſi, anno 1506, primaque eruditionis principia duce *Georgio Baulero* hauſit, et jam puer tredecim annorum litteras graecas pingens *Capnioni* innotuit: in Gymnaſio Tubingenſi deinde *Jacobi Jonae* auditor fuit. Quomodo vero ipſi ad Syriaca penetralia aditus apertus ſit, ipſe docet in praefatione Novi Teſtamenti: „Cum ego Chriſtianae Salutis anno MDXXIX. in Divi Caroli Caeſaris „invictiſſimi, Sacri diadematis cauſa Bononiam proficiſcentis comitatu eſſem, et mi„hi contubernalibusque meis, Regii Lepidi, a metatoribus hoſpitium, juxta coeno„bium, ubi Theſeus jam ſenex vitam agebat, forte attributum fuiſſet, poſtridie „ejus diei templum ingreſſus, venerandum ſenem caſu obvium ſalutavi: qui, ut me „de Coenobii Bibliotheca rarisque in ea libris ſciſcitari intellexit, e veſtigio in con„clave introduxit, et arreptis e pluteo ſacroſanctis Evangeliis Syriace ſcriptis, Ho„ſpes, inquit ingemiſcens, peregrinis his ſtudiis deditus ſum annis circiter XV. ea„que ſine rivali ad hanc diem amavi. Utinam obveniat mihi aliquando prompto pa-

„ra-

b) Idem p. 129. *Le Long* p. 104. col. 1. D. — p. 105. col. 2. E.

c) Inſerta legitur opella *Novae Bibliothecae Lubecenſi* vol. 6. p. 53 – 108. Addatur Articulus Litterario Muſeo Altdorffino Vol. 2 p. 342 - 376. inſertus. ſ. t. Etwas von Johann Albrecht Widmanſtad und beſonders von einer unbekannten gedruckten Vertheidigung deſſelben wider Ambroſius Gumpenberg: quae ibidem recuſa datur; Quibus de cauſis quibusque modis Ambroſius Gumpebergus, Joannis Alberti Vidmeſtadii Ill. (et) Catholicorum Principum Guillielmi et Ludovici Utr. Bataviae Ducum ad Pont. Max. Oratoris vitae, honori et fortunis inſidias poſuerit, breves commentarii; una cum eorundem Principium juſtiſſima petitione. S. D. N. et Reverendiſſimis Illuſtriſſimisque S. R. E Cardinalibus oblati Anno Chriſti M. D. XLIII. Menſ. Decembr. Conſ. porro *Ferberi* progr. de Joh. Alb. Widmanſtadio Jureconſulto Syriacae Novi Teſtam. verſionis primo editore. Helmſtadii 1771. 4. *Eichhornii* commentatio: von der Verbreitungsgeſchichte der Syriſchen Litteratur in Europa: im Magazin der Künſte und Wiſſenſchaften, Gothae, volum. 1. p. 156. 167.

„ratoque ingenio vir, qui fermonem hunc Jefu Chrifti fanctiff. labris confecratum, „pofteris tanquam per manus tradendum, nam aetas mihi prope jam exacta eft, a „me accipere velit. Cui ego, Pater, inquam, fi paucarum horarum operae parce„re nolueris; auditorem me habebis in hac ipfa expeditione expeditiffimum. Quo „audito Thefeus, omneis in ea lingua thefauros, multo fudore fibi comparatos protulit, „manuque fua, quantum anguftia temporis, ingeniique mei vires tum ferebant, ex „commentariis fuis defcripfit, et mihi ea obteftatione fuppeditavit, ut quo me bene„ficio tum complecteretur, id olim apud Ecclefiam Jefu Chrifti collocarem.„ Poftea anno 1533. in Bibliotheca *Lact. Ptolemaei* quatuor Evangeliftarum libros invenit, quae fibi tranfcripfit; et denique *Symeonis* Epifcopi Syrorum e monte Libano inftitutione adeo profecit, ut *Thefei* defiderium aliquantum leniri poffe fentiret. Jam eo tempore ipfi Romae viventi in animo erat, fub auctoritate *Clementis VII.* P. S. facra oracula Syriace edere; fed immatura Pontificis S. mors, ut et adverfariorum machinationes, in Germaniam redire fuaferunt; ubi meliora et fecunda ipfum exfpectarunt fata. Jam vero *fecundo* loco recenfendi funt, qui *Widmanftadio* in opere edendo adjutores fuere; inter quos primum occupat locum *Mofes Mardenus*, f. *Merdinaeus*, e Mefopotamia et urbe *Mardo* oriundus, Antiocheni Patriarchae nuncius ad Pontificem S. Romam miffus, qui, (funt verba *Widmanftadii* in praef. in N.T.) „ut in Pontificio diplomate literisque amicorum ipfi ad me datis patet, ab Ignatio „Patriarcha Antiocheno, cum ob alias graviffimas caufas, tum ut N. T. volumen „prelo excuforio multiplicatum, in Syriam reportaret, Romam miffus Orator fuit.— „Et cum nec Romae nec Venetiis, quamvis ampliffimorum hominum favore et gra„tia niteretur, quenquam reperiffet, qui magnum hoc et difficile opus attentare vel„let; tandem nonnullorum, qui eadem fere follicitudine urgeri me norant, confilia „fequutus, in comitatu Rainaldi Poli, fanctitate vitae, Chriftianaque doctrina prae„ftantiffimi Senatoris, qui tum in Britanniam Legatus proficifcebatur, ad me con„tendit, atque in itinere, quod ipfe ex Italia in Sueviam (unde me armis civilibus „pulfum fuiffe adhuc ignorabat) ego ex Suevia in Pannoniam habebamus, five cafu „id accidit, five divina aliqua commonftratione, offendit. Eum igitur ceu divini„tus mihi oblatum huc adduxi.„ Per biennium hic *Mofes* Editori adfuit, et ab Imperatore 700 florenos falarii loco accepit. Redit *Mofes* hic exacto labore in patriam, poftquam 200 Exemplaria dono acceperat, fed homo avarus in itinere fingula pro parata pecunia diffipavit. Diftinguendus eft vero hic *Mofes Mardenus* ab *Ignatio* Patriarcha Antiocheno Legatus ad P. P. *Paulum III.* et *Julium III.* miffus, a *Mofe* Monacho, qui cum *Acario Jofepho* facerdote et *Elia* Hypodiacono ad Concilium Lateranenfe, et PP. *Julium II.* et *Leonem X.* miffus fuerat, qui primus *Thefeum* Syriaca docuerat. Emendanda funt itaque, quae Cl. *Michaelis* de duplici *Mofis Mardeni* adventu in Italiam refert, [d]) fiquidem e duplici *Mofe* unam conftruit perfonam. Addit idem Vir Cl. *Johannem Lucretium*, qui *Widmanftadio* in opere edendo auxilio fuerit; fed ille *Johannes Lucretius* eft idem ipfe *Widmanftadius*, qui fub hoc nomine in Italia notus fuerat, uti *J. G. Schelhornius* multis teftimoniis comprobavit. Acceffit vero operi *Guilielmus Poftellus*, a *Mofe* litteris Ve-

 netiis

d) Einleitung in die Göttl. Schriften des Neuen Bundes, vol. 1. p. 139. edit. 2dae.

netiis evocatus, qui vero tantummodo ſculptorem litteras Syriacas et Arabicas ſculpere docuit, et receptis ab Imperatore ducentis aureis Venetias rediit. Sed jam ad *tertium* progredimur tractationis noſtrae caput, ut accuratam ipſius N. T. editi delineationem exhibeamus. Duo ad manus ſunt operis rariſſimi ac ſplendidiſſimi exemplaria: *primum*, quod ipſe editor anno 1556. ligatura donavit, et manu ipſius ſignatum *Philippo Melanchthoni* dono transmiſit; *ſecundum*, quod poſt paginam primam annum MDLXII. oſtendit. Latinum operis titulum jam ſupra huic articulo praemiſimus. Sed in ſuperiori paginae parte legitur titulus Syriacus typis *Eſtrangelo* dictis expreſſus: ܟܬܒܐ ܕܐܘܢܓܠܝܘܢ ܩܕܝܫܐ ܕܡܪܢ ܘܐܠܗܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. ܘܒܗܢܐ ܕܢܓܕܐ ܡܫܬܟܚ ܟܠܡܐ ܕܡܬܟܠܐ ܒܡܨܥܬ ܟܬܒܐ ܗܢܐ. *Liber Evangelii Sancti de Domino et Deo noſtro Jeſu Chriſto. Et in oppoſita plaga invenitur omne illud, quod intra hunc codicem comprehenditur.* In primo exemplari litterae nigro, puncta vocalia vero rubro colore, in ſecundo litterae rubro, et puncta nigro colore ſunt expreſſa. In eodem ſecundo exemplari pagina prima verſa oſtendit arma Michaelis Zimmermani, quae hiſce verbis cincta ſunt: *Wan wir tetten was wir ſolten, So geb Gott widrum was wir wolten. Michael Zimerman.* Additis hiſce verbis: Cum Rom: Caeſ: Mai: gratia et privilegio cautum eſt, ut nemo deinceps hoc opus imprimat. Viennae Auſtriae excudebat Michael Zymmerman. Anno M. D. L. XII. In primo volumine vero pagina prima verſa alba relicta eſt. Poſt Privilegium a Div. Ferdinando Rom. Imperatore deſignato latum, ne quis intra ſeptennium characteres hoſce imitari, et ſacrum codicem hujuſcemodi, aut Hebraeorum uſitatis formulis expreſſum exponere aut vendere audeat, ſequitur deſignatio contentorum: *Hoc codice comprehenſa haec ſunt: I. Ad Div. Ferdinandum Rom. Imperatorem deſignatum, Joh. Alberti Widmanſtadii Juriſc. et Provinciarum Auſtriae Orient. Cancellarii Dedicatio, ſive de illuſtribus ſignis Chriſtianae religionis Univerſo terrarum orbi denuo propagandae.* Pereruditа et ſatis foecunda ſub hoc rubro venit editoris praefatio pp. 45. ad cujus calcem expreſſum fuit: *Viennae Auſtriacae V. Id. Januarii. Anno* M. D. LV. ut itaque initium operis imprimendi in principium anni cadat. Verum in utroque exemplari, et eo ipſo quod editoris manu ſignatum eſt, ſcalpello ultimae ſyllabae et littera primae ſyllabae *a* eraſae, et calamo in *Junij* transformatae ſunt; id quod in omnibus, quae vidi, exemplaribus obſervavi. Sequitur praefationem *Authoris Editionis hujus obteſtatio ad Lectorem*, et *De Erratis typographicis, in quatuor Evangeliſtis emendandis. II. SSSS. Matthaei, Marci, Lucae et Johannis Evangeliorum Libri IIII. Sermone Syro:* Singulis Evangeliis praemittitur brevis tum ſyriaca tum latina praefatio. Ad Calcem Evangelii Matthaei, quod ad duo vetuſtiſſima exemplaria exſcriptum eſt, notatur p. 34. b. *Viennae Auſtriacae*, XIIII. *Februarii, Anno* XVIti *a Chriſti nativitate Seculi Quinquageſimo quinto.* Ad Marcum p. 58. *Viennae Auſtriacae*, XXI. *Martii, Anno Jobilaei a Chriſti nativitate* XXXIIdi *Quinto.* Ad Lucam p. 98. *Viennae Auſtriacae* XXV. *Aprilis, Anno hujus ſeculi* LV. Ad calcem Johannis vero haec notantur: „Deo Opt. Max: Aſpirante. Div. *Ferdinan-* „*di* Rom. Imperatoris deſignati pietate, divinisque auſpiciis. Sacroſanctae Hiſtoriae et „Doctrinae Evangelicae a SSSS. *Matthaeo, Marco, Luca* et *Johanne* conſcriptae, at- „que lingua et characteribus Syriacis, ad duo ſingularis fidei Exemplaria eleganter

„ac-

„accurateque exprimendae, adque hunc finem perductae: *Joh. Albertus Widmanſta-* „*dius* Juriſc. Div. *Ferdinandi* Rom. Imp. deſignati Senator, et Provinciarum Auſtriae „Oriental. Cancellarius, et *Moſes* Meredinaeus ex Meſopotamia Catholicus Sacer- „dos, Dn. *Ignatii* Patriarchae Antiocheni ad *Paulum III.* et *Julium III.* Pontt. Maxx. „Nuntius, ingenioſas et eruditas operas praebuerunt. Finis excudendi factus eſt „die XVIII. Maij M. D. LV. Viennae Auſtriacae.„ III. *Ad D. Maximilianum Auſtriaci nominis Secundum, Divi Ferdinandi F. Bohemorum Regem Sereniſſ. et Potentiſſ. Epiſtolarum S. Pauli Dedicatio.* Haec dedicatio, quae in Exemplari, quod *primum* appellavimus, legitur, a ſecundo ut a multis aliis exemplaribus abeſt. Praemiſſum habet Titulum: *Sancti Pauli Apoſtoli Epiſtolae XIIII. Div. Ferdinandi Rom. Imperatoris deſignati juſſu et liberalitate, characteribus et lingua Syra Jeſu Chriſto vernacula, Divino ipſius ore conſecrata, et a Johanne Evangeliſta Hebraica dicta, ſcriptorio Prelo diligenter expreſſae.* Ad calcem ejus notatur: *Viennae Auſtriacae* XXI. *Julij* M. D. LV. Additur: *De Erratis typographicis in Epiſtolis Pauli emendandis.* IIII. *S. Pauli Apoſtoli Epiſtolae XIIII. eodem Sermone.* In fronte plagulae ſecundae Syriace et Latine recenſentur quatuordecim epiſtolae, et folia notis romanis a p. I. ad LXXX. ſunt notata: ad calcem vero: *Viennae Auſtriacae XVIII. Julii* M. D. LV. ut adeo ipſe Epiſtolarum textus ante dedicationem et titulum e praelo exierit. V. *Ad D. Ferdinandum Auſtriaci nominis Secundum, Div. Ferdinandi F. Auſtriae Archiducem Sereniſſ. Hiſtoriae Apoſtolicae a S. Luca ſcriptae Dedicatio.* Quae dedicatio in omnibus exemplaribus, quorum plus quam viginti collato Eruditorum ſtudio innotuerunt, deſideratur. VI. *Hiſtoriae Apoſtolicae a S. Luca ſcriptae Liber Vnus, eodem Sermone.* Inſcribitur liber: *Sancti Lucae Evangeliſtae, Apoſtolicae Hiſtoriae a Jeſu Chriſti Aſcenſione uſque ad annum Neronis IIII. Liber Vnus.* Ad calcem vero p. 38. b. notatur: *Viennae Auſtriacae* XIIII. *Auguſti* M. D. LV. VII. *Ad D. Carolum Auſtriaci nominis Secundum, Div. Ferdinandi F. Archiducem Auſtriae Sereniſſ. Epiſtolarum SSS. Jacobi, Petri et Johannis Dedicatio;* quae iterum in omnibus deſideratur exemplaribus. VIII. *SSS. Jacobi Petri et Johannis Epiſtolae III, eodem Sermone.* Quarum in fronte notatur Syriace et Latine: *Sanctorum Apoſtolorum, Jacobi, Petri et Johannis, Transfigurationis Jeſu Chriſti ſpectatorum, Epiſtolae ſingulae, lingua et characteribus Syriacis Viennae Auſtriacae excuſae M. D. LV. Reliquae SSS. Petri, Johannis, et Judae Epiſtolae una cum Apocalypſi, etſi extent apud Syros, tamen in exemplarib. quae ſequuti ſumus, defuerunt.* Ad calcem vero nulla temporis nota expreſſa eſt; accedit enim in eadem plagularum ſerie: IX. *Tabula Evangelicarum et Apoſtolicarum lectionum, ſicuti eae in Dominicos et Feſtos dies Anniverſarios Eccleſiae Syriacae more diſtribuuntur, eodem Sermone, adjecta Latina interpretatione, una cum explicatione rituum quorundam Eccleſiaſticorum ad Dnn. Georgium Giengerum et Jacobum Jonam Vicecancellarium Aulicum, Juriſcoss. et Regios Senatores.* Tabulae iſtae a *Widmanſtadio* additae ſunt, quamvis judice *Moſe Mardeno* recentioris ſint originis, et inde, quae codici ſacro jungantur, haud omnino dignae. Tacemus denique de variis ornamentis editionis, lineis integris vel vocibus nonnullis colore rubro diſtinctis, et variis additis figuris ligno inciſis, et adjicimus hic *Guil. Poſtelli*, cujus in ipſo opere edendo partes aliquot fuere, hiſtoricam relationem, qua fata hujus operis illuſtrantur: „Attuleram exemplar fideliſſimum Novi Teſtamen-

 „ti:

„ti: quam ad rem meo fuccurrens defiderio pridem etiam ejusdem linguae manife-
„ftandae ftudio incitatur Daniel Bombergius, curatore fuarum rerum Johanne Re-
„nialmo impenfas fuppeditaverat: a cujus conquirendi peregrinatione quum vix re-
„diiffem, fe ftatim mihi Venetiis obtulit Caffis ille facerdosve T. M. notus Mofes Me-
„fopotamus Syrus, vetuftis exemplaribus inftructus. Cujus opera fum ufus ad mei
„collationem, eo quod meum erat recentius fcriptum: ubi tamen nil plane nec a
„graecis exemplaribus, nec ab ipfis Syris inter eft inventum differentiae. Quum au-
„tem, poftquam triennio aut fupra, ut dicebat, Romae fuiffet in curanda editione
„typographica N. T. nec potuiffet ab illis, qui colantes ibi culicem, glutirent mille ca-
„melos una, impetrare, ut tam pium et neceffarium opus ederetur, quo totus pof-
„fet oriens reparari, aut faltem in fide retineri: et tandem rebus defperatis, reque
„infecta vellet in Syriam redire: ego una cum Renialmo illo Bombergi Curatore fui
„illi author, ut non fic difcederet re infecta. Sed quum accepiffem dudum fuiffe in
„magna authoritate penes Ducem Bavariae Joh. Albertum Widmanftadium, cum quo
„antea Romae valde magnam amicitiam, ob infignia omnium litterarum, maxime
„autem ob fecretioris inter Hebraeos doctrinae myfteria, quibus praeditus erat, con-
„traxeram: venit mihi in mentem, ut ad illum (nec enim fciebam ejus fortunas bel-
„lo germanico in Caefarem Fratrem tuum fufcepto periiffe) Mofem emitterem. Mi-
„rabilis vero Deus in operibus fuis. Ecce commodum fe offert Reginaldus Polus,
„Romanae Ecclefiae purpuratus Senator, qui e Germania iter in Angliam faciens, col-
„ligit fuppeditatis neceffariis ad illud iter ipfum Mofem. Quumque is ad Danubii
„usque confinia veniffet, audit Widmanftadium a T. M. in Cancellariatus gradum
„fuiffe accerfitum et promotum. Ut ad eum eft profectus, ftatim una DD. Gien-
„ghero et Jona apud fe hujus rei fatagentibus, Mofis, imo Chrifti in Mofeh nego-
„cium fuiffe ita apud T. M. difpofitum, ex ipfius litteris intellexi, ut nihil aliud ob-
„ftaret, nifi typographiae ordinandae curatio, quin ftatim res in finem fuum duce-
„retur. Admonueram enim, rogaveramque ipfum Mofen, quum illi literas illas
„ad Widmanftetterum dederam, quarum fide et fuafione hominem agnovit, et opus
„fufcepit, ut ftatim ad me fcriberet, quem fucceffum rerum fuarum ipfe inveniffet:
„quod et fecit, ut primum potuit, et expofuit, quonam in loco et aeftimatione pe-
„nes Cancellarium nuper factum, fed maxime penes Majeftatem Regis Romanorum
„res effent, ita ut non nifi difficultate ordinandae tantae molis officinae retinerentur.
„Hoc ubi audivi, non potui mihi temperare, quin ftatim meo auxilio hoc negotium
„promoturus, et curaturus advolarem. Infperantibus itaque et ipfo Cancellario et
„Mofeh — ftatim adfui, non fine divinae providentiae numine. Nam praeterquam
„quod ftatim apud Gafparum fculptorem curavi rem ipfam pro utriusque linguae ap-
„paratu (characteres enim arabicos minufculos etiam ibi exfculpi curavi, nedum
„Chriftianos fundi fuis legibus feci) Deus bone, quanta humanitate me excepit T. M.
„Vel unum hoc fidem fecerit, quod ubi vix tuae univerfitatis fummis profefforibus
„ex prifco ftudiorum ufu 80 aureos nummos in annuum falarium curares, mihi fta-
„tim ab ipfo ingreffu 200 repraefentari ftatuifti. — quia a Cancellario acceperas,
„me vel longe majoribus effe retinendum, ut tam nobile opus ex coronae Tibi di-
„vinitus concreditae regno, cura et umbra procederet. Adfui itaque, donec ex-
„ornata fuit tua typographia; fed ftatim rogato prius Cancellario, ut ducentos fti-

„pen-

„pendii mei aureos curaret, ex aequo a Tua Majeſtate ſaltem in finem uſque operis „dividi in Moſem et typographum, paulo poſt coactus ſum conſcientiae vi repetere „Venetias.„ e) Hiſce opitulantibus viris prodiit editio nitidiſſima, typis minutioribus exſcripta, ſplendida et multo aere parata, ſed non omni ex parte abſoluta. Deſunt enim non ſolum, ut ſupra jam obſervatum eſt, Epiſtolae Catholicae, et Apocalypſis, una cum Hiſtoria adulterae: ſed et alia commata deſiderantur, quae vel a MS. abfuerunt, vel incuria editorum omiſſa ſunt, ut Matth. X, 8. XXVII, 35: Luc. XXII, 16. Act. XXII, 11. Frequentiora quoque ſunt errata typographica, et puncta vocalia non ubivis, ubi ſenſus eſt ambiguus, ſunt appoſita. Exemplaria denique, quae notam anni MDLXII. oſtendunt, minime ſunt iteratae editionis, ſiquidem ne prima tituli quidem pagina iterum exſcripta eſt. Sed demum anno LXII. Typographum paginae ſecundae Tituli arma ſua, et reliqua inſcripſiſſe, collatio exemplarium manifeſte probat; hinc et illa diverſitas inter utramque paginam; in priori enim Ferdinandus ſalutatur *Romanus Imperator deſignatus*, in poſteriori vero *Romani Caeſaris Majeſtas*. Ducenta exemplaria *Moſes Mardenus* accepit in orientales plagas transportanda; quae vero in Germania in itinere diſſipavit, *Maſio*que pro parata pecunia obtulit. Horum e numero fortaſſis ſunt, quae ſine anni nota offenduntur exemplaria. Ex aliis quingentis, quae Imperator ad ſe recepit, *Cymbermannus* typographus nonnulla exemplaria anno MDLXII. emtoribus publice expoſuiſſe videtur, quibus in adverſa tituli pagina annum inſcripſit. f)

Novum Teſtamentum Widmanſtadii. Viennae Auſtriacae MDLXII. 4. [II.]
Eadem editio. §. XXI.

e) In Epiſt. dedicatoria ad *Ferdinandum* Rom. et Bohem. Reg praemiſſa operi De Coſmographica diſciplina, ex Muſeo Joh. Balesdens. Lugdun. Bat. 1636. 16.

f) Conf. de hac editione rariſſima: *Nachrichten von einer Halliſchen Bibliothek* vol. 1. p. 91. *Joh Georg. Schelhornii* Schediaſma de eximiis Suevorum in litteraturam orientalem meritis §. 10 - 16. tom. 13 Amoenitat litterar p. 223. et tom. 2. amoenit. p. 399. *Sammlung von alten und neuen theologiſchen Sachen* A. 1737. p. 27. *Freytagii* apparatus litterar. tom. 2. p. 724. *Maittaire* annales tom. 3. part. 2. p. 652. *Joh Ge. Walchii* Biblioth. exeget. p. 148. *Joh. Franc. Buddei* iſagog. hiſt. theol. p. 1529. *J. C. Dornii* biblioth. theol. tom. 2. p 10. *J. M. Goezii Verzeichnis ſeiner Sammlung von Bibeln* p. 76. *Joh. Vogtii* Catal. libr. rar. p. 671. *Joh. Jac. Baueri* biblioth. libr. rar. univerſ. tom. 4. p. 173. qui vero triplicem recenſet editionem, editionem ſine anno, deinde anni 1555, et denique anni 1562. cum tamen unica ſit. Bibliotheca Saltheniana p. 209. Biblioth. Solgeriana part. 2. p. 5. *J. A. Fabricii* Biblioth. gr. vol. 3. p. 201. *G. L. O. Knochius* recenſet in *hiſtoriſch critiſchen Nachrichten von der Braunſchweigiſchen Bibelſammlung* p. 569. etc. exemplar hujus editionis, miſere quidem a bibliopega diſpoſitum, et uti ex recenſione apparet mancum, quod tamen id ſingulare habet, ut ipſi peculiare folium ſit adjectum, in quo ea omnia exſcripta leguntur, quae in pagina verſa tituli noſtri exemplaris *ſecundi* expreſſa ſunt. Fallitur vero V. C. quando aſſerit, Regium privilegium demum anno 1562. operi acceſſiſſe: nam proxima poſt titulum pagina jam in exemplari noſtro primo legitur Nuper Cl. D. *J. F. Hirtius* ſtudioſe in hiſtoriam editionis hujus inquiſivit, multaque inter ſeſe contulit exemplaria in *orientaliſcher und exegetiſcher Bibliothek* vol. 1. p. 260-288. vol 2 p. 317. 341. vol. 3. p. 25-40. quocum conferantur *Beyträge zur Geſchichte merkwürdiger Bücher* pag. 37. etc. Conf. quoque *Joſiae Lorckii Bibelgeſchichte in einigen Beyträgen* part. 1. ubi pag. 288. etc. inſertae leguntur *Andreae Mülleri* Diſſertationes duae ab auctore noſtro ſupra laudatae.

§. XXI.

Joannis Alberti Widmanſtadii veſtigiis plures inſtiterunt Novi Teſtamenti Syriaci editores: verum in ipſo opere edendo diverſas tamen elegerunt vias. Quam utilis eccleſiae ſit Verſionis Syriacae divulgatio, probe perſpexerunt; diverſis itaque modis illam lectoribus tradere ſtuduerunt. Hinc triplex oritur editionum diverſitas; quarum aliae ſolum Verſionis habent contextum, et quidem non ſyriacis ſed hebraicis typis expreſſum; aliae cum contextu Syriaco conjungunt verſionem latinam; aliae vero plures ipſi ad latus ponunt, una cum textu graeco, verſiones. Singulas haſce editiones ita recenſebimus, ut, quae ejusdem ſunt conditionis, ſibi invicem jungantur.

§. XXII.

Editiones Syriacae.

[I.] * Novum Teſtamentum Syriace characteribus hebraicis. Antwerpiae (1574.) 8.
Ex editione Antwerpienſi Polyglotta, ſine punctis adjectis ad calcem variantibus lectionibus a Franciſco Raphelengio collectis. g)

[Quamvis editio rariſſima ſit, contigit mihi tamen, tria conſulere exemplaria, et quartum reculis meis litterariis annumerare. Nullum vero horum titulo peculiari erat ornatum; nullum anni nota aut typographi nomine inſignitum. In ſuperiori primae paginae parte tantummodo haec leguntur: דיתיקא חדתא. *Chriſtophorum* vero *Plantinum* editionem hanc procuraſſe, exinde patet, quia iisdem typis eademque forma cum Bibliis hebraicis non punctatis h) prodiere; quapropter hanc editionem eodem anno 1574. e prelo exiiſſe judicamus. Textus diviſis columnis eſt inſcriptus, duplici modo in capita vel ſectiones diviſus, notatis in margine commatum notis numeralibus. Deſunt huic editioni eadem, quae in Viennenſi editione deſiderantur: quapropter ad calcem primae Epiſtolae Johannis ſequentia notantur: *Caeterae Canonicae et Apocalypſis, etſi exſtent apud Syros, tamen et in exemplaribus, quae ſecutus eſt Widmanſtadius, et in antiquiſſimo codice manuſcripto, quo uſi ſumus, defuerunt.* Variantes Lectiones e Manuſcripto Colonienſi a *Franciſco Raphelengio* collectae ſex occupant paginas; contextus Syriacus vero pp. 121. Editio externo nitore inſequentes longe ſuperat. i)

[II.] * דיתיקא חדתא. Novum Domini noſtri Jeſu Chriſti Teſtamentum Syriace. Antwerpiae ex officina Chriſtophori Plantini, Architypographi Regii. M.D.LXXV. 16. k)

[Editio priori quidem haud diſſimilis; ſunt enim hic iidem defectus, et eaedem variantes lectiones; quoad nitorem vero priori longe eſt inferior. Contextus occupat 379. pp. et variantes lectiones pp. 19. Textus integris lineis eſt expreſſus, et

g) *Le Long* p. 106. col. 2. C.
h) Conf. Part. I. Sect. I. §. XXVI. n. 1.
i) *Baumgartenii Nachrichten* vol. 2. p. 199. *Hirtii oriental. und exeget. Biblioth.* vol. 1. p. 298. *Beyträge zur Geſchichte merkwürd. Bücher* p. 34.
k) *Le Long* ibid.

et verſus in interiori margine ſunt diſtincti. Typi quidem ſunt iidem, verum admodum detriti. [l])

*. דיתיקא חדתא. Novum Domini noſtri Jeſu Chriſti Teſtamentum. Syriace. Sultzbaci. Ex officina Johannis Holſt. M.DC.LXXXIV. 12. [III.]

Verbulo tantum meminit Rich. Simon editionis recentiſſimae Ebraicis typis in Germania excuſae. Unde dubium eſt, an eam inſpexerit, noritve perilluſtri Kabbalae denudatae auctori Chriſtiano Knorrio Libero Baroni a Roſenroth in acceptis eſſe ferendam. [m])

[Nec auctor noſter editionem, quae inter rariores referenda eſt, ipſe inſpexit. Subſtituimus titulum libri verbis iis, quibus Auctor editionem annunciat. „Idem (N.T. Syriacum) cum Lexico Gutbirii Ebraicis typis, absque vocalibus. Stu„dio Chriſtiani Knorrii a Roſenroth. in 8vo. Solisbaci 1684. Hamburgi 1694.„ Idem fortaſſis et aliis accidit, qui de hac editione loquuti ſunt. Cl. *J. D. Michaelis*, Cl. *Knochius*, et *Walchius*, cum auctore noſtro in eo conſentiunt, *Knorrium* editionem *Gutbirii*, mutatis typis et omiſſis punctis vocalibus, iterum praelo ſubmiſiſſe, et *Walchius* hoc non *Solisbaci* 1684. ſed potius *Hamburgi* 1694. factum eſſe judicat. Meliora nos docet, qui illam manibus tractavit, *Carolus Schaaf*, qui poſtquam undecim recenſuerat editiones, demum addit: „Duodecima editio impreſſa eſt in 12. „Sultzbaci anno 1684. literis chaldaicis, absque vocalibus. Cum varias lectiones „colligerem, haec editio in manus meas nondum devenerat; poſtea ab amico perca„ro communicata eſt. Oculis meis eam perluſtrans comperi convenire cum Planti„nianis in 8. et 12. deeſſe quoque in ea omnia iſta loca, quae in eis editionibus de„ſunt; ideoque nullum inde detrimentum paſſus ſum, quod ſerius mihi ejus copia „facta ſit.„ [n])

דיתיקא חדתא. Novum Domini noſtri Jeſu Chriſti Teſtamentum Syriace. Norimbergae, ſumptibus Wolfg. Maur. Endteri. 1715. 12. [IV.]

Eadem editio cum novo titulo. Quae recenſetur editio Hamburgenſis anni 1694. ſi exſtat, certe non alia aut iterata, ſed ſub novo rubro expoſita eſt Solisbacenſis editio. [o])

§. XXIII.

Editio Syro-Latina.

* ܕܝܬܝܩܐ ܚܕܬܐ. Novum Domini noſtri Jeſu Chriſti Teſtamentum Syriace. Cum verſione latina. Ex diverſis editionibus diligentiſſime recenſitum. Ac- [I.]

l) *Knochii Nachrichten* p. 583. *Hirtii oriental. und exeget. Biblioth.* vol. 1. p. 296. Index Bibl. Wernigerod. pag. 66. Nova Biblioth. Lubecenſ. vol. VI. p. 107. *J. M. Goezii Verzeichnis ſeiner Sammlung* p. 86. Recenſetur editio *Plantini*, cum nota anni MDLXXXV. 16. Sed nota anni vitium typographicum involvere videtur, niſi forte antiquiori editioni novus datus ſit titulus. In mea editione anni MDLXXV. 16. pag. 85. infra 4 F. et pag. 87. itidem 4 F. ſignata eſt.

m) Acta Eruditorum Lipſienſ. A. 1690. p. 97. *Le Long* p. 107. col. 2. A.

n) *Michaelis* Einleitung in die göttl. Schriften des N. B. tom. I. p. 144. *Knochii* hiſtoriſch critiſche Nachrichten pag. 605. *Walchii* biblioth. exeget p. 150. *Car. Schaafii* praefat. in N. T. Syr. p. 4. *Hirtii* oriental. und exeget. Biblioth. tom. I. p. 304. Acta Erud. Lipſ. A. 1708. p. 291. *J. M. Goezii* fortgeſetztes Verzeichnis ſeiner Bibelſammlung p. 141. *Joſ. Lorckii* Bibelgeſchichte in einigen Beyträgen part. I. p. 336.

o) v. *Lorckii* Bibelgeſchichte p. 336. n. 22.

Accefferunt in fine notationes variantis lectionis ex quinque impreffis editionibus diligenter collectae a Martino Troftio. 1621. Cothenis Anhaltinorum. 4.

Huc ufque in praecedentibus editionibus N.T. Syriaci defuerunt 4. Epiftolae Canon. et Apocalypfis Joannis. Ex praefatione. „Ingentes debentur gratiae Mae-„cenatibus, qui opera Martini Troftii hanc novam Syrae verfionis editionem erudi-„te correctam et emendatam, propriisque excufam typis, non fine magno fumptu, „cum Ecclefia communicant. Coeterum in hac editione Troftius fecutus eft editio-„nem Widmanftadii, Viennae 1562. excufam, fed non folam. Cum aliis enim qua-„tuor editionibus diverfis locis impreffis, fumma cum diligentia contulit; ita tamen „ut nihil immutaverit, nihil addiderit, nihil omiferit, fed omnia fancte et religiofe „ponderaverit, obfervaverit, retinuerit, uti id notae ad finem adjectae abunde fatis „et evidenter demonftrabunt. p)

[Scripfit praefationem *Jacobus Martini* Profeffor Witebergenfis. Editiones quinque, quibus ufus eft Editor, qui anno 1636. ad fuperos abiit, funt Viennenfis, Tremelliana, Antwerpienfis polyglotta, Antwerpienfis in forma octava, atque Parifienfis; quae vero pofteriores ad primam formatae funt. Typi funt majufculi et diftincti; Latina Verfio a *Tremellio* confecta typis minutioribus expreffa infimam paginarum occupat partem. Difpefcitur opus in duas partes. Ad calcem Actuum Apoftolorum expreffum eft: *Cothenis Anhaltinorum VII. Augufti MDCXXI.* et pagina ultima: *Finitum Cothenis Anhaltinorum* XXVI. | *Septembris Anno Chrifti* MDCXXII. Non plura in hac editione, quam in Viennenfi leguntur, quam fuorum principalium mandato fequutus eft *Troftius.* Inter notationes variantis Lectionis ea omnia inferta funt, quae *Raphelengius* e Mfc. Colonienfi editioni Plantinianae attexerat. Edidit idem *Troftius*: Lexicon Syriacum ex inductione omnium exemplorum novi Teftamenti Syriaci adornatum, adjecta fingulorum vocabulorum fignificatione latina et germanica, cum indice triplici. Cothenis Anhaltinorum, Anno MDCXXIII. 4. q)

[II.] ܕܝܬܩܐ ܚܕܬܐ. Novum Domini noftri Jefu Chrifti Teftamentum — a Martino Troftio 1622. Cothenis Anhaltinorum. 4.

In modo laudatis *Beyträgen zur Gefchichte merkwürdiger Bücher* ante aliquot annos, noftrum Exemplar Novi Teftamenti Syriaci *Troftii* cura evulgati in fronte annum 1622. oftendere indicavimus, in quo me erraffe judicat Cl. *Hirtius.* Duplex jam ad manus eft exemplar, alterum in fronte nota anni 1621. alterum anni 1622. notatum. Una quidem eademque eft editio: fed fi anni notas refpexeris, exemplaria triplicis funt generis. Nonnulla habent in fronte 1621. ad finem Act. Apoft. MDCXXI. et in fine libri MDCXXII. Alia habent in fronte, in medio et in fine numerum 1621. cujusmodi exemplar poffidet Cl. *Hirtius*, de quo ipfe: *Ich kan und mus mit Zuverläffigkeit fagen, dafs bey meinem Exemplar, fo ich vor mir habe, die Zahl*

p) *Le Long* p. 106. vol. 2. E.

q) *Nachrichten von einer Hallifchen Biblioth.* vol. 8. p. 194. *Knochii Nachrichten* pag. 585. *Hirtii oriental. und exeget. Biblioth.* vol. 1. p. 305. *Reimmanni* catal. Bibl. p. 218. *Hagemanni Nachrichten von den Ueberfetzungen der H. Schrift* pag. 99. *Michaelis Einleitung* tom. I. p. 141. *Beyträge zur Gefchichte merkwürd. Bücher* p. 22.

Zahl 1621. sowol auf dem Titel als am Ende stehe. Ejusmodi exemplar recensetur in *Berichten von neuen theologischen Büchern.* Alia denique exemplaria in fronte et fine habent annum 1622. sed in medio annum MDCXXI.[r])

§. XXIV.

Editiones N. T. Syriaci polygl.

* Η καινη διαθηκη. Testamentum novum. דיתיקא חדתא Est autem interpretatio Syriaca novi Testamenti hebraeis typis descripta, plerisque etiam locis emendata. Eadem latino sermone reddita. Autore Immanuele Tremellio, Theologiae Doctore et Professore in Schola Heidelbergensi, cujus etiam Grammatica chaldaica et syra calci operis adjecta est. Excudebat Henricus Stephanus. Anno MDLXIX. fol. [I.]

In hac editione eadem desunt, quae in Viennensi, excepta pericope S. Joannis, quae ad marginem apposita est. „Illud monere (*inquit Gabriel Sionita*) liceat, Lector Amice, longe distare a genuina linguae Syriacae legendae ratione methodum, qua Emanuel Tremellius in sua Grammatica et Novo Testamento Syro hebraeis characteribus excuso eam ad Hebraicae vel Chaldaicae analogiam extorquere conatus est. [s])

[Plus egit *Tremellius*, quam solas typorum editionis Viennensis transformare formas. Recognovit contextum Syriacum ad MStum Heidelbergense, puncta vocalia, quae in Viennensi quam saepissime absunt, addidit, versionemque latinam textui Syro adjunxit, quam recusam dedit *Trostius.* Quales vero *Tremellio* lites motae sint, ac si plagium commisisset: jam alio loco exposuimus, ubi plura de hac editione polyglotta annotavimus. [t])

Novum Testamentum latine, graece et syriace. Lugduni in Bibliopolio Salamandrae. 1571. fol. [II.]

Eadem editio cum novo titulo. [u])

* דיתיקא חדתא. Η καινη διαθηκη. Novum Jesu Christi D. N. Testamentum. Ad Christianiss. Galliae et Poloniae Regem Henricum III. Potentiss. et Invictiss. Principem, Christianae Religionis vindicem et Assertorem unicum. Parisiis. M. D. LXXXIIII. Apud Joann. Benenatum. 4. [x]) [III.]

[Quae ad historiam et fata hujus editionis faciunt, jam alio loco suppeditavimus, hic tantummodo editorem fuisse *Guidonem Fabricium Boderianum*, contextum vero Syriacum typis hebraicis sine punctis esse expressum notasse sufficit. [y])

§. XXV.

N. T. Syriacum in Bibl. Polygl.

* Novum Testamentum Syriace, charactere Syro et Hebraeo, cum versione latina et praefatione Guidonis Fabricii Boderiani. v. Tomus quintus Bibliorum Polyglottorum Antwerpiensium, 1572. Fol. [I.]

r) Conf. Danziger Berichte von neuen theolog. Büchern part. 78. Lips. apud Heinsium 1778. p. 581. *Jos. Lorckii* Bibelgeschichte part I. p. 334.

s) *Gabriel Sionita* in praefat. Psalterii Syriaci. *Le Long* p. 105. col. 2. E

t) Part. I. c. III. §. XXXIV. n. 1. Quae a *Walchio* Biblioth. exeget. p. 152. nominatur editio Heidelbergensis anni 1568. non existit.

u) Conf. ibid. §. XXXIV. n. 2.

x) *Le Long* p. 106. col. 2. C.

y) Conf. l. c. §. XXXIV. n. 3. Conf. *Lorckii* Bibelgeschichte part. I. p. 333.

Ex praefatione sub finem: Habes L. B. quae ante Novi Testamenti Syriaci eos libros, qui aetate nostra, Lingua Syriaca in lucem prodierunt, et a nobis in latinum conversi sunt, judicavimus praemittenda; quibus ad totius operis complementum et perfectionem Catholicae nonnullae Epistolae et Apocalypsis Johannis nobis defuerunt. Illa enim nec in antiquis exemplaribus, quae Moses Mardenus Mesopotamiae Catholicus sacerdos attulerat, nec in vetustissimo alio exemplari msc. quod cum Viennensi contulimus extiterunt; quamvis apud Syros reperiantur, ac pro sacris et authenticis habeantur. — Octodecim mensium spatio Novi Testamenti characteres Syriacos in characteres Hebraicos mutavi, et sermonis Syriaci in sermonem Latinum conversionem ante annos tres, anno videlicet Domini 1567. absolvi. — Integram translationem meam, Syrumque Novi Testamenti contextum a me litteris Hebraeis descriptum, diligenter recognovi, atque cum vetustissimo exemplari Syro, jam ab anno 1500 regni Alexandri (*hoc est anno Christi* 1188.) manuscripto religiose contuli. Illud autem vetustissimum exemplar allatum fuerat ex oriente a Postello. — quo emendatissimo codice msc. plurimum sane adjuti fuimus, ejusque fidem secuti, loca plurima partim mutila et detruncata, partim perperam et mendose in Viennensi exemplari scripta restituimus.

Caeterum in totius operis recognitione tam religiose, ut par erat in tam religiosis libris, versati sumus, ut affirmare ausim, Deumque hac de re testem invocare, me ne unicam quidem literam aut minimum apicem, proprio arbitrio immutasse, et quicquid mutatum est, ex auctoritate et fide antiquissimi msc. exemplaris Syri cum Graeco apprime congruentis mutatum esse. Quae porro vel sic immutata, vel restituta, vel addita a nobis fuerunt, seorsim collegimus et in calce hujus operis imprimi curavimus. Cum jam Epistolas Pauli recognoscerem, per literas nos monuit Andreas Masius — de quibusdam erratis, quae inter excudendum Viennense exemplar in Paulinas Epistolas irrepserant, ea sustulimus atque emendavimus. — Johannes Harlemius plurimum nos sublevavit, adjuvitque tum in translationis nostrae recognitione, tum etiam in universo Bibliorum opere ejusque appendicibus, etc.

Egregia fuit (*inquit Huetius*) Interpretis illius diligentia, adeo fides elucet in sententiis, et verba verbis consonant; si voculas solum aliquas, provocabula puta, articulos, ejusque generis minuta quaedam eximas, in quibus retinendis parum laboravit. [z])

[Manuscriptus ille codex, quo in parando opere usus est *Guido Fabricius Boderianus*, alias vocatur *Coloniensis*, cujus varias lectiones *Raphelengius* editioni N. T. Syriaci anni 1575. §. XXII. attexuit. Textus Syriacus Syriacis characteribus exscriptus ad latus habet latinam e Syro confectam versionem. Idem vero textus Syriacus typis et characteribus hebraicis expressus imam paginae occupat partem. Minus accurate itaque Cl. *Michaelis* scribit, in hac editione exstare contextum Syriacum, typis hebraicis expressum. [a])

[II.] * Novum Testamentum Syriacum integrum, charactere Ebraeo, studio Eliae Hutteri. v. Novum Testamentum Polyglotton, Norimbergae, 1599. F.

Tex-

z) *Dan. Huetius* de claris interpret. p. 101. *Le Long* p. 106. col. 1. B.

a) *Einleitung* tom. I. p. 140. Conf. Part. I. cap. III. §. III.

Textum illa editio Syriacum exhibet characteribus chaldaicis, ut habet Tremelliana. Addidit quoque de ſuo Hutterus Syriaca loca omnia in Moſis Meredeni mſc. deficientia, hiſtoriam puta Adulterae, II. Petri Epiſtolam, Joannis II. et III. Epiſtolamque Judae et Joannis Apocalypſin. *b*)

[Inutilem plane, et omni ex parte ſuperfluum in ſe ſuſcepit *Elias Hutterus* laborem, qui quae in editione Viennenſi, et quam proxime ſequutus eſt, Tremelliana defuerunt, in linguam Syriacam traducta exſcribi curavit. Scribit ipſe in recenſione illorum, quae in primo tomo Novi Teſtamenti dodecaglotti obſervatione digna fuerunt, Tomo ſecundo praemiſſa, de hiſtoria adulterae: „In ſeptimo capite „(*Johannis*) a verſu 53, uſque ad verſum 12. octavi Capitis, integra adulterae hi„ſtoria in Syriaca lingua omiſſa fuit, quam per Dei gratiam reſtitui.„ De ſecunda Petri Epiſtola: „Haec Epiſtola plane defuit in Syriaca Lingua, quam σὺν Θεῷ reſtitui.„ De ſecunda Epiſtola Johannis: „Haec quoque Epiſtola omiſſa fuit in Syriaca lingua, „quae nunc per Dei gratiam a nobis reſtituta eſt.„ Et de tertia Johannis: „Et haec „Epiſtola deſiderata fuit in Syriaca lingua, quam quoque de novo reſtituimus.„ De Epiſtola Judae: „Et hac caruit Syriacae linguae exemplar, quam auxilio divino re„ſtituimus.„ De Apocalypſi denique: „Totus hic liber Apocalypſeos Syris defuit, „igitur eundem de novo transferre et reſtituere coacti fuimus.„ Fallitur vero *Hutterus*, dum Syros iis omnibus, quae reſtituit, caruiſſe aſſerit; defuerunt enim tantummodo iis codicibus, qui tum ad manus erant; apud Syros vero omnino exſtitiſſe, ſequentes demonſtrabunt editiones. Dictum Johanneum de tribus coeli teſtibus ex editione Tremelliana deſumſit, ubi in margine collocatum erat. Epiſtolam vero ad Laodicenſes Syriace verſam operi inſeruit. Interim *Huttero* integri Novi Teſtamenti Syriaci editionem debemus primam. *c*)

Novum Teſtamentum Syriace. Studio Eliae Hutteri. v. N. T. Polyglotton [III.]
1599. 4.

Non integrum N. T. ſed tantummodo Matthaeum et Marcum hac forma prodiiſſe, jam alio loco annotavimus. *d*)

§. XXVI.

Ad ſecundam Novi Teſtamenti Syriaci editionum claſſem eas referimus editiones, quae ad antiquos codices manuſcriptos revocatae, recognitae et ex iis ſuppletae ſunt. Triplicis hae editiones ſunt generis: Syriacae, Syro-latinae, et polyglottae. Haec illarum diverſitas ordinem, quo ſingulae recenſendae ſunt, determinat.

§. XXVII.

Editiones Syriacae.

* ܕܝܐܬܝܩܝ ܚܕܬܐ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. Novum Teſtamentum Syriacum. Punctis vocalibus animatum. Cum Lexico et inſtitutionibus L. Syriacae. Accedunt notae difficiliora N. T. loca explicantes. Authore Aegidio [I.]

L 3 Gut-

b) Acta Eruditor. Lipſienſ. 1708. p. 290. *Michaelis Einleitung* p. 141. *Le Long* p. 206. col. 2. D.

c) Conf. Part. I. c. III. §. XI. n. 9. Coll. 11, 12.

d) Conf. Part. I. c. III. §. XI. n. 10.

Gutbirio. SS. Th. D. et Prof. P. Hamburgi cum privilegiis. Anno MDC.LXIII. 8.

Editio ſatis compta. *Ex praefatione:* In hoc laboris genere uſus ſum Martini Troſtii Novo Teſtamento Syriaco, quod cum quorundam librorum, multarumque vocalium defectu laboraret, et conatibus ſtudioſorum minus eſſet accommodatum, in eas deveni cogitationes, ut integram paraphraſim Syriacam, poſt diligentem emendationem et caſtigationem, in hunc uſum formae portatili includendam exiſtimarim — propriis meis ſumptibus Syriacos hoſce characteres aeri incidi et formari curaverim — — per aliquot autem annos diligenter in hoc circo diſcurri. *Idem* p. 43. *Notarum ait:* Epiſtolae I. Joannis cap. 5. verſ. 7. ex notis Tremellii in aliis editionibus deſideratum adſcripſimus. [e])

[Titulus, quem huic articulo praemiſimus, et in locum ejus, quem *Le Long* ſiſtit, et duabus additionibus erroneis adauxit, ſubſtituimus, aeri eſt inciſus, quo editio ad annum 1663. refertur. Accedit alius hujus tenoris: „Novum Domini no„ſtri Jeſu Chriſti Teſtamentum Syriace; cum punctis vocalibus, et verſione latina „Matthaei ita adornata, ut, unico hoc Evangeliſta intellecto, reliqui totius operis „libri, ſine interprete, facile intelligi poſſint: In gratiam ſtudioſae juventutis et ſtu„dii linguar. Orient. propagandi cauſa plene et emendate editum: accurante Aegidio „Gutbirio SS. Th. D. et Prof. Clavis operis, Lexicon, Grammaticam Syr. et notas „complexa, ſeorſim prodit. Hamburgi cum privilegiis, typis et impenſis Autoris, „Anno MDC.LXIV.„ Adſerit *Le Long* perperam, et poſt eum Cl. *Knochius*, juxta editionem *Troſtii* hoc novum Teſtamentum eſſe formatum: editor enim ipſe tantummodo adfirmat, ſe illa editione in ſe ipſo olim erudiendo uſum fuiſſe. In edendo vero opere conſuluit Polyglotta Pariſienſia, Londinenſia, Antwerpienſia, et editiones Tremellianam, Troſtianam, Viennenſem, Plantinianam anni 1575 et Pariſienſem 1584. cum Epiſtolis Catholicis a *Pocockio*, et Apocalypſi a *Lud. de Dieu* evulgatis. De Pariſienſi et Londinenſi polyglotta editione ipſe in praefatione notis criticis praemiſſa ſcribit: „Ignorare enim te nolo, editiones illas ſecundum omnes et ſingu„las dictiones, earumque literas et vocales cum noſtra exacte convenire, exceptis il„lis tantum, quae in his notis ſigno A. et A. P. notatae ſunt.„ Hiſtoria Adulterae ex opere Anglicano, Teſtimonium vero Johanneum de tribus coeli teſtibus ex editione Tremelliana deſcripſit. Addita eſt Evangelio Matthaei latina verſio in infima cujusvis paginae parte, quam *Le Long* perperam *Tremellio* tribuit, ab ipſo enim editore confecta eſt, qui integrum N. T. Syriacum in latinum traduxit ſermonem; cujus vero ſpecimen, nimirum Matthaei Evangelium, tantummodo typis exſcriptum exſtat. Impenſas editor ſculpendis typis Syriacis et operi imprimendo lubenter dicavit, quin et, ut operi ſemper adeſſe poſſit, prelum una cum operariis domi ſecum habere voluit. Accedunt operi Lexicon Syriacum, continens omnes N. T. Syriaci dictiones et particulas, cum ſpicilegio vocum quarundam peregrinarum, et in quibusdam tantum Novi T. Codicibus occurrentium, et appendice, quae exhibet diverſas punctationes, a praecipuis hujus linguae Doctoribus, in Europa, circa Novum T. Syr. hactenus uſurpatas. Adjecto indice latino accuratiſſimo, et catalogo nominum propriorum, brevif-

e) *Le Long* p. 107. col. 1. D.

vissima et discentium studiis accommodata methodo in usum Novi Testam. Syr. olim ita concinnatum, ut simul latinae versionis vicem explere possit; nunc vero in lucem demum editum auctore Aegidio Gutbirio, Gymnasii Hamburg. Prof. P. Hamburgi Typis et impensis Auctoris. Anno M.DC.LXVII. Et porro: Notae criticae in Novum Testamentum Syriacum, quibus praecipua variae punctationis exempla, aliaeque variantes Lectiones, quae observationem merentur, inter se conferuntur; ex optimis quibusque exemplaribus olim collectae, nunc vero in gratiam studiosae Juventutis editae ab Aegidio Gutbirio Profess. Publ. Hamburgi Typis et sumptibus Autoris. Anno M.D.LXVII. Typi, quos edendo operi adaptari curavit editor, sunt quidem minores, sed distincti et elegantes, et puncta vocalia debitis addita sunt locis: adeo ut quotidiano usui maxime sit accommodata editio. f)

* Novum Domini nostri Jesu Christi Testamentum Syriace, cum omnibus vocalibus — Accurante Aegidio Gutbirio SS. Th. D. et Gymnas. Hamb. Prof. P. Clavis operis, quae Grammaticam, Lexicon et Notas N. T. Syr. dabit, seorsim prodit. Hamburgi cum privilegiis, Typis et sumptibus Authoris Anno MDCLXIV. 8. [II.]

[Distinguimus hanc editionem, quamvis eandem anni notam in fronte gerat, et paginae paginis in utraque respondeant, a praecedenti: eamque eandem esse credimus, quam *Le Long* Hamburgensem anni 1694. appellat. g) Haeredes enim *Gutbirii*, qui typographiam Syriacam haereditario jure possidebant, priorem editionem iterum exscribi curarunt, quae vero iterata editio priori longe est inferior, et multis scatet mendis typographicis. Distinguitur editio iterata a prima archetypa triplici charactere. 1) In Editione prima notae numerales versuum in margine in Evangelio Matthaei sunt minutiores; in reliquis libris vero sunt aliquantulum majores; in secunda vero notae illae ubique sunt ejusdem magnitudinis; 2) in priori legitur in titulo: *Aegidio Gutbirio SS. Th. D. et Prof. P.*; in posteriori: *SS. Th. D. et Gymnas. Hamb. Prof. P.* 3) in priori ibidem in titulo: *Clavis operis, Lexicon, Grammaticam Syr. et notas complexa seorsim prodit*; in posteriori: *Clavis operis, quae Grammaticam, Lexicon et Notas N. T. Syr. dabit, seorsim prodit;* 4) prioris editionis praefationis pagina prima habet lineas triginta. Secunda haec editio a Cl. *Knochio* recensetur, qui vero in eo fallitur, quod adfirmet, Evangelium Matthaei prima vice tantis vitiis fuisse maculatum, ut plagulae sint rejectae, et de novo impressae. Integrum enim N. T. tempore posteriori recusum datum est. h)

No-

f) Conf. *Nachrichten von einer hall. Biblioth.* vol. 8. p. 197. *Joh. Fabricii* histor. biblioth vol 6. p. 376. *Mich. Lilienthalii exegetische Biblioth.* p. 72. *J. G. Walchii* Bibliothec. exeget. p. 150. Catal. Biblioth. Bunav. tom. 1. p. 8. Index Bibl. Wernigerod. p. 66. Acta erud. Lips. 1708. p. 291. *Michaelis Einleitung* p. 143. *Hagemanni Nachrichten* p. 98. *Jos. Lorckii* Bibelgeschichte part. I. p. 335. n. 15.

g) *Le Long* p. 107. col. 2. A.

h) *Knochii Nachrichten* p. 602. *J. M. Goezii Verzeichnis* seiner Bibelsamlung p. 85. ubi editio recensetur, cujus in titulo legitur *Accurante Gutbirio SS. Th. D. Log. Metaph. et Linguar. Orient. Prof. P.* quam primam illam esse ab ipso editore procuratam idem adfirmat, cujusmodi exemplar etiam ad manus est, cujus tamen praefatio de novo expressa est.

[III.] Novum Domini noſtri Jeſu Chriſti Teſtamentum Syriace — accurante Aegidio Gutbirio. — Hamburgi — 1667. 8.

Editionem recenſet *Walchius*; ſed non niſi ſecunda ſeu iterata eſt editio, cum nova anni nota 1667. quo anno Lexicon et notae criticae in publicum exiere. [i])

[IV.] Novum Domini noſtri Jeſu Chriſti Teſtamentum Syriace. — accurante Aegidio Gutbirio — Francofurti 1731. 8.

Eadem editio cum novo titulo et de novo recuſa praefatione.

[V.] Novum Domini noſtri Jeſu Chriſti Teſtamentum. Syriace. — accurante Aegidio Gutbirio. — Hamburgi apud Joh. Adolph Martini. 1749. 8.

Eadem editio cum novo rubro, una cum Lexico et notis Criticis cum nota anni 1706. Editio Lipſienſis anni 1748. a *Walchio* commemorata eadem eſt. Additur a *Hagemanno* editio Genevenſis anni 1669. typis hebraicis, et cum verſione latina, quae omnes N. T. libros, et illos quoque contineat, quae ab editione Viennenſi abſunt. Sed duplicem erravit *Hagemannus* errorem. Genevenſis illa editio non alia eſt, quam Tremelliana anni 1569. quam ſupra §. XXIV. laudavimus. [k])

§. XXVIII.

Editiones Syro-latinae.

[I.] * ܕܝܬܩܐ ܚܕܬܐ. Novum Domini Noſtri Jeſu Chriſti Teſtamentum Syriacum, cum verſione latina; cura et ſtudio Johannis Leusden et Caroli Schaaf editum. Ad omnes editiones diligenter recenſitum; et variis Lectionibus, magno labore collectis, adornatum. Lugduni Batavorum, Typis Joh. Mülleri, Joh. Fil. Apud Cornelium Boutesteyn et Samuelem Luchtmans. 1708. 4.

Ex Praefatione: Hanc decimam tertiam N. T. editionem conjunctis viribus initio aggreſſi ſunt Leusdenius, Carolusque Schaaf; aſt illo, cum ad comma 20. cap. 15. Evangelii Lucae deventum eſſet, e vivis erepto, hic ſolus coeptum opus perficere coactus eſt. Ut autem haec editio eo prodiret accuratior, ad omnes editiones antea editas eandem Schaafius diligentiſſime recognovit; N. T. integrum repraeſentavit; verſionem latinam, ex Tremelliana inprimis, ſuoque ingenio compoſitam textui Syriaco adjunxit; denique variantes lectiones ex omnibus editionibus magna induſtria collectas ſubnexuit. Quin et Lexicon Syriacum Concordantiale adjecit, in quo omnes dictiones, quotquot occurrunt in N. T. Syriaco, additis quibusdam illuſtrationis cauſa vocibus ex Syra V. T. verſione aliisque Libris Syriacis depromptis exhibentur, pariter atque explicantur. [l])

[Tredecim editiones N. T. Syriacas ſe recenſuiſſe, adeoque hanc Schaafianam decimam quartam eſſe numerandam monet *Le Long.* Enumerantur in praefatione duodecim editiones, dum duplex Gutbiriana pro una habetur; quas vero *Le Long* diſtinguit, et poſteriorem ad annum 1694. remittit, quamvis annum 1664. oſtendit. Communi ſtudio duorum Virorum *Leusdeni* et *Schaafii* debetur quidem editio; at cum

i) *Walchii* biblioth. exeget. p. 150.

k) Conf. *Lorckii* Bibelgeſchichte part. I. p. 336. *Hagemanni* Nachrichten von den Ueberſetz. der H. S. p. 98.

l) *Le Long* p. 107. col. 2. B.

cum illi parumper inter ſe de punctatione diſſentirent, ille cum *Tremellio*, *Maſio*, *Buxtorfio*, *Waſero* aliisque Hebraizantibus et Chaldaizantibus, hic vero cum ipſis Syris ſentiret; ut diverſa punctatio in hoc Novo Teſtamento deprehendatur, hebraizans ab initio ad Luc. 18, 27. Syra vero uſque ad finem, factum eſt. Conſuluit *Schaafius* omnes, quotquot typis exſcriptae fuere editiones, quarum e numero ipſi maximae utilitatis fuere Viennenſis, omnium prima et originaria, quae primaria norma fuit, Pariſienſis major et Anglicana, quae genuinam Syrorum punctationem perfectiſſime pleniſſimeque exprimunt, et ipſi exemplaria in punctando prorſus imitanda exſtiterunt. Verſio latina, maxima ex parte Tremelliana, occupat columnam interiorem, exterior vero eaque aliquantulum latior habet Contextum Syriacum typis claris et diſtinctis, medium inter typos Troſtianos et Gutbirianos magnitudine tenentibus, expreſſum. Variae accedunt ad calcem lectiones ex omnibus editionibus magna induſtria collectae, ut earum ope et ductu omnes quaſi editiones ex diverſis manuſcriptis multo ſtudio formatae uno fere intuitu in hac editione contemplari, et non tantum juxta conſonantes, verum etiam ſecundum puncta examinari et inter ſe conferri poſſint. Adjunctum habet haec editio „Lexicon Syriacum concor„dantiale, omnes novi Teſtamenti Syriaci voces et ad harum illuſtrationem multas „alias Syriacas et linguarum affinium dictiones complectens, cum neceſſariis indicibus, „Syriaco et Latino, ut et catalogo nominum propriorum ac gentilium N. T. Syr. „indefeſſo labore elaboratum a Carolo Schaaf. ibid. eod. 4.„ Lexicon Troſtiano longe eſt praeferendum, ſiquidem tum omnes et ſingulas recenſet particulas a *Troſtio* transmiſſas, tum ex *Edmundi Caſtelli* Lexico heptaglotto maxime adauctum eſt. [m])

ܕܝܬܩܐ ܚܕܬܐ. Novum Domini Noſtri Jeſu Chriſti Teſtamentum Syriacum — Joannis Leusden et Caroli Schaaf — Lugduni Batavorum — Samuelem Luchtmans. 1709. 4. [II.]

Prodiit Novum Teſtamentum Syriacum Schaafianum jam anno 1708, et ipſa praefatio Kal. Martii ejusdem anni data eſt: quapropter editionem ad annum praecedentem retulimus, dum prima exemplaria annum 1708. in fronte oſtendunt. Frequentiora ſunt ejusdem editionis exemplaria, quibus novus titulus cum nota anni 1709. praemiſſus eſt. Addit *J. G. Hagemannus* tertiam, eamque antiquiorem editionem anni 1706, quae vero commentitia eſt. [n])

ܕܝܬܩܐ ܚܕܬܐ. Novum Domini noſtri Jeſu Chriſti Teſtamentum Syriacum — Johannis Leusden et Caroli Schaaf — adornatum. Secunda editio, a mendis [III.]

m) Acta Eruditor. Lipſ. 1708. p. 289. *Walchii* Biblioth. exeget. p. 151. Vita editoris recenſetur in Actis Eruditorum Lipſ. germanicis, tom. 14. p. 34[illegible]. Ad hiſtoriam hujus N. T. vero faciunt, quae in *Unſchuldigen Nachrichten* 171[illegible]. p. 95. inſeruntur, Epiſtola Caroli Schaaf ad *Thomam* Indum, Chriſtianorum Syrorum in Malabaria Epiſcopum, et ejusdem *Thomae* Epiſtola latine verſa, quae e *Caroli Schaaf* relatione hiſtorica, cum Epiſtola a *Maba Thome* ad Patriarcham Antiochenum ſcripta, Lugdun. Bat. 1714. 4. deſumtae ſunt. Conf Theſaur. Epiſt. Lacrozian. tom. 2. p. 286. Plures de hac editione ſcriptores vid. ad numerum ſequentem.

n) *Hagemanni Nachricht* p 98. *Michaelis Einleitung* p. 144. *Knochii Nachrichten* p. 605.

dis purgata. Lugduni Batavorum, Typis Joh Mulleri, Joh. Fil: apud vid: et fil: Corn: Boutesteyn, Samuelem Luchtmans. 1717. 4.

Editio secunda, priori adeo conformis, ut paginae paginis respondeant, ipsaque prioris editionis praefatio sine ulla immutatione hic iterum expressa sit: ipse tamen *Schaafius*, qui ad annum 1729. adhuc inter vivos fuit, illam emendavit, mendasque prioris editionis sustulit. Variae lectiones hic sunt eaedem; Lexicon vero Syriacum, quod iterum eodem anno editum est, in rubro emendatius et auctius salutatur: Lexicon Syriacum concordantiale — a Carolo Schaaf. Editio secunda, priori emendatior et auctior. Lugduni — 1717. o)

§. XXIX.

Editiones Polyglottae.

[I.] * Novum Testamentum integrum, Syriace, literis Syriacis, cum punctis vocalibus a Gabr. Sionita appositis et versione latina Boderiani. v. Biblia Polyglotta Parisiensia 1645. F. p)

[Quae ad historiam hujus editionis, in qua tamen historia Adulterae Joh. VIII. desideratur, faciunt, jam alio loco sunt exposita. Addimus hic judicium *Caroli Schaafii* ex praefatione in N. T. „Editionem nonam typis edidit Michael de Jay „in opere suo splendido Heptaglotto Parisiensi anno 1645. usus praecipue hac in re „opera viri Clarissimi Gabrielis Sionitae Maronitae S. T. D. qui primus vocales „omnes ex ipso Syriasmo suae cuique Syllabae apposuit, et interpretatione quoque „Latina adjuncta. In Viennensi, Regia, et Trostii editionibus una ejusdem dictionis Syllaba interdum vocali notata, alia ea privata est; et in dictionibus quoque innumeris vocales prorsus omissae sunt, vel non semper litteris illis, ad quas pertinent, adscriptae, sed nonnunquam praecedentibus aut sequentibus appositae sunt, „ita ut a Lectore ex analogia grammatica et linguae peritia, quae deficiunt, supplendae; aut quae alienis litteris additae, propriis restituendae sint. Neglexerant etiam dictae editiones lineam occultantem, quam Sionita ubique subduxit literis juxta Syros occultandis. Praeterea editioni huic additi sunt libri in editionibus Viennensi, Tremelliana, Regia, Plantinianis, Parisiensi minore et Trostiana desiderati; „scilicet epistola secunda Petri, secunda et tertia Johannis, et Epistola Judae; quas „Edwardus Pocockius ex celeberrimae Bibliothecae Bodleianae Oxoniensis MS. „exemplari exscriptas charactere Syro et Chaldaeo versione Latina et notis insignitas „ediderat Lugduni Batavorum anno 1630; addita quoque est huic editioni Parisiensi „Apocalypsis Johannis, quam Ludovicus de Dieu ex MS. e Scaligeri Legato depromptam charactere Syriaco et Chaldaico cum versione latina et Animadversionibus in lucem ediderat Lugduni Batavorum anno 1627.„ q)

[II.] * Novum Testamentum integrum, Syriace, cum versione latina Tremellii recognita a Sam. Clerico. v. Biblia Polyglotta Londinensia. 1657. F.

Haec

o) *Nachrichten von einer hall. Biblioth.* vol. 8. p. 292. *Hirtii oriental. und exeget. Biblioth.* vol. 1. p. 323. *Hagemannus, Michaelis* et *Walchius* ll. cc.

p) *Le Long* p. 107. col. 1. C.

q) Conf. Part. I. cap. III. §. IV.

Haec editio praeter 4. Epiſtolas et Apocalypſin a Pocockio et Lud. de Dieu mſſ. editas, quaeque in praecedenti editione Pariſienſi jam additae erant, hiſtoriam Adulterae ex MSto Uſſeriano ſuppletam continet. r)

Novum Dn. Jeſu Chriſti Teſtamentum juxta editionem Bibliorum Polyglottorum, in qua Textus Graecus cum verſione interlineari et vulgata Latina, translationes antiquae Syriaca, Arabica, Aethiopica totius Novi Teſtamenti, Perſica Evangeliorum, et ſingularum verſiones Latinae. Omnia eo ordine diſpoſita cum variis Lectionibus, ut Textus cum verſionibus uno intuitu conferri poſſint, cum variis Lectionibus et annotationibus Graec. Lat. Syr. Aethiop. Perſic. etc. ex MSS. antiquiſſimis undique conquiſitis optimisque exemplaribus impreſſis ſumma fide collatis edidit Brianus Waltonus S. T. D. Epiſcopus Ceſtrienſis. Londini apud Sam. Smith et Benj. Walford Regiae Societatis Typographos. 1698. Fol. maj. [III.]

Inter Polyglotta brevi hujus exemplaris, cujus hic integrum damus titulum, mentionem fecimus. Non cum auctore noſtro erravimus in aſſertione, non eſſe editionem iteratam, ſed illam ipſam, quae eſt pars Operis Polyglotti Anglicani. Jam vero, ipſum *Waltonum* eo proſpexiſſe, ut Novum Teſtamentum ſeorſim divendi compararique poſſit, addimus. Id enim ex breviori apparet praefatione: „Quod in Bi„bliis Polyglottis per univerſum oraculorum divinorum Syſtema praeſtitum eſt, Tex„tus originarios cum antiquis verſionibus ab Eccleſia approbatis eo ordine edendo, ut „Textus cum verſionibus uno intuitu conferri poſſint: idem per Novum Teſtamen„tum, illud ſeorſim imprimendo, quo potiſſima ſacrorum voluminum pars paratu „facilior ſit, et in plurium uſum ceſſura, ut eorum votis faciamus, qui omnia iſta „volumina fortaſſe comparare nequeunt, exhibemus.„ In eadem praefatione de verſione Syriaca haec annotavit *Waltonus:* „Syriacam verſionem, quam antiquam et „ſimplicem vocant, ut ab alia recentiori diſtinguatur, prope Apoſtolorum tempo„ra confectam, per Eccleſias Orientales celebratiſſimam, quamque ſolam in ſacris „uſurpant, (edimus). Exemplar MS. ex Meſopotamia in Europam attulit Moſes „Meridenaeus, Sacerdos Syrus, ab Ignatio Patriarcha miſſus, ut inter alia, typis „(quibus deſtituti Jacobitae) mandaretur in Eccleſiarum orientalium uſum: hoc pri„mum typis Syriacis Maroniticis ſumtibus et auſpiciis Ferdinandi Imperatoris Viennae „edidit Johann. Albertus Widmanſtadius J. C. Anno 1555. Quod ſummo docto„rum applauſu ut magnus Orientis theſaurus acceptum, a variis Latinitate donatum, „variisque formis, Typis Syriacis, et Hebraicis ſaepius recuſum eſt. Epiſtolas au„tem Petri 2. Johann. 2. et 3. et Judae, quae ex Bibliotheca Bodlejana edidit D. Po„cockius, et Apocalypſin, quam ex Bibliotheca Scaligeriana deprompſit Lud. de „Dieu, et Hiſtoriam de muliere adultera Joh. 8. quam ex MS. Uſſeriano habuimus, „quae omnia in antiqua editione nunquam exſtarant, ejusque magnam antiquitatem „probant, collatis quibusdam libris MSS. et impreſſis adjecimus.„ Accuratam operis recenſionem nobis dedit Cl. *Lorckius,* s) profuſiorem vero ejus delineationem ſuppedi-

M 2

r) *Le Long* p. 107. col. 1. C. Conf. Part. I. Cap. III. §. VII.

s) Bibelgeſchichte part. I. p. 72.

peditat Cl. *Joh. Frid. Hirtius*, [t]) qui, etiamsi auctor noster jam anno 1723. Novum hocce Testamentum polyglotton indicarat, se, sub novo titulo partem Bibliorum Polyglottorum Londinensium prostare, ignorasse fatetur.

[IV.] * Novum Testamentum Syriacum accurante M. Christiano Reineccio. v. Biblia Polyglotta Lipsiensia, Lipsiae 1713. et 1750. Fol. [u])

[Jam anno 1713. Novum Testamentum Polyglotton typis exscriptum est, eamque ob causam editio Contextus Syriaci ad hunc annum referenda est. Ipsa vero versio Syriaca ex opere Anglicano in hanc translata est editionem. [x])

§. XXX.

N. T. Syriacum.

Novum Testamentum Syriacum et Arabicum. Romae Typis Congregationis de propaganda fide. 1703. Fol. Vol. II.

Superiores Novi Testamenti editiones ad certas classes reduximus, et quidem secundum internam, ut ita dicamus, cognationem. Hanc vero, quam hic nominamus, ab aliis distinguimus; procurata enim est Romae eum in finem, ut inprimis rebus Maronitarum sacris inserviat. [y]) Non plures nobis innotuerunt, quam hactenus descripsimus, Novi Testamenti Syriaci editiones. Plures sunt, quam hactenus a Viris Eruditis, qui historiae Novi Testamenti Syriaci condendae operam dederunt, recensitae fuere: si Cl. *Lorckium* excipimus, qui easdem, et non plures recenset. Cl. *Hirtius* in eo est, ut Novi Testamenti Syriaci historiam condat in Bibliotheca Exegetica et Orientali Volumine primo. Recenset ille Vir Doctus alias editiones, quas ante oculos habet, alias vero ex aliorum recensione. Sunt in numero illarum. 1) N. T. Syriacum *Widmanstadii*, Viennae Austriae 1555. 4. 2) N. T. Syriacum polyglotton *Jmman. Tremellii*, 1569. fol. 3) N. T. Syriacum Antwerpiae ex officina *Christoph. Plantini*, typis hebraicis sine punctis, sine anni nota, (circa 1574.) 4) N. T. Syriacum ex eadem officina iisdem typis 1575. 16. 5) N. T. in Polyglottis Antwerpiensibus. 6) N. T. *Guidonis Fabricii Boderiani*. Parisiis 1584. 4. 7) N. T. Syriacum Hutteri in Novo Testamento duodecim Linguarum. Norimbergae 1599. Fol. 8) N. T. Solisbaci. 1684. 12. typis hebraicis. 9) N. T. Syriacum Trostii, Cothenis Anhalt. 1621. 4. Addit idem Vir doctus eodem Volumine pag. 494. 10) N. T. in Bibliis Polyglottis Parisiensibus et 11) in Polyglottis Londinensibus, 12) Editionem Gutbirii, 13) duplicem *Schaafii* editionem, et denique 14) editionem *Reineccii*. Alio loco vero idem Vir doctus incertus est, utrum aliqua exstet Coloniensis N. T. editio, typis expressa; an vero tantummodo MStum quoddam Coloniae adservatum intelligendum sit, nimirum in Volumine secundo pagina 38. Nos vero, nullam exstare editionem Coloniensem, sed codicem illum Coloniensem esse codicem MStum, quo usus est olim in colligendis lectionum Varietatibus *Franciscus Raphelengius*, quam certissime adfirmare possumus.

§. XXXI.

t) Wittenbergische neue exegetische und oriental. Biblioth. part. 4. p. 296.

u) *Le Long* p. 107. col. 2. E.

x) Conf. Part. I. cap. III. §. VII. *Hirtii* oriental. und exegetische Biblioth. Vol. I. p. 326. *Lorckii* Bibelgeschichte part. I. p. 330. *J. D. Michaelis* Einleitung in die göttl. Schriften des N. B. tom. I. p. 144.

y) Conf. *Lorckii* Bibelgeschichte part. I. p. 426.

§. XXXI.

Evangelia Syriace.

* S. Matthaeus Syriace et Latine. Hamburgi 1621. 8. [z]) [I.]

[Editio valde dubia et fuſpecta. Fortaſſis error latet in nota anni, ut loco 1621. legendum ſit 1663.

* S. Matthaeus Syriace et Latine. Cothenis Anhalt. 1621. 4. [a]) [II.]

[Prodiit eodem tempore et eadem in forma cum Novo Teſtamento Syriaco *Troſtii*, et ſine dubio ejusdem eſt impreſſionis, ut in Scholarum uſum Matthaei Evangelium ſeparatim emiſſum et peculiari titulo ornatum ſit.

Evangelium S. Matthaei Syriacum una cum punctis vocalibus et verſione latina, ita adornata, ut unico hoc Evangeliſta intellecto reliqui totius N. T. libri ſine interprete facile intelligi poſſint, ſeparatim editum accurante Aegidio Gutbirio, olim impreſſum Hamburgi typis et impenſis Autoris 1663. nunc invenitur Longoſaliſſae Thuring. apud haeredes Gutbirianos. 8. [III.]

Aegidium Gutbirium anno 1663. Evangelium Matthaei typis exſcriptum, ſed multis mendis miſere foedatum repoſuiſſe, aliamque paraſſe hujus Evangeliſtae editionem in Novo Teſtamento, refert Cl. *Knochius*. Hiſce exemplaribus haeredes ejus novum dedere titulum, atque ita Longoſaliſſae expoſuerunt. [b])

S. Marci Evangeliſtae Evangelium Syriace, literis et punctis hebraicis, appoſita e regione verſione Latina in gratiam linguarum orientalium Tyronum ſeorſim excuſum. Cothenis Anhaltin. 1622. 4. [IV.]

Nomen *Troſtii* quamvis nullibi appareat, ipſi tamen debetur editio, quae cum Novo ejus Teſtamento conſentit excepta externa typorum forma. *Plantinum* enim imitatus eſt editor, ſeu *Tremellium*, qui characterem Syrum in Hebraicum transformarunt. [c])

§. XXXII.

Act. Apoſt. Syr.

Acta Apoſtolorum Syriace. Seorſim recudi curavit D. Jo. Henr. Callenbergius — Halae in typographia Orientali Inſtituti Judaici. 1747. 8.

Ad normam editionis Plantinianae charactere hebraeo, in uſum Chriſtianorum orientalium editionem procuravit, una cum Epiſtolis Paulinis, quas infra nominabimus, *Callenbergius*. [d])

§. XXXIII.

Epiſt. Apoſtol.

* Epiſtola S. Pauli ad Romanos Lingua Syriaca Jeſu Meſſiae et Soſpitatori noſtro vernacula, ex Teſtam. Syr. Viennenſi deſumpta, inque gra- [I.]

z) *Le Long* p. 108. col. 1. A.

a) *Le Long* ibid.

b) *Knochii* hiſt. crit. Nachrichten p. 604. Catal. Biblioth. Baumgart. p. 46. n. 182. *Lorckius* Bibelgeſchichte part. I. p. 335.

c) Catal. Biblioth. Baumgart. p. 22. n. 64. *Lorckius* l. c. p. 334.

d) Acta hiſtorico-eccleſ. vol. XIII. p. 278. *Lorckius* l. c. p. 737.

tiam φιλιεϱογλώττων publici juris facta. Studio M Christoph. Crinesii, Schlaccowaldo-Bohemi, collegii philosophici Wittebergae adjuncti. Wittebergae, impensis Zachariae Schureri, Typis Gormannianis, anno aerae Christianae 1612. 4. [e])

[Textus Syriacus typis majusculis a *Trostio* postea in edendo Novo Testamento Syriaco adhibitis exscriptus est: ipsa vero editio accurate ad Viennensem formata est, adeo ut et puncta vocalia haud raro desiderentur. Commatibus notae numerales additae sunt. Editoris varias opellas philologicas recenset Cl. *Hirtius*. [f])

[II.] Epistola S. Pauli ad Romanos Syriace. Seorsim recudi curavit D. Jo. Henr. Callenbergius — Halae in typographia orientali Instituti judaici. 1747. 8.

Litteris hebraicis sine punctis. [g])

[III.] Epistola Prior et Posterior ad Corinthios Syriace. Seorsim recudi curavit D. Jo. Henr. Callenbergius. — Halae — 1747. 8.

Seorsim prodiit epistola prior, ut et posterior, typo hebraico exscripta. [h])

[IV.] * Epistola D. Pauli ad Galatas, Syriace, litteris hebraicis cum versione latina Antonii Cevallerii. v. ejus Grammatica hebraica, Genevae 1567. 4. 1550. 1592. [i])

[Rudimenta hebraicae Linguae *Anton. Rudolphi Cevalerii* prodiere Genevae ex officina Henrici Stephani 1567. 4. Epistola vero *Cevalerii* praevia jam 1559. data est; antiquior fortassis itaque exstat editio, et loco 1550. legendum 1559. est. Prodiit iterum Witebergae 1574. 4. et Lugd. 1575. fol. [k])

[V.] * Epistola D. Pauli ad Galatas, Syriace et Latine studio Tremellii. Genevae. Perrin. 1570. 4. [l])

[VI.] * Epistola S. Pauli ad Galatas, Syriace. Bremae. 1614. 8. [m])

[Prodiit cum Duodecade aureorum Psalmorum Davidicorum, typis Villerianis, et a *Le Long* per errorem typographicum ad annum 1612. remittitur. vid. Polyglotta.

[VII.] Epistola S. Pauli ad Colossenses, Syriace, edita ab J. C. W. Vitebergae, 1702. 4.

Editore *Joh. Christophoro Wichmanshausenio.* [n])

[VIII.] * Epistola S. Pauli ad Titum, Lingua Syriaca, cum interpretatione latina. In Gratiam Studiosorum φιλογλώττων publicata a M Christophoro Crinesio Schlaccowaldo-Bohemo. 1613. E Typographia Johannis Gormanni. 4. [o])

[Editioni Epistolae ad Romanos, quam idem auctor anno praecedenti procuravit, omni ex parte conformis est haec opella; excepta tamen latina versione, quae

e) *Le Long* p. 108. col. 1. A.

f) Neue oriental und exeg. Biblioth. vol. 1. p. 1. Nachrichten von einer hall. Biblioth. vol. 8. p. 204.

g) Acta histor. eccles. vol. XIII. p. 228. *Lorckius* l. c. p. 337.

h) Acta hist. eccl. et *Lorckius* l. c.

i) *Le Long* p. 108. col. 1. B.

k) Conf *Wolffii* Biblioth. hebr. vol. 2. p. 604. vol. 4. p. 281.

l) *Le Long* p. 108. col. 1. B.

m) *Le Long* ib. Conf. Part. I. cap. III. §. XXX et XXXVII. n. 4.

n) Catal. Biblioth. Baumgart. p. 22. n. 66.

o) *Le Long* p. 108. col. 1. C.

quae in superiori opella desideratur, hic vero textui Syriaco opposita et lineis Syriacis inserta est. p)

* Epistola S. Pauli ad Titum. Syriace. Hafniae 1626. 8. q) [IX.]

* Epistolae S. Pauli ad Titum et Philemonem, Syriace, adjunctis versione latina, literis, vocalibus et ligaturis Syrorum, edi curante Balt. Scheidio. Argentorati 1668. apud G. A. Dolhopfium et J. E. Zetznerum. 4. [X.]

* Epistolae S. Pauli ad Titum et Philemonem cum adjuncta versione latina, — Balthazaris Scheidii. Argentorati 1700. 4. r) [XI.]

[Utraque editio una eademque est, et posterior novum tantummodo accepit rubrum. s)

* Epistola D. Pauli ad Hebraeos, Syriace. (Viennae Austriae 1555. 4.) [XII.]

Juxta haec verba Matthaei Galeni in prolegom. enarrationum in hanc epistolam. „Curatum est non ita pridem a Summo Pontifice Julio III. et Ferdinando Im„peratore, quorum imperio nuper (*haec epistola*) elegantissimis typis excusa, (*una cum aliis ejusdem Pauli, quatuor Evangeliis et Actis Apostolorum, Viennae anno* 1555.) „teritur nunc passim studiosorum manibus.„ t)

[Scripsit *Matthias Galenus* Commentarium in Epistolam Pauli ad Hebraeos, eique versionem ejus latinam e Syro confectam addidit, qui Duaci 1518. 8. et Lovanii 1599. 8. excusus exstat. Exemplar hujus Epistolae Syriacum, de quo loquitur, est pars Novi Testamenti Syriaci a *Widmanstadio* procurati.

Divi Johannis Apostoli et Evangelistae Epistola Catholica prima, Syriace. Adjuncto e regione charactere Hebraeo et versione latina. In gratiam Syriacae linguae Tyronum, seorsim excusa. Praemittitur alphabetum Syriacum, velut manuductio quaedam ad ejus linguae lectionem faciliorem. Opera et studio Martini Trostii, Huxariensis. Cothenis Anhaltinorum MDCXXI. 4. [XIII.]

Manuductio tres occupat paginas; reliquae in duas distinctae columnas textum Syriacum tum typis Syriacis tum hebraicis et in inferiori margine versionem Latinam exhibent. Uterque vero textus punctis animatus est.

* Epistola I. S. Johannis charactere Syro et Hebraeo, cum versione latina Emanuelis Tremellii, studio Martini Trostii. Cothenis 1632. 4. u) [XIV.]

* Epistola I. S. Johannis Syriace et Latine. Lipsiae 1632. 4. x) [XV.]

* Epistola Johannis Apostoli et Evangelistae. catholica prima, Syriace, juxta exemplar Cotheniense, quod est b. Mart. Trostl, adjuncto e regione charactere Ebraeo, itemque versione Latina, in usum Philo Syrorum tyronum seorsum excusa, Editore Andrea Sennerto P. P. in Academia Witteberg. Typis et sumptibus Jobi Wilh. Fincelii. Anno MDCLII. 4. y) [XVI.]

[Qua-

p) *Hirtii* neue orient. und exeg. Bibl. vol. 1.
q) *Le Long* ibid.
r) *Le Long* ibid.
s) *Lorckii* Bibelgeschichte part. I. p. 336.
t) *Le Long* p. 108. col. 1. D.
u) *Le Long* p. 108. col. 1. E.
x) *Le Long* ibid.
y) *Le Long* ibid.

[Quatuor editiones sibi invicem, si exsistunt, accurate respondent; posteriores enim e prima originem traxerunt. Sed, utrum duae editiones anni 1632. a se diversae sint, an vero una eademque editio diversam loci notam in rubro exhibeat, valde dubium est. Textus Syriacus typis majusculis expressus ad latus eundem textum typis hebraicis aliquantulum minoribus exscriptum, versionemque latinam Tremellianam in margine inferiori lineis integris subjectam habet. [z])

[XVII.] * Epistolae Quatuor, Petri secunda, Johannis secunda et tertia, et Judae Fratris Jacobi una, ex celeberr. Biblioth. Bodlejanae Oxoniensis msc. exemplari nunc primum depromptae et charactere hebraeo, versione latina, notisque quibusdam insignitae opera et studio Edw. Pococke, Angli Oxoniensis Lugd Bat. ex officina Bonaventurae Abrah. Elzevir. acad typogr. ann CIↃ IↃ C XXX. 4. [a])

[Jam inter Polyglotta hujus editionis Epistolarum Catholicarum primae, ex qua posteriori tempore in editionibus N. T. Syriaci restitutae sunt, mentionem fecimus. Textus hic typis syriacis, et characteribus hebraicis additis punctis est expressus; cui versio latina, cum textu graeco authentico addita est. De ipsa vero versione Syriaca ita editor in praefatione: „A quo aut quando in linguam Syriacam „translatae sint hae epistolae, supra vires meas disquisitio est. Unum tantum monere „licet, Dionysium quendam, (ita se vocat) qui commentariis Syriacis has una cum „caeteris Canonicis et Actis Apostolorum et Apocalypsi illustravit, in Praefat. ad 2. „Petri monere — Epistolam secundam Petri non fuisse versam in linguam Syram „cum libris, qui diebus antiquis redditi sunt, ideoque non inveniri nisi in translatione Thomae Episcopi, qui cognominatus est Heracleensis, secundum nomen Heracleae civitatis suae. Quis fuerit Thomas iste, vel qualis ejus versio, compertum „non habeo. Hoc scio, Verba, quae e textu, eorum qui commentantur more, adducit, certo arguere, eam ab hac nostra stylo multo discrepasse.„ Et paucis additis de alia versione, quae lucem non vidit, addit: „Hoc tandem censeo, illam „quam innuit Dionysius, istam, nostram vero antiquam coeterorum librorum interpretationem stylo magis referre, quod ut dijudicare possis, quaecunque ex interprete suo citavit Dionysius fideliter excerpsi, et in notis per litteras S. A. Syrum alterum denotantes indicavi.„ Incertus est editor de aetate hujus versionis; Cl. vero *Michaelis* eam ad recentioris temporis versiones referre haud dubitat. [b])

[XVIII.] * Epistolae Canonicae quatuor Syriacae ex versione Eliae Hutteri. v. Novum Testamentum ejus Polyglotton. 1599. F. [c])

[Non sine jure haec versio Syriaca a reliquis distinguitur, quae ab ipsis Syris confectae sunt. Haec ipsum *Hutterum* agnoscit auctorem. §. XXV.

[XIX.] * Epistola II. Johannis Syriace, cum interpretatione latina Edw. Pocockii. Cizae 1677. 4. [d])

[Attexuit illam *Cellarius* portae Syriae, sive Grammaticae linguae Syriacae, in usum tironum.

§. XXXIV.

z) Conf. *Hirtii* Wittenb. neue oriental. Biblioth. part. 3. p. 28.

a) *Le Long* p. 108. col. 1. E.

b) *Michaelis Einleitung* p. 186. Conf. Part. I. cap. III. §. XXXVII. n. 5.

c) *Le Long* p. 108. col. 1. D.

d) Id. ibid. col. 2. A.

§. XXXIV.

Apocal. Syr.

* Apocalypſis S. Johannis ex manuſcr. exemplari e Biblioth. clariſſ. viri Joſephi Scaligeri deprompta, edita charactere Syro et Hebraeo cum verſione latina et notis, opera et ſtudio Ludov. de Dieu. Lugd. Bat. ex typogr. Elzeviriana. CIↃIↃCXXVII. 4. [e]) [I.]

[Ea quae *Le Long* ex praefatione hujus operis hauſit, jam ſupra, ubi de Polyglottis actum eſt, exſcripſimus, quorſum lectorem, ne bis eadem exſcribenda ſint, remittimus. Hoc loco vero alia, quae verſionem propius concernunt, inſerenda duximus. Scribit editor in praefatione de codice Syriaco, quo uſus eſt: „Libellus „eſt in octavo, charta denſa, terſa ac polita, quaeque a pergameno parum diſtet, „conſcriptus manu eleganti, ſed ab hoc noſtro charactere ſatis diſcrepanti. Maroni„tarum manus videtur, qua in ſcribendis epiſtolis utantur; ubi celeriores, magis„que compactas, et ſaepe implexas ſibi invicem litteras adhibeant. Vocales additas „non invenimus: niſi paucis in locis, ubi expreſſas reperies. Verſuum diſtinctiones „libellus iſte proprie habet nullas, ut nec capitum. — Sententiarum tamen diſtin„ctiones habet varias, quarum quaedam longiores, aliae breviores periodos diſcer„nere videntur. — Eſſe autem hanc Syriacam e Graeco translationem nullus du„bito, et cuivis phraſin conferenti, id facile liquebit. — Authorem verſionis „ignoramus; ſcriptoris vero nomen in calce libri reperimus, ubi ſe Caſparum nun„cupat natum ܡܢ ܐܪܥܐ ܕܗܢܕܘܝܐ: tempus vero ſcriptionis ſubticet. De antiquita„te hujus verſionis nihil ſtatuere auſim.„ Quem vero *De Dieu* ſcriptorem appellat, et ab interprete diſtinguit, *Caſparum*, eum ipſum eſſe interpretem Apocalypſeos perhibet Cl. *Michaelis*, contra ipſius editoris auctoritatem. [f])

* Revelatio, quae facta eſt ſuper Johannem Evangeliſtam a Deo in Pathamun inſula, in quam ejectus fuit a Nerone Caeſare. (Amſtelaedami excudit Gerardus Borſtius Bibliopola. CIↃIↃC. LXXXXIII.) Fol. [g]) [II.]

* Apocalypſis S. Johannis Syriace, interprete Elia Huttero. v. Ejus Novum Teſtamentum polyglotton. 1599. [h]) [III.]

§. XXXV.

Singulae Pericopae Syriacae.

* Excerpta veteris Teſtamenti Syriaci cum latina interpretatione nova et annotationibus Chriſtophori Cellarii. Cizae 1682. 4. [i]) [I.]

* Excerpta novi Teſtamenti Syriaci, cum verſione latina: auctore Chriſtophoro Cellario. Cizae 1682. 4. [II.]

Ex praefatione: Miſſis annotationibus ſolam verſionem adjeci, ſed ita Syrorum adhaerentem idiomati, ut neque ordine verborum, neque numero diſſentiat, nec ſenſus proprietate unquam declinet, ſed verbum de verbo exprimat. [k])

[Se-

e) *Le Long* ibid.

f) *Michaelis Einleitung* tom. I. p. 187. Conf. Part. I. c. III. §. XXXVII. n. 6

g) *Le Long* ibid. Conf. Part. I. c. III. §. XXXVII. n. 7.

h) *Le Long* ibid. Conf. ſupr. §. XXV.

i) *Le Long* p. 103. col. 2. A.

k) *Le Long* p. 107. col. 2. E.

[Selecta ſunt utriusque Teſtamenti loca, quae in hisce opellis Syriace et Latine exhibentur; quae una cum aliis ad Philologiam orientalem ſpectantibus uno faſciculo comprehenſae exſtant ſub titulo:

[III.] Philologicarum lucubrationum Sylloge, hoc eſt, praecipuarum Orientis, ebraicae, chaldaicae, ſyrae, ſamaritanae et arabicae grammatica praecepta, quarumdam etiam pericopae biblicae, et gloſſaria cum ſciagraphia univerſae philologiae ſacrae, quae ſingula in praefatione ordine recenſentur. Jenae, proſtat apud Johannem Bielckium. MDCLXXXIII. 4.

Decem hoc faſciculo comprehenſa ſunt *Chriſtophori Cellarii* ſcripta philologica, non quidem recuſa, ſed in unum praemiſſa brevi praefatione collecta. l)

[IV.] Eclogae Sacrae Novi Teſtamenti, Syriacae, Graecae, Latinae, opera Joh. Mich. Dilherri. Jenae 1638. 12.

[V.] Eclogae ſacrae — Jenae 1658. 12.

[VI.] Eclogae ſacrae — Jenae 1662. 12. m)

[VII.] Dicta SS. Syriaca, Valentini Friderici. Lipſiae typis Juſtini Brandii. ſ. a. 8. v. ejus Polyglotta. n)

[VIII.] Dicta biblica Deuteron. VI, 3. Matth. IV, 10. Syriace, cura Joh. Krebſii. 1692. 8.

In opella, quam tum inter polyglotta laudavimus, o) tum inter chaldaica curatius deſcripſimus. p)

[IX.] Epitome Bibliorum Syriacorum Valentini Schindleri. Wittebergae 1578. 8. q)

[X.] * Sylloge Canticorum Novi Teſtamenti Syriace et Latine a Sebaſtiano Schrottero edita. Erfurti 1650. 8. r)

[XI.] Oratio Dominica et Canticum Mariae, Syriace et Latine. Viennae Auſtriae 1555. 4.

In *Joh. Alb. Widmanſtadii* Syriacae linguae elementis, et quidem typis ſyriacis, typis hebraicis, typis latinis, quae legendi praxin exprimunt, et denique latine. s)

[XII.] Oratio Dominica, Hymnus Zachariae, Hymnus Mariae Virginis, Hymnus Simeonis, et Joh. XVII. Syriace. Antwerpiae ex officina Plantiniana. M. DLXXII. 4.

Ad calcem Syriacae Linguae primorum elementorum.

[XIII.] Oratio Dominicalis, Salutatio Angelica et Symbolum fidei. Romae MDCXXXVI. 8.

Prodiit Romae typis Sacrae Congregationis de propaganda fide Alphabetum Chaldaicum antiquum eſtrangelo dictum, una cum Alphabeto Syriaco, oratione domi-

l) Conf. de Vita Auctoris *Niceronii Nachrichten von berühmten Gelehrten* vol. 5. p. 361.

m) Conf Part. I. c. III. §. XL. n. 3. 4. 5.

n) l. c. n. 6.

o) v. Part. I. Cap. III. §. XIV. n 1.

p) Inter Chaldaica, ſupra Sect. II. § XLIV. n. 6.

q) Conf Part. I. c. III. §. XL. n 8.

r) *Le Long* p. 108. col. 1. A.

s) *Hirtii oriental. und exeget. Bibl.* vol. 1. p. 249. *Beyträge zur Geſchichte merckw. Bücher* p. 259.

minicali, salutatione Angelica, et symbolo fidei. Singula charactere Estranghelo et Vulgari expressa sunt.

Oratio Dominica et Hymnus Zachariae Syriace et Latine. Wittebergae 1699. 4. [XIV.]

Ad calcem Syriasmi a M. *Christiano Ludovici* eum in finem editi, ut labor linguam Syram discentibus quodammodo levetur.

* Passio Domini Nostri Jesu Christi, Syriace, juxta quatuor Evangelistas. Parisiis Anton. Vitré. 1635. 12. [XV.]

* Passio — Syriace — Parisiis Anton. Vitré. 1672. 12. t) [XVI.]

Historia Passionis et mortis Jesu Christi ejusque resurrectionis et ascensionis in coelum, ex lingua Lusitanica in Syriacam transcripta, et secundum quatuor Evangelistas collecta, opera et studio B. S. Halae Magdeburgicae aere Johannis Friderici Grunerti MDCCLV. 8. [XVII.]

Interpres est *Benjaminus Schulzius*, olim Missionarius apud Indos, cujus nomen in titulo lingua Syriaca expressum est. Textus est punctatus. u)

§. XXXVI.

Loca varia.

Gymnasium Syriacum — a M. Christoph. Crinesio. Wittebergae typis et sumtibus Jo. Gormanni 1611. 4. [I.]

Exhibentur hic Syriace: Canticum Mariae Luc. I. 46. etc. Canticum Zachariae Luc. I, 68. etc. Simeonis, Luc. II, 29. Syriace et Latine, litteris hebraicis punctatis. Accedit Catechismus Lutheri Syriace et Latine cum analysi. Ultima in pagina notatur: Anno Christi MDCXI. XXIX. Julii. Wittebergae in Typographeo Gormanniano, Johanne Richtero Wittebergense typorum Syrorum sculptore et fusore opus hoc ad umbilicum ductum est.„ Quodsi typi seu characteres, quibus *Trostii* Novum Testamentum expressum est, cum hisce conferantur, ab uno eodemque sculptore utrosque paratos esse facile patebit.

Dan. Grafunderi Grammatica Syriaca. Wittebergae 1665. 8. [II.]

Ad calcem accedit Cap. II. et III. Matthaei, Symbolum Apostolicum et Oratio Dominica Syriace et Latine.

Joh. Leusdeni Schola Syriaca. Ultrajecti 1672. 8. [III.]

Speciminis loco exhibentur tironibus Oratio Dominica charactere Syro et Hebraeo, cum versione latina; Matth. XXVIII, 18-20. 1. Cor. XI, 23-29. Matth. XVIII, 15-18. Symbolum Apostolicum, Decalogus, Johann. cap. III. et Psalmus I.

Guil. Beveridgii Grammatica Syriaca. Londini 1658. 8. [IV.]

Auctor adjecit operi Psalm. CI., orationem dominicam, Ps. CL. cum versione latina. Ultimus Psalmus etiam charactere hebraeo, attamen lingua Syriaca est expressus.

§. XXXVII.

Emendationes.

Multa *Joh. Georg. Hagemannus* in medium protulit ad ipsius Versionis Syriacae historiam spectantia, quae partim vera, partim parum digesta et accu-

t) *Le Long* p. 108. col. 1. A.

u) *Baumgartenii* Nachrichten vol. 8. p. 93.

accurata ſunt. Verum hisce non immoramur, ſed potius ea, quae diverſas concernunt verſionis hujus editiones, ſub examen vocabimus. Notamus itaque ſequentia hujus Viri aſſerta: x)

1) Novum Teſtamentum prima vice impreſſum eſſe in quibusdam polyglottis: quod omni ex parte falſum eſt. Prima editio eſt Viennenſis, quae omnes polyglottas editiones, exceptis Bibliis Complutenſibus, in quibus tamen nulla eſt verſio Syriaca, aetate ſuperat.

2) Duplicem exſtare Viennenſem editionem annorum 1555. et 1562. Quod itidem falſum. Unica tantummodo eſt editio. §. XX.

3) In antiquis editionibus Antwerpiae 1572. 1575. *Plantini* ſine punctis, Heidelbergenſi 1569. Norimbergenſi *Hutteri* in ſuis Bibliis Polyglottis, Cothenenſi 1621. loca nonnulla, ut et Epiſtolas Canonicas nonnullas cum Apocalypſi deeſſe. Verum quidem eſt, omnes editiones ſeculi decimi ſexti, una cum *Troſtii* anni 1621. vel 1622. defectu iſto laborare: ſequuntur enim omnes eundem Archetypum, nimirum Viennenſem editionem. Attamen quae de ipſis editionibus relata ſunt, non omni ex parte vera ſunt. Editio Antwerpienſis Plantini anni 1572. non alia eſt, quam Novum Teſtamentum ex opere Regio ſeu Polyglotto, §. XXV. n. 1. Editio altera anni 1575. eſt minor editio charactere hebraeo expreſſa. §. XXII. n. 1. Editio Heidelbergenſis anni 1569. eſt fictitia: et exinde nata, quod *Tremellius* in rubro Profeſſor in Schola Heidelbergenſi ſalutetur; ejus loco ſubſtituenda eſt Editio Genevenſis anni 1569. §. XXIV. n. 1. Norimbergenſis editio *Hutteri* falſo in Bibliis ejus Polyglottis quaeritur: ſubintelligenda eſt editio N. T. dodekaglotta, verum et haec editio non iſto defectu laborat, dum ipſe *Hutterus*, quae Viennenſi editioni deerant, in linguam Syriacam transtulit, §. XXV. n. 2. adeoque novam ipſe condidit verſionem.

4) Deſideratas Epiſtolas et Apocalypſin addidiſſe *Gutbirium* editioni anni 1664. quae Lipſiae 1748. et Hamburgi 1749. iterum recuſa ſit. Verum eſt *Gutbirium* addidiſſe Epiſtolas Canonicas a *Pocockio*, et Apocalypſin a *Lud. de Dieu* editas editioni ſuae. Sed idem jam antea factum erat ab editore Bibliorum Polyglottorum Pariſienſium, et Londinenſium. Falſum vero eſt, quod *Gutbirii* editio Lipſiae et Hamburgi 1748. et 1749. recuſa ſit, novum tantummodo accepit rubrum. §. XXVII.

5) Idem factum eſſe in Editione Genevenſi anni 1669. charactere hebraeo expreſſa, cum verſione latina: quae vero nunquam exſtitit. Subintelligenda eſt editio *Tremellii* anni 1569. §. XXIV. n. 1. a qua vero Epiſtolae et Apocalypſis abſunt.

6) Idem factum eſſe in editione *Leusdeni* et *Schaafii* Lugduni Batavorum 1706. 1709. 1717. 4 cui Lexicon Syriacum, *Tremellii* Latina verſio, et variantes Lectiones acceſſerint. Sed Verſio latina non omni ex parte *Tremellio* tribuenda eſt, ſiquidem ab editoribus multis in locis immutata eſt. Nec prima editio annum 1706. ſed 1708. oſtendit. §. XXVIII.

7) In

x) Nachricht von den fürnehmſten Ueberſetzungen der h. Schrift p. 96-99.

7) In hac editione *Leusdeni* et *Schaafii* infertum legi dictum Johanneum de tribus coeli teftibus. Verum eft, fed jam editioni *Guthirii* infertum erat

8) *Tremellii* verfionem N. T. Syriaci Genevae 1569. per Henricum Stephanum impreffam effe. In hac editione inveniri textum Syriacum N. T. cum *Bezae* verfione latina. Quae quomodo enodanda fint, nam conciliationem non admittunt adferta, dari in editione Genevenfi anni 1569. Verfionem *Tremellii*, et Textum Syriacum ad latus habere verfionem latinam *Bezae*, qui nunquam verfionem e textu Syriaco confecit; diu haefitavi. Tandem *Hagemannum* nonnulla e *Reufchii* praefatione exfcripfiffe, et ima profundis immifcuiffe deprehendi. In editione Genevenfi anni 1569. ne verbulum eft, quod *Bezae* tribuendum fit. Loquitur vero *J. G. Reufchius* y) de Bibliis *Junio-Tremellianis* latinis. Angli cum anno 1585. primam editionem *Junio-Tremellianam* anni 1581. cui Novum Teftamentum ex Verfione Latina *Theodori Bezae* junctum eft, recufam dederunt, *Tremellii* verfionem latinam e contextu Syriaco, verfioni Latinae *Bezae* ad latus pofuerunt, ut in N. T. duplex exhibeatur verfio latina. Idem factum eft in editionibus, quae fequenti tempore in vulgus exiere. In hifce Bibliis nullus eft contextus Syriacus. Diverfas itaque inter fe confundit editiones, nimirum *Tremellii* editionem N. T. Syriaci anni 1569. cum editionibus Bibliorum *Junio-Tremellianorum* ab anno 1585 editorum.

9) *Guidonis Fabricii Boderiani* verfionem latinam e contextu Syriaco impreffam effe 157 . Fol. Verum quidem, at hoc anno non feorfim, fed in Opere Regio, feu Bibliis Antwerpienfibus Polyglottis impreffa eft. Cum Textu Syriaco et Graeco demum prodiit 1584. 4. §. XXIV. n. 11.

10) *Troftii* editionem habere Verfionem latinam ad latus Textus Syriaci pofitam. Quam certe non vidit *Hagemannus*. Verfio latina non ad latus Textus Syriaci, fed in inferiori margine apparet minori et parum claro charactere expreffa.

11) *Galenum* edidiffe verfionem ex Syro latinam epiftolae ad Hebraeos Duaci 1578. 8. Edidit vero illam *Andreas Cocquetius*, cum enarratione ejusdem ex *Galeni Veftcappelli* praelectionibus concinnata.

12) *Martinum Chemnitium* Evangelium Johannis e Syro in Latinum transtuliffe et Jenae 1579. edidiffe. Opufculum eft dubium, quod jam 1573. 4 prodiit, et verfio ipfa eft Tremelliana, quae hic *accurate defcripta* datur. Haec funt paroramata *Hagemanni* in tribus libelli fui paginis.

§. XXXVIII.

Evangelia Syr. Philoxeni.

Sacrorum Evangeliorum verfio Syriaca Philoxeniana e Codd. MSS. Ridleianis in Bibl Coll. Novi Oxon. repofitis nunc primum edita cum interpretatione et annotationibus Jofephi White A. M. et Ling. Arab. Prof.

 Lau-

y) *Reufchii* Syrus interpres cum fonte novi Teftamenti graeco collatus Lipf. 1741. 8. In praefat. fol. ult.


Laudiani. T. I. qui continet Evangel. Matth. et Marci. T. II. qui continet Luc. et Johannem Oxonii e typogr. Clarendon. MDCCLXXVIII. 4. maj.

Sic demum e tenebris, quibus sepulta per secula latuit, prodit Versio Syriaca Philoxeniana, e Codicibus MStis Ridleïanis, quorum conditionem jam supra §. X. n. 11. exposuimus. *Guil. Ridleius*, ut thesauros suos ex oriente adportatos communis juris facere possit, non solum codices manu sua descripsit, sed et ipse Syriacam linguam, quamvis grandaevus, didicit; verum antequam opus finire potuit, ad superos abiit codicesque suos Oxoniensibus reliquit. Sed suadente *Lowthio* ipsa Academia Oxoniensis codices Ridleianos jam cum aliis collatos et ex parte praelo adaptatos *Josepho White* commisit, qui quatuor evangelia duobus tomis comprehensa in publicum emisit. Textus Syriacus accurate e Codice Ridleiano exscriptus obelis et asteriscis notatus hic apparet, una cum notis marginalibus Syriacis et Graecis. Subjecta est versio latina textus Syriaci a *Josepho White* confecta, quae textum satis adcurate exprimit. Ad calcem operis sequuntur notae varii generis, quae collationem codicis cum codice Barsalibaei et codice Bodleiano, vel observationes philologicas continent. Accedunt recensiones trium Codicum hujus versionis, quorum possessor est *Assemannus*. [z])

§. XXXIX.

Promissa.

Restat denique, ut et ad Bibliothecam promissam et latentem accessiones suppeditemus. Jam per triginta et amplius annos exspectamus editionem Veteris Testamenti Syriacam. Promisit illam jam anno 1748. *J. Rod. Pistorius* Basileensis, specimenque editionis satis nitidum emisit. Pergratum sane foret omnibus, qui orientalium rebus student, si promissis satisfactum esset. Veteris enim Testamenti versio nunquam seorsim prodiit, sed tantummodo in voluminosis Bibliis Polyglottis, Parisiensibus nimirum et Londinensibus deprehenditur, a quorum usu plerique tamen prohibentur lectores. Sed post tantum annorum interjectum spatium, quid sperandum sit, Lector ipse dijudicabit. [a])



SECTIO

z) v. *J. C. Döderleinii* theol. Biblioth. vol. 1. p. 163. *Fr. Wilh. Kraftii* theolog. Biblioth. vol. 3. p. 672.

a) Journal des Savans tom. 146. p. 140.

SECTIO V.

DE

VERSIONE ARABICA.

§. I.

Divisio tractationis.

Quae de editionibus librorum sacrorum Arabicis dicenda sunt, ut ordine concinno tractentur, necessaria est ipsa versionum distinctio. Non omnes enim ejusdem sunt auctoris versiones, nec eodem tempore natae, nec ubique eaedem inter sacros usus adhibentur versiones. Profectae sunt ab auctoribus, qui vel religionem Judaicam, vel Samaritanam, vel Christianam fidem publice professi sunt. Hinc triplex exstat versio arabica, altera Judaica, altera Samaritana, et tertia Christiana, quae posterior iterum duplex est.

§. II.

Lingua.

Arabicae vocantur versiones, quia idiomate, quod Arabum per annos prope ter mille nativum fuit, conscriptae sunt. Idioma vero hoc, quod per plura secula intra Arabiae terminos delituit, deinde vero seculo post Christum natum septimo tertiam fere orbis partem pervasit, orientem versus usque ad Indos, et occidentem versus usque in Lusitaniam una cum religione Muhammedana peragravit, ab antiquitate, amplitudine, elegantia et utilitate maxima commendatur. Inter antiquissimas merito refertur linguas, quae a mixtura alienarum linguarum immunis est, et affinitate hebraeae linguae proxime accedit, multasque posteritati servavit et radices et vocum significatus, in lingua hebraea desideratos. Tanta copia alias linguas superat, ut unius rei appellationes variae earumque explicationes voluminis integri materiam praebeant. Emphasis vero et apta vocum significatio, rerum ipsarum naturam plene exprimentes, phrases porro et formulae tanta gratia et venustate pollent, ut Graecorum χαριτες cum his collatae αχαριτες et Latinorum gratiae ingratae videri possint. In hac tamen copia vocum compositionem non agnoscit; omnia tamen linguarum composita plene exprimit, maxima conjugationum varietate, quibus significationis vis multum variatur. Utilitas linguae longe est maxima, inprimis librorum sacrorum interpreti maxime commendanda. Multae in V. T. occurrunt voces, quae ab Arabicis lucem accipiunt; in quibus eaedem radices adhuc superstites sunt. Lingua hebraea licet olim vocabulis magis numerosa, exigua tamen sua parte in Veteri Testamento tantum hodie exstat, unde ex arabica, quam integram habemus, suppleri et explicari debet. Multae etiam radices hebraicae communes sunt

cum

cum Arabicis, et vocabula hebraica, quae femel vel bis in V. T. occurrunt, ex confuetudine fermonis arabici exponi poffunt. Silentio praetermittimus reliqua, quae e notitia linguae Arabicae redundant commoda, quae uberius recenfet *Brianus Waltonus.* [a]) Quantopere vero lingua arabica interpreti facro inferviat, e fcriptis *Alberti Schultenfii* dijudicari poterit. [b])

§. III.

Aetas Verfionum Arabicarum.

* Verfiones Judaeorum Arabicae funt aliquot, (*inquit Hottingerus*) vix tamen ulla vel ante Abulfedae aetatem literis expreffa eft arabicis. Hic autem auctor, (natus an. Hegirae 672. *Chrifti* 1223.) de Judicibus ac Regibus Ifraelis acturus, fcribit: Judaeis funt libri 24. antiquitus apud ipfos per manus accepti, qui nondum arabici facti funt, verum lingua hebraica exarati. Floruit anno *Chrifti* 1300.

Defumfit haec verba *Hottingerus* ex praefatione *Pocockii* in variantes lectiones arabicas tomo VI. Bibl. Polygl. Angl. quae ibi fecus explicantur: „Docent (*inquit Pocockius*) haec magni authoris verba, nullum tum temporis „reperiri potuiffe textus hebraici verfionem, literis arabicis exaratam; ne„que enim aliter intelligenda funt, quae fcribit, viginti quatuor Judaeorum „libros nondum arabicos factos fuiffe, cum multis ante annis a R. Saadia (for„fan et aliis) verfi fuerint, fed uti Judaeis adhuc etiam in more eft, fuis tan„tum depicti characteribus, quo minus a diverfae profeffionis hominibus le„gerentur.„ Quaenam praeterea ratio habenda eft in hoc argumento Mohammedani, cum plurimae S. Codicis Abulfeda vetuftiores in Bibliothecis exftent verfiones Arabicae.

Ifmael filius Hali, Abulfeda (*inquit Eufebius Renaudot*) [c]) eft Amae Satrapa, ex Yubidarum ftemmate, opere geographico fuo notiffimus — — in rebus Muhammedanorum tractandis fatis diligens et accuratus eft, et in vetuftis originibus, quae Hegiram antevertunt, nihil habet, unde reliquis praeferatur. Tanta autem illius fuit rerum peregrinarum ignorantia, ut veteris Te-

a) Prolegom. XIV. p. 402. etc. Conf. *Joh. Henr. Michaelis* hiftoria linguae arab. Halae 1716. *J. H. Hottingeri* Smegm. orient. lib. 1. c. 7. p. 107. etc.

b) Referuntur huc 1) animadverfiones philologicae in Jobum, in quibus plurima hactenus ab interpretibus male accepta ope linguae arabicae et affinium illuftrantur; accedit fpecimen obfervationum arabicarum in totum Vetus Inftrumentum. Traject. 1708 8. 2) Animadverfiones philologicae et criticae ad varia loca Veteris Teftamenti, in quibus ope praecipue linguae Arabicae, multa ab interpretibus nondum fatis intellecta illuftrantur, quam plurima etiam nove explicanda modefte proponuntur. Amftelod. 1709. 8. 3) Liber Jobi cum nova verfione ad hebraeum fontem, et commentario perpetuo, in quo veterum et recentiorum interpretum cogitata praecipua expenduntur, genuinus fenfus ad prifcum linguae genium indagatur, atque ex filo et nexu univerfo argumenti nodus intricatiffimus evolvitur. Lugd. Bat. 1737. 4. Conf. Part. I cap 1. fect. III. § XL. 4) Origines hebraeae, quarum fecundus tomus cum vindiciis tomi prioris contra *Anton. Drieffenium* Lugdun. Bat. 1738. 4. in vulgus exiit.

c) Differt. 3. de translat. Bibl. in lingu. vernac. p. 110.

Teſtamenti libros arabice converſos neſciret, quod viro doctiſſimo Eduardo Pocockio fraudi fuit, dum ex illius teſtimonio de antiquitate verſionis arabicae conjecturam facit. d)

Idem Pocockium ait e) ex quodam loco Abulfedae ab ipſo male intellecto exiſtimaſſe, ſcripturam ſacram non fuiſſe Abulfedae tempore, hoc eſt, ante annum Chriſti 1345. in Arabicum idioma converſam, qua nihil falſius, ſiquidem plurimi etiamnum ſervantur in Bibliothecis codices MSS. hoc anno antiquiores. f)

[In determinanda verſionum arabicarum aetate *Renaudoto* magis quam *Pocockio* fides habenda eſt; interim tamen ipſa verſionum aera, excepta *Saadiana* Pentateuchi verſione, ſatis incerta eſt. Aſſerit quidem Auctor Praefationis editionis Pariſienſis, maximam mutuari commendationem verſionem illam arabicam, quod S. Hieronymi ſeculo quidam e ſacris libris hac lingua ſcripti reperirentur, quorum auxilio Librum Iob in 700 ferme aut 800 verſibus, ut ex praefixa libro Hieronymi praefatione manifeſtum eſt, reſtituit; quibus verbis lectori inſinuare voluit, tum Hieronymi tempore jam exſtitiſſe verſionem arabicam, tum eandem eſſe verſionem Pariſiis editam cum illa *Hieronymi* tempore exſtante. Ipſa vero ſi *Hieronymi* verba conſiderantur: „Ceterum apud Latinos ante eam translationem, quam ſub Aſteriſcis et Obelis nuper edidimus, ſeptingenti ferme aut octingenti verſus deſunt, ut decurtatus et laceratus corroſusque liber foeditatem ſui publice legentibus praebeat. Haec autem translatio nullum de veteribus ſequitur interpretem, ſed ex ipſo hebraico arabicoque ſermone et interdum ſyro nunc verba, nunc ſenſus, nunc ſimul utrumque reſonabit:„ g) eum non de verſione aliqua arabica, ſed de verſione latina, quam ex hebraeo traduxerat, et de interpretatione ſingularum vocum ex Arabico vel Syro ſermone loqui, ſatis apparet. Dubia itaque et incerta manet Verſionum arabicarum aetas.

§. IV.

Verſiones Judaicae.

Duae exſtant Pentateuchi verſiones arabicae, quarum alteram conſcripſit R. *Saadias Gaon;* alteram vero Judaeus quidam Africanus in Mauritania compoſuit. Utraque illarum typis exſcripta exſtat; hinc quae ad hiſtoriam illarum faciunt, infra, ne bis eadem recenſenda ſit, communicabimus. §. XV.

§. V.

Verſio Samaritana.

Verſio arabica Pentateuchi, non hebraici, ſed Samaritani, ab incerto auctore compoſita eſt. Adſervatur illa in MStis codicibus; fragmentum vero quoddam edidit *Joh. Henr. Hottingerus*, quod infra recenſendum erit.

§. VI.

d) Hiſtor. Patriarch. Alexandr. p. 77.

e) Tom. 1. de perpetuo eccleſiae conſenſu circa Euchariſtiam p. 545.

f) *Le Long* p. 111. col. 2. D. - p. 112. col. 1. C.

g) Prolog. 1. in Jobum.

§. VI.

Verſiones Chriſtianorum Orientalium.

* Verſio Veteris Teſtamenti Arabica duplex eſt apud Chriſtianos Orientales in uſu: una dicitur Syriaca ſeu Antiochena; altera Aegyptiaca ſeu Alexandrina. Ambae a Chriſtianis ex Graeco LXX. Interpretum traductae. Utriusque verſionis exemplar in Bibliotheca Vaticana et Medicaea exſtare teſtatur *Cornelius a Lapide* in argumento Commentariorum in Prophetas minores. h)

Diſtinctionis illius verſionum Antiochenae et Alexandrinae vix ulla occurrit apud Orientales Chriſtianos memoria. Alexandrina eccleſia graeca utitur in ſacris officiis lingua Graeca et verſione LXX. Interpretum; privatim, cum pauci graece ſciant, legitur verſio arabica ſecundum eosdem. Antiocheni ſimiliter Graeci ſeu Melchitae Syri utuntur in ſacris Syriaca, privatim Arabica, quae ad eam atque ad Hebraeum textum, ex quo facta eſt, magis accedit. *Cornelius a Lapide* haec neſciebat, et *Waltonus* ipſe aliena potius fide quam ſua ſcripſit. Verſiones hujusmodi, quae totam ſcripturam continent, non ſunt ab eadem manu, ſed collectae a Librariis, qui diverſas ſaepe conjunxerunt, et valde interpolarunt. i)

Chriſtianum quendam Aleppenſem ſecta Melchitam conquerentem aliquando audivi (*inquit Eduardus Pocockius*) k) non reperiri penes ipſos Arabice exemplar Bibliorum, quod aequali filo contextum partibus inter ſe congruis atque diſpoſitis conſtaret. l)

[Magnae quidem auctoritatis eſt *Renaudoti* teſtimonium in rebus, quae orientales ſpectant eccleſias, cui haud temere fides deneganda eſt. Sed niſi omnia me fallunt, quae ipſe contra *Waltonum* monet, ſatis demonſtrant, dari inter orientales duplicem verſionem, alteram ex verſione graeca, quae privatim inter Aegyptiacos legatur, alteram inter Melchitas Syros, quae ex Syro idiomate confecta ad Hebraeum codicem propius accedat. Res ita omnis ad denominationes, *Verſio Antiochena*, *Verſio Alexandrina*, rediret; quae ipſis orientalibus ignotae ſunt. Interim et iſta denominatio *Aſſemanno* arriſit, qui eodem modo verſiones diſtinxit. m)

§. VII.

Verſiones Chriſtianorum Occidentalium.

Quae a *Carpzovio* Chriſtianorum occidentalium ſalutatur verſio Arabica, in ſe quidem eſt illa antiquior, quae ex Oriente Romam venit, ſed haud intemerata ad Orientem rediit. Cum ſuperioris ſeculi anno vigeſimo quarto orientales praeſules, inprimis Archiepiſcopus Aleppenſis et Patriarcha Coptitarum in Aegypto, ab *Urbano* VIII. P. R. efflagitaſſent, ut in uſum orien-

h) *Waltonus* prolegom. 14. §. 18.

i) Haec ad *Jacobum le Long* ſcripſit *Euſebius Renaudot*, vir multijugi doctrina, multipliciumque in primis peritia linguarum orbi litterato notiſſimus.

k) Praefat. in variantes lectiones Arabicas Tom. VI. Bibl. polygl. Angl.

l) *Le Long* p. 111. col. 1. E. col. 2. C.

m) Conf. *Carpzovii* crit. ſacr. part. 2. c. 5. p. 643.

orientalium ecclesiarum Biblia Arabica typis exscripta orientem versus mitteret: non defuit Pontifex R. illorum desiderio: sed ipsa Biblia Arabica ad Editionem latinam Vulgatam adeo sunt reformata et recognita, ut Orientem versus transmissa, multas in ecclesiis orientalibus turbas excitarint. Plura infra in recensione Editionis Romanae de hoc negotio annotabimus. [n])

§. VIII.

Usus Versionum Arabicarum.

* Minoris auctoritatis esse videntur translationes Arabicae, quae leguntur hodie a Christianis, qui degunt in Oriente, nec tantam prae se ferunt antiquitatem, quantam Syriacae; pleraeque enim illarum apud Syros, cum Jacobitas et Maronitas, tum Nestorianos, ex eo potissimum tempore vulgatae fuerunt, quo lingua Syriaca non amplius ipsis fuit vernacula, postquam scilicet sub ditione Saracenorum fuerunt, qui linguam arabicam in illorum regiones introduxere. [o])

[Arabica versio Syriacae longe postponenda est, tum quia minor est aetate, tum quia, si versiones Judaicae Pentateuchi excipiuntur, Versio est ex versione, non ex fonte facta. Hinc saepissime a fonte recedit, tum in numeris, tum nominibus propriis; sententias affirmativas codicis hebraei in negativas transfundit, sensumque ejus non exprimit; et varia, quae haud genuina sunt, et rabbinica commenta sapiunt, immiscet. Verum ex hisce observatis eam plane otiosam et inutilem esse minime colligendum est. Variis in locis genuinam servat lectionem, ubi alii interpretes a vero aberrarunt; quae de Deo ανθρωποπαθως dicta sunt, θεοπρεπως exponit, et saepissime, quae brevius dicta sunt, ampliore sermone accurate exponit. Qui vero ex Versione Arabica veram Codicis sacri, ut putant, lectionem restituere, atque ad Arabicum Textum Hebraeum revocare volunt; quales sint versiones arabicae, quantisque mutationibus subjectae fuerint, haud reputasse videntur. Recentioris certe sunt aevi, incertaeque originis; praeterea vel a Christianis, vel Judaeis, vel Samaritanis, quin et Muhammedanis, correctae vel adulteratae sunt, eamque ob causam contra lectiones codicis Hebraei non in subsidium vocari possunt. Si quid valent, id certo in eo consistit, ut lectioni verae testimonium praebeant, eamque corroborent. Sed quis haec de versionibus tam dubiae fidei unquam expectabit? Singula haec accurate exponit *Carpzovius* [p]) et qui illi praeiverunt *Joh. Henr. Hottingerus* [q]) et *Rich. Simon.* [r])

§. IX.

Versiones suppostitiae.

Inter suppostitias codicis sacri versiones primo loco recenset *Le Long* Versionem Iobi arabicam, quam ex male intellectis *Hieronymi* verbis confinxit

n) Crit. sacr. l. c. p. 643.

o) *Rich. Simon* c. 2. Disquisit crit. de variis Bibl. editionibus p. 176. *Le Long* p. 111. col. 2. C.

p) l. c. p. 646-664.

q) Conf. ej. Analecta p. 100: Smegma Orientale p 92. De Bibl Translat. in ling. vernac. in Diss. theologic fasciculo, Heidelberg. 1660. 4. p 190. etc.

r) Hist. crit. du V.T. lib. 2, c. 16. p. 282.

xit Auctor praefationis Bibliorum Polygl. Parifienfium; de qua jam fupra §. III. lectorem monuimus. Ingenue fatetur *Brianus Waltonus:* s) „Non „loquitur *Hieronymus* illo loco de verfione aliqua Arabica, licet ejus verba „primo adfpectu tale quid innuere videntur, (unde et me olim ita ea acce„piffe fateor); loquitur enim, ut verba ejus penitius intuenti liquet, de trans„latione fua latina, quam ex Hebraeo traduxerat, et hoc tantum innuit, in „libro Iob Hebraico vocabula multa Arabica occurrere, et hunc librum prae „aliis Vet. Teftamenti Arabifmum fapere: quod veriffimum eft: multa enim „verba obfervarunt docti in hoc libro, quae alias in V. Teftamento nunquam „occurrunt, quae ad Arabicam originem omnes referunt: nec ex hac Ara„bica verfione verfus vel στιχους potius 700. vel 800. reftituit *Hieronymus*, li„cet exemplar aliquod mancum vel imperfectum nactus fit, cujus verficulos „vel potius στιχους ex aliis codicibus vel verfionibus fupplevit vel perfecit. — „Nec fi *Hieronymum* de verfione Arabica loqui concederemus, quae ipfius „aevo extitit, (haud enim negamus, imo fupra probavimus, fcri„pturas hifce temporibus in Arabicam et alias omnes linguas celebriores con„verfas fuiffe) haud tamen, quam exhibent Biblia Parifienfia, tantae antiquita„tis fuiffe fequeretur, quam feculi multo pofterioris effe faciilime deprehen„ditur, idque tum ex vocibus Arabicis, quae in Alcorano folo et ab Alco„raniftis ufurpantur, quae in hac verfione occurrunt.„

* Arabica Veteris et Novi Teftamenti verfio a Joanne Epifcopo Hifpalenfi adornata circa annum Chrifti 717.

Joannes Vafaeus fcribebat anno 1551. Hifpaniae Chronicon, cujus haec funt verba: t) „Hifpali Joannes Epifcopus, qui ad doctrinam poftero„rum facram fcripturam in linguam Arabicam transtulit.„ Huic confonat *Joannes Mariana* (qui fcripfit anno D. 1600.): u) „His aequalis Joannes Hi„fpalenfis Praeful divinos libros lingua Arabica donabat — ejus interpreta„tionis exemplaria ad noftram aetatem confervata funt, extantque non uno „loco in Hifpania.„ Cur ergo faltem ex eis unum non indicavit, nifi quod aliorum relatione hoc fcripferit? *Vafaeus* et *Mariana* ut opinionem ftabiliant fuam, his duntaxat verbis *Roderici Ximenii* Toletani Archiepifcopi, qui obiit 1208, nituntur: „Et in ifto medio fuit apud Hifpalim gloriofiffimus et „fanctiffimus Joannes Epifcopus — — qui etiam facras fcripturas Catholicis „expofitionibus declaravit, quas in formationem pofterorum arabice confcri„ptas reliquit.„ x) Audiendus eft ea de re *Nicolaus Antonius.* y) „Ani„mum tamen cogitatio fubit, affirmaveritne *Rodericus* feciffe *Joannem* fcri„pturarum verfionem, an expofitiones in fcripturas. Verba enim illius in ae„quivoco laborare quis non videt?„ Forte Joannis fuit hoc propofitum, ut expofitionibus Bibliorum arabice confcriptis Chriftianis Arabizantibus opitulare-

s) Prolegom. 14. §. 17.

t) Ad An. 717. pag. 698. tom. 1. Hifpaniae illuftratae.

u) Lib. 7. c. 3. de rebus Hifpaniae ad Annum 737.

x) *Rodericus* lib. 4. c. 3. hift. hifpanicae.

y) Lib. 6. Bibliothecae vet. Hifpaniae cap. 9. §. 211.

laretur. „Ad translationem quod attinet, (*pergit idem Auctor*) ejus exempla „ad nostram aetatem conservata fuisse, atque non uno loco in Hispania ex-„tare, *Joannes* ait *Mariana*. Hispalensis Ecclesiae armariis consignatam agno-„scit *Paulus Espinosa* in hujus urbis historia *). Vellem tamen eos nobis di-„xisse, quibusnam Arabicae linguae peritis auctoribus, hanc interpretationem „in schedis istis repertam, Joannis illam, neque aliam esse, ab impressis ei no-„tis, aut nomine interpretis asserere non dubitaverint.„

* Vetus Testamentum ex Hebraeo in Arabicum translatum a R. *Saadia Gaon.*

Erpenius praefat. in Pentateuch. Arabicum: „R. *Saadias Gaon*, Ju-„daeus usquequaque doctissimus et celeberrimus, omnes veteris Testamenti „libros in gratiam popularium suorum longe lateque per universum imperium „Saracenicum, in Asia Africaque dispersorum, in sermonem transfudit Ara-„bicum.„ Idem ajunt *Guido Fabricius Boderianus* [a]) et *Edwardus Pocockius* [b]) qui hunc omnes Veteris Testamenti libros in linguam Arabicam transtulisse asserunt. At *Aben-Esra* ait, ipsum legem lingua et scriptura Ismaelitica (i. e. Arabica) interpretatum fuisse. *Gedalias* quoque legis tantum meminit. [c]) Ita etiam *Morinus*. [d]) „*Saadias* apud Judaeos celeberrimus, ante sexcentos et quinquaginta annos (*haec Morinus scribebat an.* 1633.) Legem κατὰ λέξιν transtulit, quae Thessalonicae (*Constantinopoli*) charactere Hebraeo excusa.„

[*Erpenio* subscribit *Joh. Henr. Hottingerus* [e]) et *Waltonus*, et *Saadiae* interpretationem totius Veteris Testamenti adscribunt. Contrarium statuit *Wolfius*, [f]) qui eidem auctori tantummodo versionem Pentateuchi tribuit, quae non Thessalonicae, sed Constantinopoli excusa exstat. Provocant *Erpenius* et *Pocockius* ad codices, quos in manibus habuerunt. A cujus vero parte ipsa stet veritas, facile, qui sequentia pensitabit, sine dubio dijudicabit. In ipsa translatione Veteris Testamenti Arabica, quae *Saadiae* tribuitur, fundamenti loco posita est Septuagintaviralis versio, cujus aberrationes a textu hebraico accurate Arabica sequitur versio. Vixit vero *Saadias* tempore celeberrimorum Masoretharum *Ben Ascher* et *Ben Naphtali*, quo masorethicum studium maxime florebat. Quis vero sibi, Judaeum eodem tempore a Codice Hebraico recessisse et versionem graecam accurate sequutum esse, unquam persuadebit? In Codice MSto versionis Arabicae Parisiensi, ex quo versio ipsa expressa est, *Josephus Ascari* sua manu notavit, Monachum quendam Cophticum *Said Fajum* illam confecisse; quapropter *Saadiae* nulla veri specie tribui potest. Ipsa denique versio, teste *Aben Esra* Exod II, 12. charactere arabico conscripta fuit, quod a Judaeorum consuetudine, qui omnia hebraeo charactere scribere solent, plane abhorret. Accedit testimonium

 Abul-

*) Lib. 7. c. 3.
a) Praefat. in Nov. Test. Syriac.
b) Specim. Arabic. p. 362.
c) In Schalschelet Hakkabala p. 38.
d) In epist. 38 ad Th. Cromberum p. 203. Antiquit Eccl. Orient.
e) Thesaur. philolog. p. 265. Diss. de Bibl. translat in linguas vern. p. 201.
f) Biblioth. hebr. vol. 1. p. 934. vol. 2. p. 437.

Abulfedae, qui ſuo tempore i. e. A. C. 1273 nullum charactere hebraico ſcriptum exemplar fuiſſe teſtatur. *Saadiae* itaque ſine jure illa tribuitur Veteris Teſtamenti Verſio. Verſionibus denique ad minimum dubiis, ſi non ſuppoſititiis, annumerari poſſunt 1) Verſio *Hareth*, ex Muhammedano Chriſtiani, qui ſeculo XV. Acta Apoſtolorum cum excerptis ex Matthaei et Johannis Evangeliis Arabice edidiſſe dicitur. 2) Verſio *Hareth Ebn Sinan*, ſive *Sinan ben Sabath*, qui e Septuaginta interpretibus translationem Arabicam confecit, cujus Pentateuchus exſtat in Bibliotheca Regia Pariſienſi, item in Bibliotheca Oxonienſi; ſcripta vero Salomonis, nimirum Sapientia, Eccleſiaſticus, Proverbia, Eccleſiaſtes et Canticum Canticorum Florentiae in Bibliotheca Medicaea adſervantur. g)

§. X.

Ordo recenſionis.

Diverſas lingua Arabica conſcriptas verſiones diſtinximus ſupra §. 1. ſecundum publicam fidei profeſſionem illorum, quorum manibus illas debemus. Non incongruum itaque foret, eodem ordine typis expreſſas verſiones recenſere, et primo verſiones Judaicas, et deinde reliquas enumerare. Verum, quo haec tractatio praecedentibus ſectionibus magis conſentiat, eundem ſequi ordinem, ut primo integra Biblia et deinde partes recenſeamus, magis placet.

§. XI.

Editio Pariſienſis.

* Biblia Arabica Veteris et Novi Teſtamenti Pariſiis 1645. F. In Bibliis Polyglottis a Mich. le Jay editis.

Biblia Arabica: (deſiderantur libri Tobiae, Judith, Eſther, liber I. et II. Macchabaeorum). Vetus Teſtamentum ex codice *Franciſci Savarii de Breves*, cujus Pentateuchus ex Hebraeo translatus fuit, ut creditur, a R. *Saadia Gaon*, reliqui libri partim ex Hebraeo vel Syriaco, partim ex Graeco, proindeque e diverſis fontibus, diverſis temporibus, et a diverſarum ſententiarum hominibus profecta eſt haec verſio juxta *Pocockium*. Liber II. ut falſo vocatur Macchabaeorum ex Hebraeorum translatione, ut in calce capitis 8. legitur, neque textui Syriaco, neque Vulgatae editioni Latinae conſonat, neque tandem qualis eſt inter libros Canonicos cenſendus eſt; ſi *Barthol. de Herbelot* h) credimus, ipſa eſt verſio cujusdam partis Operis *Joſephi*

g) Conf. *Carpzovii* critic. ſacr. p. 642. *Michaelis* oriental. und exeget. Biblioth. vol. IX. p. 159. *Aſſemanni* Catal. Biblioth. Med. Laur. p. 57. Fabricy des titres primitifs tom. 1. p. 364-370.

h) Bibliotheque orientale. p 523.

[Recenſet auctor Codicem Manuſcriptum *Ketab al Maccabün* ſequentibus: Hiſtoire de *Joſeph Ben Gorion* en Arabe traduite de l'Hebreu, qui ſe trouve ſous ce titre dans la Bibliotheque Royale et dans la Bibliotheque du G. D. n. 6. où il eſt joint à quelques livres de l'ancien Teſtament, qui ont été traduits en Arabe pour l'uſage de l'Egliſe d'Alexandrie. Ce livre des Maccabées eſt attribué a Joſeph l'Hiſtorien, ce qui diminue beaucoup ſon authorité, parce qu'ils ne pourroient avoir eſté compris dans le ſecond Canon des Livres ſacrés que l'on croit avoir été fait par Eſdras. Conf. de hoc opere Pſeudojoſephi — *Wolffii* Bibliothec. hebr. vol. 1. p. 520.

ſephi ben Gorionis. Novi Teſtamenti quatuor Evangelia deſumpta ſunt ex editione Romana anni 1591. Reliqui tres libri ex Codice Arabico Aleppenſi, quem aſportavit R. P. *Joſeph Carmelita.* Verſio latina Pentateuchi facta eſt a *Johanne Heſronita*, libri Ruth ab *Abrahamo Ecchellenſi*, coeterorum librorum Vet. Teſtamenti a *Gabriele Sionita*, qui recognovit Translationem Latinam IV. Evangeliorum olim a *J. B. Raymundo*, ut videtur, concinnatam, et reliquos Libros Novi Teſtamenti ipſe transtulit.

Dolendum eſt, (*inquit Waltonus*) hh) quod de verſionis hujus auctore et tempore, a quo et quando facta fuerit, ſed nec de hujus utilitate ac uſu, et de ejus collatione cum aliis codicibus, quicquam dixerint, qui Pariſienſi editioni praefuerunt. Si verſio illa penitius introſpiciatur, admodum imperfecta, mendisque et erroribus ſcatens. Ita licet in fine libri Joſue dicatur iſte liber ex Hebraeo converſus, ex Graeco tamen et Hebraeo, ſeu potius ex Syro mixtus conſpicitur. i)

Ad calcem Libri Iob haec leguntur: „Completum eſt, excelſo Deo favente. Commemoravit autem auctor exemplaris, e quo hoc deſcriptum eſt, hunc „librum e Syriaco ſermone in Arabicum verſum fuiſſe.„ k)

[Codex ille, ex quo Editio Pariſienſis expreſſa eſt, in Aegypto anno 1585. aut 1586. exaratus eſt. Initio hujus voluminis legitur auctoris quidem ignoti ſed periti Praefatio, in qua, poſtquam omnes veteris Teſtamenti verſiones Arabicas plurimis laborare defectibus aſſeruit, accuratam illarum reviſionem aggreſſum eſſe dicit. Deinde addit ſe adhibuiſſe ipſum contextum verſionis Arabicae Rabbani *Cheik Saidi*, vulgo Fiumenſis dicti, (idem eſt ac *Saadias Gaon* Aegyptius ex urbe Fiumi) tanquam hujuſce reviſionis fundamentum. Obſervat poſtea ſe hunc contextum cum Hebraeo, Judaeo quodam erudito ſibi exponente, et cum aliis verſionibus Arabicis contuliſſe. Hae illae omnes hic ſummo ſtudio recenſentur: 1) quae a Judaeis factae ſunt; 2) deinde verſio *Hareth*, filii *Senan*, et aliae ex Graeco expreſſae; 3) verſio *Aboulfergi Ebn el Taib*, Neſtoriani, ex Syriaco; 4) verſio duplex Samaritanorum, una ex Hebraeo, altera ex Graeco. Denique verſiones illae, quae in Commentariis Arabicis in Scripturam ſacram aut laudantur aut inſeruntur. Si opus ſuum ignotus hic auctor ad umbilicum perduxiſſet, plurimum ſane profuiſſet cognoſcendis omnibus ſacrorum Codicum interpretationibus Arabicis tam calamo quam typis exaratis; ſed Exſcriptor tria duntaxat Capita libri Geneſeos notis ſuis illuſtravit: quae quidem pauca quae ſuperſunt, probant verſionem Saadianam nec ad uſum Eccleſiarum, nec a Syris Chriſtianis lingua Arabica utentibus unquam fuiſſe uſurpatam, ſed ſolummodo ad ſtudium ſacrarum literarum eſſe utilem. Qui vero illam verſionem legebant, plurima quae in ea obrepſerant vitia, quoquo modo ſaepe peſſimo, corrigebant; unde, inquit idem auctor, tot ac tantae in hujusmodi verſionibus depravationes ortum ducunt. l) Quae cum ita ſint, editores Pariſienſes, quibus plures Codices Arabici ad manus fuere, a collatione plurium codicum maxime neceſſaria abſtinuiſſe dolendum eſt. Verſio vero hic expreſſa maxima ex parte eſt Alexandrina, ſeu Aegyptiaca,

hh) Prolegom. 14. §. 17.
i) *Rich. Simon* diſquiſit. crit. p. 177.
k) *Le Long* p. 122. col. 1. E. - col. 2. D.

l) *Euſebius Renaudot* tom. 1. de perpetuo Eccleſ. Conſenſu circa Euchariſtiam p. 540. ap. *Le Long* p. 113. col. 2. C.

ca, §. VI. excepto *Pentateucho*, qui eſt *Saadianus*, non purus ſed interpolatus, *Joſua*, qui ex Hebraeo contextu eſt deſumtus, et *Iobus* ex Syriaco translatus. Plura de hac editione ejusque conditione ad ſequentem iteratam Londinenſem ex *Pocockii* obſervationibus communicabimus. [m])

§. XII.

Editio Londinenſis.

* Biblia Arabica Veteris et Novi Teſtamenti. Londini 1657. Fol. In Bibliis Polyglottis Londinenſibus.

Exemplar in Polyglottis Pariſienſibus et Anglicanis editum (*juxta Pocockium*) [n]) ejusmodi eſt, quod e diverſis atque inter ſe multum diſcrepantibus laciniis contextum ſit, ſive id agente, qui ipſum deſcriberet, ſive (quod magis veriſimile) quod ipſi ad manum non fuerit omnium librorum ab uno aliquo concinnata verſio, adeo ut neceſſe habuerit, quo integrum ſibi corpus conflaret, partes parum ſibi conſtantes, utpote e diverſis fontibus, diverſis ſeculis, et a diverſarum ſententiarum hominibus profectas connectere. Hinc factum ut librorum Veteris Teſtamenti alii ea lingua editi fontem Hebraicum, alii LXXII. verſionem, ſive ex ea immediate, ſive (quod de plerisque forſan affirmandum) mediante Syriaca derivati, referant. Non idem ergo de omnibus judicium fieri poteſt, de ſingulis ſeorſim pronunciandum erit, unde et a quo translati fuerint, prout cuique ſe obtulerint codices, qui Interpretum vel nomina, vel aetatem prae ſe ferant. Nobis impraeſentiarum de Pentateucho privatim prima magni operis parte diſquirendum erit, de quo quid rationibus, ſi non certis, neque omnino indubitatis, ſatis tamen (ut mihi videtur) probabilibus nixi ſentiamus, in medium proferre, liceat. Horum igitur librorum verſionem Arabicam, quae hic edita eſt, celebri Judaeorum Magiſtro R. *Saadiae Haggaon* originem ſuam debere autumamus, licet ab alio quopiam ſubinde interpolatam. Neque enim opera alius cujuspiam privata ex fonte Hebraico primitus deductam facile ſuadet ea, quae eſt inter hanc et illam, quae R. *Saadiae* eſſe ab omnibus pro conceſſo habetur, in iis paſſim locis, quae paraphraſtico more interpretandi licentiam ſumſit; convenientia — At ut, qui nullis legibus adſtricti auctorem quempiam Paraphraſticâ libertate interpretentur, iis in locis, ubi maxime a verborum ſono abeant, eosdem ſenſus, easdem dictiones adhibeant, haud ſine majori quam quod de 72. graecae verſionis auctoribus narratur, miraculo fieri poteſt, fidemque plane exuperat. Quod tamen in iis verſionis Arabicae exemplaribus contigiſſe videmus. Non major alibi fere inter ipſa diſcrepantia eſt, quam quae inter diverſa ejusdem ſcriptoris apographa et alias occurrit: in locis autem non tam ſecundum auctoris verba, quam interpretum mentem expreſſis, ea quae in diverſorum interpretum verſionibus haud reperitur, vel repertum iri probabile ſit, concordia. Quod ſi quis R. Saadiae opus in manus ſumptum ſibi in aliquibus mutandum cenſuerit, non eſt quod novae verſionis auctor habeatur; ac talem quidem exſcriptorem nactus videtur Haggaon iſte, quem ut plagii, niſi aliunde conſtaret, ipſum quae Saadiae erant, pro ſuis venditaſſe, iisque nomen ſuum inſcripſiſſe, minime arguerim, ita neſcio an ψευδογραφιας notam facile effugerit. Opus enim, cui manum admovit

m) Conf. *Carpzovii* crit. ſacr. p. 645. et Biblioth. hanc Vol. I. c. III. §. IV.

n) Praefat. variant. Lect. in Pentat Arab. tom. VI. Bibl. Polygl. Londinenſ.

vit, consulto aliquoties immutasse constat, adeoque in diversum a primo ejus auctore abiisse, ut aliud plane ab ipso sensisse ac δουλευειν τῃ ὑποθεσει prodat. *o*) — — Quis non alium hic, ac diversa plane sentientem operi Saadiano se immiscuisse sentiat? Cui interim sectae ipsum adjudicemus, nondum in comperto est. Nam ut a Judaeo prodire potuisse haec non temere negaverim, cum ab *Aben-Esra* discamus esse inter eos, qui Abrahamo non tres Angelos, sed tres Prophetas apparuisse statuant, — Samaritanorum forsan genium magis haec spirant, quorum hanc notat haeresin *Morinus* ad Gen. 5. et *Aben-Esra* ad Gen. 1. quod hominem ad Angelorum similitudinem creatum asserant, quibusque fere solemne esse, ut nomen Angeli Tetragrammato vel substituant vel addant. — Sunt et quae suadeant, eum a quo navata est haec opera, si non Muhammedanorum partibus addictiorem fuisse, studium tamen adhibuisse, ut ipsis non ingrata esset; dictiones nempe et loquendi formulae apud ipsos praecipue in usu, atque in primis nomina quaedam propria aliis minime usitata. Quis enim alius Jethronem *Schoaibum* appellaret? ut taceam solemnem istam ex Alcorano formulam: *In nomine Dei Miseratoris Misericordis*, libri fronti praefixam: (si a MS. sit) quam non temere adhibent vel Christiani vel Judaei, nisi iis in libris, quos eo nomine Psevdo-Prophetae istius asseclis commendatiores esse volunt: ac certe versionem istam, prout characteribus Arabicis, eaque quam videmus forma, expressa est, (a quocumque tandem praestitum fuerit) in Mohammedanorum praecipue gratiam adornatam fuisse, si quis asseruerit, minime me repugnantem habebit. *Denique quae ipsi conjecturae ansam praebuerint, Lectori exponit.*

Quidquid hujus sit, non omnia prout nunc se habent, a *Saadia* prodiisse censeat necesse est, qui non ipsum aliis alium finxerit, aliaque suis, alia Mohammedanis obtulisse, quam versutiam ab *Aben-Esra* operis istius censore non nimis benigno, haud impune, credo, tulisset; at vero propius videtur, ut alium quempiam in messem *Saadianam* falcem misisse credamus, eumque ortu vel Judaeum vel Samaritanum. Neque enim Christianum (orthodoxum saltem) fuisse, vel a Christianis gratiam captare voluisse res ipsa docet, neque ut versionem istam omnes Ecclesias orientales maximopere venerari concedamus. — —

Quando primum litteris Arabicis descripta ad Christianorum Orientalium manus pervenerit versio ista, non est quod statuamus aliter quam ex conjectura post *Abul-Fedae* demum tempora factum, ob eas quas innuimus rationes, nec quam apud ipsos auctoritatem consecuta sit, cum in eas propensiores videantur, quae 72. sequantur. Haec *Pocockius.* Conf. idem in Praefat. ad Comment. Michae.

Duplicis sunt generis versiones Arabicae, quae leguntur in Bibliis Polyglottis Parisiensibus et Anglicanis: Libri historici ex textu Hebraeo, Prophetae autem translati sunt ex Graeco, qui cum Codice Alexandrino convenit magis quam cum Vaticano. Revera et Codex Alexandrinus et Codex Prophetarum Arabicus ex Aegypto fuerunt asportati. *p*)

[Londinenses Biblia Parisiensia Polyglotta recusa dederunt. Hinc et hic eadem desunt, quae ibidem desiderantur. Adest quoque eadem versio latina ab iisdem au-

o) Hujus rei profert plurima testimonia *Pocockius* Deinde addit, quae sequuntur.

p) Nota marginalis apud *Rich. Simon* lib. 2. hist. crit. Vet. Test. c. 16. p. 282. *Le Long* p. 122. col. 2. E. - 124. col. B.

auctoribus confecta, Pentateuchi a *Johanne Hesronita*, Libri Ruth ab *Abrahamo Ecchellensi*, IV. Evangeliorum ab *J. B. Raymundo*, reliquorum vero librorum tam Veteris quam Novi Instrumenti a *Gabriele Sionita*: singulos vero *Pocockius* emendavit textuique Arabico adaptavit. In ipsam vero versionem Arabicam accurate inquirit *J. G. Carpzovius* q) et *Rich. Simon* r) qui in varia ejus loca animadvertit, et naevos versionis non solum interpretibus aut scribis, sed etiam iis, qui litteris puncta adscripserunt, tribuit. Quod si quis itaque puncta ipsa tollere, vel immutare vellet, contextus, ut ipsi quidem videtur, meliorem redditurus esset sensum. Quae de Psalterio ejusque collatione cum aliis editionibus annotavit *J. H. Hottingerus* s), infra recensebimus. t)

§. XIII.

Editio Romana.

[I.] * Biblia Sacra Arabica, Sacrae Congregationis de propaganda fide jussu edita, ad usum ecclesiarum orientalium, additis e regione Bibliis latinis vulgatis. Tomus I. Romae Anno MDCLXXI. Typis ejusdem Sacrae Congregationis de propaganda fide. Vol. III. Fol.

Versio haec facta studio *Sergii Risii* Archiepiscopi Damasceni Maronitae sub *Urbano* VIII. Pont. Max. tantum anno 1671. plurimum recognita in lucem prodiit.

Ex praefatione: Cum sacrorum Bibliorum editiones pro multitudine nationum et linguarum multiplices fuerint; editio quoque Arabica olim satis celebris et integra habita est. — Sed haec ipsa non modicam jacturam passa est, ita ut pleraque ejus exemplaria perierint, et in paucis, quae superfuerant, non pauca errata ac defectus inoleverint. Hoc animadvertens Illustr. et Reverendiss. Praesul *Sergius Risius* Archiepiscopus Damascenus Maronita — — nationis suae necessitati pro suis viribus opem ferre decrevit: praesertim quia eodem tempore nonnulli Orientalium Ecclesiarum Pastores Apostolicae sedi, cui tunc *Urbanus VIII.* praeerat, supplicaverant, ut editionem Arabicam recognosci, corrigi, typisque vulgari ad suorum populorum utilitatem in alma urbe juberet. Quorum precibus cum Pontifex benigne annuisset, Eminentissimis ac Reverendissimis Dominis sacrae Congregationis de propaganda fide Cardinalibus rem totam commisit. Illi vero praedicti Archiepiscopi Sergii partes esse voluerunt, plures viros tam Ecclesiasticos, tam Laicos, Sacrae Theologiae aliarumque scientiarum Professores, et praeterea variarum linguarum, praesertim Arabicae, Syriacae, Graecae et Hebraicae peritos, in suis aedibus congregare, atque una cum illis Arabicum textum corrigere, suaeque integritati quantum fieri posset restituere.

Anno igitur post Christum natum 1625. Illustriss. hic Praesul, coeterique viri eruditissimi tantum opus summo cum studio animique ardore aggressi sunt; et exemplaribus quotquot invenerunt Arabicis collectis, ex unoquoque emendatiora et sinceriora, et quae ex Hebraicis Graecisque fontibus purius manabant, seligentes, corrupta, et ea quae in Arabicis codicibus desiderabantur, ex iisdem fontibus et ex Bibliis

q) Critica sacra, part. 2. c. 5. p. 647. etc.

r) Hist. crit. du V. T. lib. 2. c. 16. p. 203.

s) De translat. Bibl. in ling. vernac. p. 284. etc.

t) Conf. Part. I. c. III. §. VI.

bliis Latinis Vulgatis correxerunt, vel ab integro repofuerunt. — — Defunt porro in hac Arabica impreffione eae quas Arabes motiones, nimirum vocales appellant etc.

Anno 1624. (*ut refert Nazarius*) quidam Ecclefiae orientalis praefules, inprimis Archiepifcopus Aleppenfis et Patriarcha Coptitarum in Aegypto ab *Urbano VIII.* magna fupplicatione poftularunt, ut Biblia typis Arabicis excufa in regiones fuas mitterentur, quippe quia rariffima forent mfc. exemplaria, eaque parum fincera. Defignati funt a Congregatione de propaganda fide, cui ab *Urbano* demandata fuerat haec provincia, *Sergius Rifius* Archiepifcopus Damafcenus, et *Philippus Guadagnolus*, ut huic verfioni totos fe darent. Abfoluta Pentateuchi verfio edita fuit typis praefatae Congregationis, cui e regione adjecta eft Vulgata Latina. Mortuo autem *Rifio* totum Vetus Teftamentum abfolvit *Guadagnolus* anno 1647. Incoeptum eft ftatim novum, finitum vero anno 1650. Sed cum *Joannes Baptifta Giattinus* bona fide in praefatione fua faffus effet, hanc verfionem Vulgatae Latinae non prorfus correfpondere, juffu praedictae congregationis decretum eft, ut ab *Abrahamo Ecchellenfi* et *Ludovico Maraccio* fufciperetur nova illius emendatio, quae quidem poftea ad Vulgatam omnino exacta eft, perfectaque anno 1664. Praefatio nova, copiofiffimusque erratorum index ab eodem *Maraccio* anno 1668. confectus eft. Opus tandem prodiit anno 1671. opus, inquam, quadraginta fex annorum, cui concinnando adfuerunt plurimi Cardinales, Praelati, Regulares et Seculares, e quibus multi erant linguarum orientalium callentiffimi. [u])

De hac editione ita loquitur ipfe *Guadagnolus:* [x]) „Sacra Biblia jam nunc „Arabico idiomate hic cuduntur fub felicibus S. D. N. *Urbani* Papae VIII. imperiis „et aufpiciis, qui ut univerfo orbi facrae doctrinae alimenta paucis etiam paginis „tribueret, excogitavit duplici pariter idiomate Latino et Arabico facra Biblia cu„dere, recogitans, nullam terrarum effe regionem, quae vel Latinam vel Arabi„cam non percipiat loquelam.„

Haec verfio ad Vulgatam Latinam omnino facta eft, barbara et inepta, *ut me monuit vir doctiffimus*, cujus prima volumina, cum in Orientem miffa effent, magnas turbas excitaverunt, cum vix intelligeretur, et Miffionarii tanquam S. Scripturae corruptores accufarentur, itaque fuppreffa eft per multos annos, tandem perfecta prodiit. [xx])

[Verfio ipfa Arabica, quae in hoc opere fplendide expreffo publice exponitur, a *Carpzovio* noftro *Verfio Chriftianorum occidentalis* nominatur. Summo jure enim ab aliis editionibus in Polyglottis obviis diftinguitur. Ufi quidem funt editores antiquioribus codicibus, et plurima ex arabicis verfionibus defcripferunt; at quoties inter illas et Vulgatam Latinam diffenfus erat, quod quam faepiffime accidit, verfio Arabica ad Latinam transformata eft: hinc ipfa editio Polyglottis longe inferior eft habenda, et interpreti Sacrarum litterarum nulli eft ufui, fiquidem ubique,

u) Horum nomina indicat, praelongamque ea de re texuit narrationem Abbas *Nazarius* in Diario Eruditorum Italico Romae edito 29. Januarii 1612. e quo haec carptim exfcripta funt.

x) In monito ad Lectorem Arabicis fuis Inftitutionibus Romae anno 1640. editis praefixo.

xx) *Le Long* p. 124. col. 1. B. — p. 125. col. 1. B.

utrum lectio ſit genuina, an vero ad latinum textum immutata, dubium remanet. Tribus conſtat opus voluminibus. Tomus primus continet Praefationem Latine et Arabice ſcriptam, una cum recenſione ſphalmatum typographicorum tum in textu Arabico tum in Latino obviorum; Pentateuchum, cum indice teſtimoniorum e V.T. in N. citatorum Arabice et Latine; explicationem Nominum Hebraicorum, Chaldaicorum et Graecorum in ſacro textu obviorum; indicem rerum; et denique libros ſacros Joſuae et ſequentes uſque ad finem librorum Chronicorum. Tomo ſecundo ſiſtitur primo emendatio ſphalmatum typographicorum, ſequuntur Libri Eſdrae, Nehemiae, Tobiae, Judithae, Eſtherae, Iobi, et Pſalterium, Scripta Salomonis, Liber Sapientiae, Siracides, Prophetae majores et minores, et Libri Maccabaeorum. Tertium volumen praemiſſam habet aberrationum typographicarum recenſionem, ſiſtitque integrum Novum Teſtamentum, et in prima Johannis Epiſtola cap. V. com. 7. locum illum de tribus Coeli teſtibus. Singularia ſunt quae de hac editione refert Cl. *G. L. O. Knochius*, nimirum in Pſalterio inter Pſ. octavum et decimum octavum, inſerta legi Capita VIII. IX. X. XI. et XII. Libri ſecundi Regum; Pſalmos vero IX - XVII. ab exemplari quod inter manus habuit, poenitus abeſſe. Dum vero haec ſcribimus, ipſum opus oculis uſurpare nobis non licere, lubentes fatemur, nec cum nobis aliud videre contigit, in hunc locum incidimus. Diſcimus vero ex relatione *Walchii*, viginti quinque plagulas cum dimidia, de novo excuſas, reliquisque, quae jam dudum expreſſae fuerant, inſertas eſſe: perpauca vero exemplaria jam 1650. expreſſa ſine titulo ac praefatione quaſi furtim ex officina ſurrepta exſtare. Exemplar itaque, quod Cl. *Knochius* recenſuit, utrum particulari aliquo defectu, ex confuſione plagularum recuſarum orto laborare, an vero in omnibus exemplaribns eandem regnare confuſionem dicendum ſit, iis relinquimus, qui ipſum conſulere poſſunt opus, dijudicandum. y)

[II.] Biblia Sacra in Lingua Arabica. Tomo I. (Romae ſumptibus ſacrae congregationis de propaganda fide. 1752. 1753. 4.)

Recentiſſima eſt Bibliorum Arabicorum editio, inchoata quidem, ſed utrum ad finem perducta ſit, definire non poſſumus. Exemplar forma quarta majori impreſſum geminum oſtendit titulum; in altero poſt figuram radiatae crucis legitur arabice: *Foedus Vetus et Novum, Pars prior:* et italice: *Biblia Sacra in Lingua Arabica. Tomo I.* Dein poſt figuram aliam radiatae itidem crucis, inter alatos duos angelos, in genua procumbentes ſubjectis nubibus, in infima paginae parte legitur arabice: *Impreſſum anno 1753. meſſiano in officina Malaci Rotili.* In pagina proxima alter apparet titulus, praepoſito humano capite alato, qui eadem quae in priori arabice expreſſa erant, iterum

y) Conf. *J. G. Carpzovii* critic. ſacr. part. 2. c. V. p. 643. *G. L. O. Knochii hiſtoriſch-critiſche Nachrichten von der Braunſchw. Bibelſammlung* p. 627. *D. Clement* biblioth. hiſt. et crit. Tom. III. p. 425 - 431. *Joh. Vogtii* catal. libr. rar. p. 94. *M. L. Widekindi Verzeichnis von raren Büchern* p. 434. *J. G. Walchii* Biblioth. exeget. p. 49. *Rich. Simon* hiſt. crit. du V. T. p. 523. Ejusd. Lettres choiſies tom. 2. p. 165. *P. Bayle* Diction. hiſt. et crit. Art. Guadagnolo, tom 2. p. 665. edit. German. *Joh. Georg. Hagemanni* Nachrichten von den Ueberſetzungen der H. Schrift p. 55. *J. P. Niceronii* Nachrichten von berühmten Gelehrten vol. 7. p. 333. *Joh. Alb. Fabricii* Biblioth. graec. vol. 3. p. 193.

rum repetit, omissa solummodo linea Italica, addita figura crucis radiatae. Delineat editionem Cl. *Carolus Aurivillius*, sed ita ut sibi imaginetur, editionem esse antiquam Ducarestianam, cui typographus novum dederit titulum, atque ex hoc praesupposito multae ortae sunt hariolationes et conjecturae: quae vero locum inveniunt nullum, cum certo constat, Romae sumptibus Sacrae Congregationis de propaganda fide editionem procuratam esse, quae duplici titulo in gratiam Orientalium et Italorum ornata est. Typographus, cujus nomen est fortassis *Angelus Rotilius*, non ex Italia in Wallachiam evocatus est, sed Romae typographiam suam edendo operi consecravit. Nulla adest praefatio, ex qua aut consilium editoris, aut conditio textus Arabici cognosci possit; nec ulla unquam prostat latina littera in integro opere, exceptis solummodo plagularum signaturis. Volumen primum continet Pentateuchum, Libros Josuae, Judicum, Ruthae, quatuor Regum, duos Chronicorum, duos Esdrae, ejus scilicet et Nehemiae et denique Librum Tobiae. Ultima in pagina 688. subsequentis paginae sic dictus apparet custos. Exemplar hujus editionis, quod possidet *Cl. Lorckius* Hafniensis, nec plura continet, sed eadem pagina finitur. Typi sunt elegantes, neque admodum absimiles iis, quibus Alcoranus Patavii expressus est. Textus Arabicus multo propius accedit ad editionem Romanam anni 1671. quam ad Polyglotta aut ad Pentateuchum Erpenianum: sic et Genes. III, 15. Vulgatam sequitur; *ipsa conteret.* Attamen, quisquis ille fuerit, editor multa immutavit, multa correxit; qua vero id factum sit fide, aut ad cujus exemplaris praescriptum, non constat. Varietates vero haud sunt infrequentes, siquidem in primo Geneseos capite viginti tres hujusmodi correctiones deprehenduntur. Genes. XLIX, 10. haec editio omnia habet, quae cum Vulgata consentiunt, *et ipse erit exspectatio gentium:* Romana vero: *Cui sunt omnia.* [z])

§. XIV.

Biblia Ducarestiana.

* Biblia Arabica, cura et studio Patriarchae Antiocheni Melchitarum. Ducarestii in Wallachia 1700. fol.

Alexander Helladius asserit, Libros Ecclesiasticos etiam in Lingua Arabica anno 1700. una cum Novo et Veteri Testamento cura Patriarchae Antiocheni Ducarestii prodiisse. [a])

[*Alexandri Helladii* status praesens ecclesiae graecae, in quo etiam causae exponuntur, cur Graeci moderni Novi Testamenti editiones in lingua graeco-barbara factas acceptare recusent, prodiit *Altorfii* 1714. 8. Auctor *Larissae* Thessaliae civitate natus universam fere Europam peragravit, et *Altorffii* per quadriennium moratus, multa de statu graecarum Ecclesiarum lectu jucunda et utilia retulit. Verum ubivis ambitioni et invidiae indulsit, nec in iis quae refert, ubique eandem meretur fidem. De Bibliis Arabicis *Ducarestii* impressis, et in hisce oris nondum visis, nihil praeter illorum existentiam docuit. Optarat Cl. *Michaelis* [b]) ut quis accuratam hu-

P 3 jus

z) *Caroli Aurivillii* Dissert. philolog. de rariori quadam editione versionis Arabicae Sacrorum Bibliorum, Upsal. 1776. 4. *Lorckii* Bibelgeschichte part. I. p. 425. *Michaelis* orient. und exeget. Biblioth. vol. 12. p. 12.

a) Le Long p. 125. col. 1. C.

b) Einleitung in die göttl. Schriften des neuen Bundes p. 209.

jus editionis institueret recensionem: cui quidem voto Cl. *Aurivillius* satisfacere voluit, ita ut grates ipsi publice referantur. Sed mirum est, quod Cl. *Michaelis* haud errorem detexerit. Editio a Cl. *Aurivillio* laudata, non est illa Ducarestiana, sed recentior Romana; quae duae editiones non solum forma externa, prior enim est primae, posterior secundae magnitudinis, distinguuntur, sed et in se maxime sunt diversae. Prior enim seu Ducarestiana exhibet versionem orientalium Christianorum Alexandrinam, §. VI. posterior vero, ad editionem Romanam anni 1671. formata est, quamvis editor, *Salomonis Negri*, in edendo Psalterio et Novo Testamento, insistens vestigiis, varia immutarit, atque emendare studuerit. Accuratiorem itaque hujus editionis rarissimae adhuc exspectamus notitiam. c)

§. XV.

Pentateuchus Arabicus.

[I.] * Pentateuchus Arabicus charactere Hebraico ex versione R. Saadiae. Constantinopoli 1546. fol. In Pentateucho Polyglotto.

Opus hoc Constantinopoli dudum impressum, doctorum manibus teritur, quae tamen editio passim mendis scatet, exemplaris aliquando forsan vitio, alias eorum, qui vocales apposuerunt, Grammaticae Arabicae, linguaeque proprietati minus consonas, sive imperitia vel negligentia. d)

[In recensione hujus codicis typis hebraicis Constantinopoli impressi remittit auctor noster Lectorem ad ea, quae de codicibus hujus operis *Saadiae* MStis observarat, e quibus hic nonnulla exscribenda duximus.

„Haec translatio in Africa ubique legitur, eamque Hebraeorum peritissimi „sequuntur, et allegant tanquam authenticam, utpote ab homine literarum et tradi„tionum atque rerum Hebraicarum peritissimo profectam. e)

„*Saadias* in versione Pentateuchi longius plerumque a verbis et phrasibus „Ebraicis recedit, et paraphrastem saepius quam interpretem agit.„ f)

„Hic interpres modo Onkelosum, modo LXX. Interpretes, modo etiam „ingenium suum prorsus Judaicum, et ad scripturae genuinum sensum detorquen„dum natum sequitur. g)

„Ab Ebraicisne, an a LXX. an ab Onkelo traducta sit Saadiae interpretatio, „dubitarunt nonnulli; ea est hominis in convertendo licentia et levitas, passim siqui„dem divagatur, et ultra cancellos excurrit, ut Paraphrasten facile, non Interpre„tem possis agnoscere. Ad Ebraica tamen compositam esse editionem hanc, nulli „non attento fiet perspicuum.„ h)

„Haec

c) Conf. *Assemanni* Catalog. Biblioth. Laur. Med. p. 57. Conf. quoque *Walchii* Bibliotheca theologica tom. 3. p. 341. Unschuldige Nachrichten A. 1714. p. 1016. *Lilienthalii* Theolog. Biblioth. vol. 2. p. 178. *J. F. Reimmanni* catalog. Biblioth. theol. p. 812. *Joh. Alb. Fabricii* Biblioth. gr. vol. 10. p. 515.

d) *Le Long* p. 125. col. 1. D.

e) *Rob. Wakfeldius* in disputat. de fratris uxore non ducenda, praefixa syntagmati de Hebraeorum codicum incorruptione. ap. *Le Long* p. 115. col. 2. E

f) Th. Erpenius in Epist. dedicat. Pentateuchi Arabici.

g) *Joh. Henr. Hottingerus* lib. 1. Thesauri Philolog. c. 7. sect. 7.

h) *Dan. Huetius* de claris interpret. p. 105.

„Haec *Saadiae* interpretatio paraphraseos potius quam versionis simplicis nomine insigniri debet, quia contextus sui verbis non ita presse adhaeret interpres. „Mutat enim interdum nomina propria, et ut ab omni antecepta opinione liber „non erat, mentis suae sensa potius quam ipsummet contextum haud infrequenter „exprimit. — Dictio illius etsi ad Hebraismos minus accedat, quia paraphrastica „est, non ita tamen Arabica est, quin linguae Hebraicae ingenio saepius inserviat, „ita ut ex ea hominem Judaeum facile agnoscas.„ i)

„Omnes Arabicae versiones Pentateuchi ex Hebraeo factae, vel sunt a Ju„daeis vel a Samaritanis concinnatae. Omnium celeberrima est, quam composuit R. „*Saadias* Gaon, Fiumensis, edita Constantinopoli 1546. literis Ebraicis. Eandem „esse quae in Bibliis Polyglottis Parisiensibus et Londinensibus typis excusa est, pluri„mi, licet rei criticae periti, falso tamen supponunt.„ k)

Saadiae versionem in Polyglottis Parisiensibus et Londinensibus exscriptam esse, adfirmant, qui ipsis operibus manus adhibuerunt editores. Negat *Renaudotius*, sed qui inter hosce dissensus est, facillime dirimitur, si genuina et interpolata *Saadiae* distinguitur versio; illa in nonnullis Codicibus, haec in Polyglottis exstat Bibliis. l)

* Pentateuchus Arabice. Lugduni Batavorum, ex typographia Erpeniana, linguarum orientalium. Prostant apud Johannem Maire. 1622. 4. [II.]

In hac editione observavi, (*inquit Joh. Henr. Hottingerus*) m) auctorem usum exemplari Hebraeo a communibus nostris diverso (*cujus hic lectiones varias producit*). — In coeteris multa habet Interpres singularis εὐστοχίας et industriae indicia luculenta. *Erpeniana* haec editio est magis litteralis, quam *Saadiana* translatio, adeo ut non nisi Hebraicae linguae peritissimi eam intelligant. Judaeus Africanus, qui eam composuit, a Judaeorum consuetudine non recedit. Hi autem ut populo sese accommodent, vocesque singulas explicent, solliciti sunt propriam earum sequi significationem, ex quo stylus rudis et barbarus efficitur.„

Haec versio praesertim in locis difficilioribus Chaldaeum Paraphrasten sequitur. n)

Ex Epistola dedicatoria: Coeterum cum in manus meas venisset exemplar Pentateuchi Arabici charactere Hebraeo, in Mauritania jam olim a Judaeis editi —. Ego quoque cum id paulo diligentius cum Textu Hebraeo et translatione Arabica Saadiae contulissem, comperi certo eam versionem accuratissimam esse et palmam etiam eripere Saadianae. o)

[Codex iste, ex quo *Thomas Erpenius* Pentateuchum publici juris fecit, adservatur in Bibliotheca Leidensi ex legato *Scaligeri* cod. 3. seu Bibliothecae cod. 236. Scriptus est in folio, litteris hebraicis, optimae notae, licet mutilus. *Scaliger* in testamento hanc versionem Saadianae praefert, quod propius verbis hebraicis insistat, et totidem fere arabicis exprimat, locis quibusdam exceptis obscurioribus, in qui-

i) *Rich. Simon* cap. 14. Disq. crit. de var. Bibl edition. p. 105.

k) *Euseb. Renaudot* tom. 1. de perpetuo Consens. Eccl. p. 540.

l) Conf. Part I cap. III. § XII. *Michaeli.* orient und exeget. Biblioth. part. 9. pag. 153.

m) Thesaur. philolog. lib. 1. c. 3. p. 267. etc

n) *Sam. Clericus* initio Variar. lection. Chald. tom. VI. Biblior. Polyglott. Londin.

o) *Le Long* p. 125. col. 1. E.

quibus a verbis non nihil recedat, ſed ita ut magis ad ſenſum inclinet, eumque clarius exprimat. Interim variis ex locis, auctorem verſionis Saadianam translationem ante oculos habuiſſe, ſaepiusque illam ſequutum eſſe, comprobari poſſet. Litterarum formas codicis hebraicas in Arabicas transformavit editor, omiſſis tamen punctis vocalibus. Verſionem latinam non addidit; adeo enim adcurate textum hebraeum ſequitur ut *Ariae Montani* verſio latina in locum textus arabici verſionis ſubſtitui poſſit. Inſcripſit opus editor *Johanni Borelio* et de opere ipſo rationem reddit. Accedit praefatio, quae conſtructiones inſolitas et a genio linguae Arabicae recedentes recenſet. *p*)

§. XVI.

Geneſis Arabice.

[I.] * Geneſeos capita quatuor prima Arabice et Latine, cura Othonis. Francofurti 1702 4.

Ex Polyglottis Anglicanis. v. Polyglotta. *q*)

[II.] * Geneſeos quinque capita Arabice et Latine ex Polyglottis edita, ſtudio Georgii Chriſtiani Burcklini. Francofurti 1700. 4. *r*)

[III.] Geneſeos Caput I. Arabice et Latine, et Evang. Matthaei Cap. II. arabice et latine. Helmſtadii 1718. 4.

In *J. G. Lakemacheri* elementis Arabicis, e polyglottis Londinenſibus cum praxi legendi.

[IV.] * Libri Geneſeos Capitis XI. fragmentum, Arabice, ex verſione Samaritanorum, cum Interpretatione Joh. Henr. Hottingeri. Heidelbergae 1658. 4. *s*)

[Plures adhuc adſervantur Codices MSti, qui Arabicam Samaritanorum exhibent verſionem; quorum de verſione judicat *Hottingerus:* „Arabica Samaritano„rum verſio incerti itidem et authoris et aevi a Chaldaica interpretatione raro quidem „recedit, Judaiſmi etiam pertinax interpres; nonnunquam tamen ab illa abit, et „vel emphaſin preſſius urget, vel textui Hebraeo propius accedit, vel Saadianam ſe„quitur, vel obſcure Chaldaeo-Samaritanum loquentem explicat, vel ſuo fretus ju„dicio novam fundit verſionem;„ quae ſingula variis comprobat exemplis, ſed ex integro opere non niſi unicum hocce fragmentum typis expreſſum luci expoſitum eſt. *t*)

§. XVII.

p) Conf. *J. G. Carpzovii* critica ſacr. part. 2. c. 5. p. 642. *Rich. Simon* hiſt. crit. du V. T. p. 307. *Brian. Waltoni* proleg. XIV. §. 16. *Joh. H. Hottingeri* Diſſ. de Bibl. tralat. in ling. vernac. p. 201. *Nachrichten von einer halliſchen Bibliotb.* vol. 5. p. 283. Index Biblior. Wernigerod p. 7. Catal. Biblioth. Bunav Tom. I. p. 7. De vita editoris conſulendus eſt *J. P. Niceronius* in *Nachr. von berühmten Gelehrten* vol. 6. p. 24. ſq.

q) Part. I. c. III. §. XIV. n. 2. *Le Long* p. 125. col. 2. C.

r) *Le Long* ibid.

s) v. Ejusdem Biblioth. oriental. p. 98. *Le Long* p. 125. col 2. C.

t) Conf. *Hottingeri* Diſſ. de translat. Biblior. in ling. vern. p. 142. *Carpzovii* critica ſacra p. 618.

§. XVII.

Exodus Arabice.

Exodus arabice ex verſione R. Saadiae Gaon. Conſtantinopoli 1545. F. [I.]

V. inter Polyglotta. [u])

Exod. c. VII. Arabice cum verſione latina interlineari, Oratio Dominica, Salutatio Angelica, Symbolum Apoſtolicum, et Decalogus ſine punctis, cum appoſita ad latus verſione latina. Patavii 1687. 4. [II.]

In Grammatica Arabica Agapeti a Valle Flemmarum, quae proſtat ſub titulo: Flores Grammaticales Arabici idiomatis collecti ex optimis quibusque Grammaticis, etc. [x])

§. XVIII.

Pſalteria Arabica.

* Pſalmi Arabici ex Graeco. Genevae 1516. F. [I.]

[In Pſalterio Polyglotto *Auguſtini Juſtiniani*, Nebienſis. [y])

* Pſalmi Arabici ex verſione diverſa ab editione Romana. v. Pſalmi Syriaci. 1610. F. [z]) [II.]

[In recenſione hujus operis inter Syriaca haec notarat Auctor noſter: [a]) „Pſalmi Davidis cum Canticis Veteris et Novi Teſtamenti Syriace et Arabice, ſed „charactere Syriaco minori (qui ſcribendi modus vulgo *Ghierſchouni* appellatur). „Praemittitur Epiſtola Sergii Riſii Archiepiſcopi Damaſceni. Liber excuſus in mon„te Libano in Monaſterio S. Antonii et S. Johannis Evangeliſtae per Joſephum F. Ami„ma Diaconum anno 1610.„ Quae ſi non omni ex parte vera ſunt, facile hoc lectores auctori noſtro condonabunt. Rariſſimus enim eſt liber, plerisque fere incognitus. Meliora nobis nuper dedit Cl. D. *Joh. Chriſtoph. Döderleinius*, qui exemplari uſus eſt, quod olim in Bibliotheca Solgeriana fuit, hodie vero Bibliothecae publicae Norimbergenſi acceſſit. Duplex verſio exhibetur, altera Syriaca, altera Arabica ex verſione Syriaca confecta, minori typo Syriaco expreſſa. Titulus Libri partim eſt Syriacus, partim Arabicus, oſtenditque inſignia *Sergii Riſii*, cujus et praefatio praemittitur. Subjicitur poſtſcriptum, quo illi, qui operi edendo ſubvenere, commendantur. Editores fuere *Paſchalis Eli*, et *Joſeph Ibn Amima*, quibus ducibus Pſalterium in valle *Kuſihja* ſeu *Kauſihja* Montis Libani expreſſum et anno 1610. die 10. menſis ſecundi Tiſri finitum eſt. Accedunt Pſalterio non omnia Cantica ſacra, quae alias Pſalterio jungi ſolent: ſed tantummodo Pſalmus CLI. Canticum Moſis, Eſaiae Cap. XLIV, 23 — XLV, 8. Mariae, et Oratio *Ephraimi Syri*, et haec tantummodo Syriace. De utraque verſione, Syriaca, quae tum ab Verſione in Polyglottis, tum ab editione *Erpenii* ſaepius recedit, et Arabica, multa ſpecimina profert Cl. *Döderleinius* [b]), qui et ipſe de vera loci impreſſionis pronunciatione nihil determinat. Subſcriptio

u) Part. I. c. III. §. XII. n. 2.

x) *Hirtii* orient. und exeget. Biblioth. 4. p. 26.

y) *Le Long* p. 125. col. 2. C. Conf. Part. I. c. III. §. XXV.

z) *Le Long* p. 125. col. 2. C.

a) Idem p. 103. col. 2. B.

b) Repertorium für die bibliſche und morgenländ. Litteratur, part. 2. n. 7. p. 158. Bibliothêca Solgeriana, tom. 1. p. 214.

ſcriptio arabica Pſalterii haec eſt: *In inclito et religioſo Monaſterio Vallis Kuzaia in monte Libani per eruditum Paſcali Eli, et per abjectum Joſephum ibn Amima Cremesdanenſem anno 1610.* Monaſterium, quod Syriace ܩܙܚܝܐ et ܩܘܙܚܝܐ ſcribitur, eſt ſecundum Aſſemannum Monaſterium Sancti Antonii Abbatis de Kuzaia, in altera valle Montis Libani, dioeceſis Tripolitanae poſitum, quod hodie ſpectat ad Monachos St. Antonii Congregationis Libani. c)

[III.] * Pſalmi Arabici ex Graeco, cura et ſtudio Gabrielis Sionitae, ſub auſpiciis Illuſtriſſimi Savary de Breves, Regis Chriſtianiſſimi quondam apud Turcarum Imperatorem legati. Romae e typographia Savariana. Excudebat Stephanus Paulinus. 1614. 4. d)

[Non ſine jure diſtinxit Auctor noſter hanc editionem, ab illa, quae ſequentem occupat locum. Solum enim habet textum Arabicum ſine verſione latina. Praeterea non ſine veri ſpecie aſſeritur, et hic alium exhiberi textum Arabicum ac in ſequenti. Duplicem accurate diſtinguit editionem *Aſſemannus*, atque hanc verſionem Arabicam e Graeco, illam vero Arabicam e Syriaca ſimplici verſione concinnatum habere aſſerit. e)

[IV.] * Liber Pſalmorum Davidis Regis et Prophetae. Ex Arabico idiomate in Latinum translatus. A Victorio Scialac Accurenſi et Gabriele Sionita Eddenienſi Maronitis, e Monte Libano, Philoſophiae et Sacrae Theologiae Profeſſoribus. Recens in lucem editus munificentia Illuſtriſſimi et Excellentiſſ. D.D. Franciſci Savary de Breves, Regis Chriſtianiſſimi a conſiliis, ejusque apud Paulum V. Pont. Max. Oratoris, et Sereniſſimi Ducis Andegavenſis, ejusdem Regis Chriſtianiſſimi fratris unici Gubernatoris. Opus tam ſacrarum literarum, quam Linguae Arabicae ſtudioſis utiliſſimum. Cum Privilegiis Summi Pontificis, Imperatoris, Regum, Rerum publicarum, aliorumque Principum. Romae. Ex typographia Savariana. MDCXIV. Excudebat Stephanus Paulinus. Superiorum permiſſu. 4. f)

[Inſcripſerunt editores Pſalterium *Ludovico* XIII. Galliarum Regi, epiſtola nuncupatoria, ex qua ſequentia notanda ſunt: „Franciſcus Savarius Dominus de „Breves, Majeſtatis Tuae apud Paulum V. Pont. Max. legatus — apud ſe ſtatuit „ad opitulandum miſeris illis gentibus (*Orientalibus*) nihil efficacius, et ad eas ex im„pio ſuperſtitionis, erroris que mancipio liberandas, ac deinceps ad Eccleſiae gre„mium traducendas — fore nihil quam ſi de fidei Chriſtianae praeceptis atque my„ſteriis, libri quam plurimi vernaculis illarum linguis excuderentur, quibus erro„rum ſuorum falſitatem aperte dignoſcerent, agnitamque deteſtarentur, ac penitus „ejurarent. Ergo rem magno animo aggreſſus, omnibus eo pertinentibus ſedulo „comparatis, ac in primis illarum ſermonis atque rerum ſcientiae peritis hominibus „advocatis, nullis neque ſumptibus, neque laboribus parcendo, eam omni ſtudio „et induſtria promovere non ceſſat. Ex quo ſane factum eſt, ut quemadmodum „non ita pridem Catechiſmum Illuſtr. Cardinalis *Bellarmini* in gratiam illarum gen„tium

c) *Aſſemanni* Catal. Bibl. Med. Laur. p. 18.
d) *Le Long* ibid.
e) *Aſſemanni* catal. p. 56.
f) *Le Long* p. 125. col. 2. D.

„tium in Arabicum ſermonem transferri curavit: ita nunc ad Europaeorum Chriſtianorum commodum et utilitatem, ſacrorum Bibliorum Arabicam et Latinam Interpretationem promulgare decreverit.„ Hisce verbis commotus recenſet *Le Long:* „Biblia Arabica et Latina ex verſione Victorii Scialac Accurenſis et Gabrielis Sionitae Edenienſis Maronitarum edenda circa annum 1612. Romae, auſpiciis et munificentia Franciſci Savary de Breves, Regis Chriſtianiſſimi a Conſiliis, ejusque apud Paulum V. Pont. Max. Oratoris etc. antea apud Turcarum Imperatorem Legati et poſtea Sereniſſimi Ducis Andegavenſis Gaſtonis, ejusdem Regis Chriſtianiſſimi fratris unici Gubernatoris.„ Sed addit: *Quorum liber duntaxat Pſalmorum prodiit in 4. Romae ex Typographia Savariana. 1614.* g) Integra vero Biblia, quorum edendorum cauſa *Franciſcus Savary* Romae Arabicam Typographiam inſtruxit, nunquam lucem adſpexerunt. Qualia vero illa futura fuiſſent, ſpecimen hocce oſtendit. Arabicus textus punctis vocalibus animatus interiorem, verſio latina exteriorem occupat columnam. Accedit Pſalmus centeſimus quinquageſimus primus, addita in margine nota: *Hic Pſalm. non eſt in hebr. neq. in latino codice quo utitur eccl. romana.* Sequuntur Laudationes diverſae: Laudatio prima Moyſis Prophetae et filiorum Iſrael; Laudatio ſecunda Moyſis Prophetae; Laudatio tertia, Annae matris Samuelis Prophetae; Laudatio quarta, Iſaiae Prophetae; Laudatio quinta, Habacuc Prophetae; Laudatio ſexta, Jonae Prophetae; Laudatio Dominae Sanctiſſimae Mariae; Laudatio Zachariae Sacerdotis; Oratio Simeonis Sacerdotis; Oratio Ezechiae Regis, cum Deus auxit aetati ejus 15. annos. Ad calcem denique: Romae, Ex typographia Savariana MDCXIIII. Excudebat Stephanus Paulinus, Superiorum permiſſu. Subjunguntur denique emendationes in textu Arabico et Latino. Differt verſio haec ab illa, quam idem Sionita in Polyglottis Pariſienſibus excudi curavit, et in Polyglottis Londinenſibus recuſa datur, quae verſio Alexandrina ſalutatur. Judice Waltono verſio haec eſt ex codice Antiocheno, et eadem quam Auguſtinus Juſtinianus Genuae 1516. in Pſalterio Polyglotto in lucem expoſuit; h) ſed *Joh. Henr. Hottingerus* inſtituta collatione editionis Genuenſis, Romanae et Pariſienſis certis indubitatisque exemplis commonſtravit, editionem hancce Romanam ab illa Genuenſi plane eſſe diverſam, Pariſienſemque codicem cum editione Genuenſi pluries, quam Romanam cum Genuenſi conſentire: quamvis et inter Genuenſem et Pariſienſem frequens ſit diſſenſus. i) Fortaſſis itaque tertia haec eſt verſio, quam *Waltonus* nondum editam appellat. Ex Graeco contextu hanc verſionem eſſe concinnatam, exinde fieri poſſet veroſimile, quia Pſalmus centeſimus quinquageſimus primus additus eſt. Sed in dubium vocavit eamque e Syriaco Contextu formatam eſſe adſerit anonymus in *Göttingiſchen Anzeigen.* k) Idem jam antea *Aſſemannus* adfirmarat, uti ad editionem praecedentem notavimus. l)

Davidis Regis et Prophetae Pſalmi ex Arabico in Latinum idioma a Gabriele Sionita Edenienſi et Victorio Scialac Accurenſi Maronitis e Monte [V.]

g) Id. pag. 122. col. 1. B.
h) Prolegom. 14. §. 19. p. 409.
i) Diff de translat. Bibl in linguas vernaculas p. 203 - 210.
k) Götting. Anzeigen A. 1769. p. 549.
l) Conf. Nachrichten von einer hall. Biblioth. vol. 4. p. 1. *Rich. Simon* hiſt. crit. du V. T. p. 523. *Goezii* Merkwürdigkeiten der Königl. Biblioth. zu Dresden vol. 1. p. 202. *Freytagii* analecta litterar. p. 715.

te Libano, Philofophiae et Sacrae Theologiae Profefforibus redditi. Novis typis donati Illuftriffimi et Excellentiff. DD. Francifci Savary de Breves, Regis Chriftianiffimi a confiliis, ejusque apud Paulum V. Pont. Max. olim Oratoris et Sereniff. Ducis Andegauen: ejusdem Regis Chriftianiff. fratris unici, Gubernatoris liberalitate. Ad communem facrarum literarum et linguae Arabicae ftudioforum utilitatem. Summi Pontificis, Imperatoris, Regum, Rerum publicarum privilegiis. Romae, ex Typographia Savariana. M.DC.XIX. Excudebat Stephanus Paulinus. Superiorum permiffu. 4.

Ufus eft quondam *Waltonus* exemplari editionis cum nota anni MDCXIX. Adfervatur idem in Bibliotheca Regia Dresdenfi, et a Cl. *Hirtio* delineatur. Verum ipfa Pfalterii editio eadem eft, quae jam anno MDCXIIII. in lucem exiit. Titulus vero ut et epiftola nuncupatoria recufa data funt. Exemplaria vero, quae antiquiorem anni notam oftendunt, et in rubro inter fefe differunt. Aliae *Victorium Scialac Sionitae* praeponunt, uti in noftro exemplari factum eft, aliae *Sionitam* primum et deinde *Victorium* nominant. m)

[VI.] * Pfalmi Arabice. Aleppi, Sumptibus Athanafii Graecorum Antiocheni Patriarchae. 1706. 4. n)

[Paululum ab ordine chronologico deflectimus, dum recenfionem editionum Pfalterii in Oriente procuratarum inftituimus, et quae fibi invicem refpondent editiones, in una ferie hic exponimus. Primo loco nominanda eft editio, quam *Athanafius* Graecorum Melchitarum Antiochenus Patriarcha propriis fumtibus Aleppi 1706. procuravit; qui vero non antiquam illam verfionem Pfalterii et Canticorum Veteris Teftamenti iterum exfcribi curavit, fed aliam typis Arabicis dedit, quam *Abdalla ben Al Phadeli* diaconus Melchitarum e Graeco feptuagintavirali contextu concinnavit. Epiftola nuncupatoria Arabice fcripta dicatur Pfalterium Principi Vallachiae, cujus et infignia aeri incifa paginam verfam primam occupant, una cum litteris graecis initialibus, quae latine explicantur: Dei Gratia Joannes Conftantinus Baffaraba Bracoranus, Princeps et Dux totius Vallachiae. o)

[VII.] Pfalmi Arabice. Aleppi 1735. 8.

Notat editionem *Henricus Schulzius* in Bibliotheca Arabica. *Abdalla ben Zacher* Clericus Melchita anno 1732. typographiam Aleppi exftruxit, quam elegantiffimis typis Arabicis exornavit.

[VIII.] Pfalmi Arabice impreffi in Monafterio S. Johannis in monte Kefroan. 1735. 8.

Editionem notat Cl. *Lorckius* in defideratis; quae, fi a praecedenti diverfa eft, ab eodem typographo *Abdalla ben Zacher* procurata eft; eaque prima eft, quae in monafterio S. Johannis excufa proftat.

[IX.] Pfalmi Arabice, impreffi in Monafterio S. Johannis in monte Kefroan. 1739. 8.

Se-

m) Merckwürdigkeiten der Königl. Biblioth. zu Dresden vol. 1. p. 203. *Hirtii* orient. und exeget. Biblioth. vol. 2. p. 291.

n) *Le Long* p. 125. col. 2. E.

o) Merckwürdigkeiten der königl. Biblioth. zu Dresden vol. 1. p. 203.

Secunda editio, ad cujus calcem indicatur, in Monaſterio Johannis Baptiſtae cognominati de Soairo in monte Keſroan, montis Libani Dioeceſeos Berytenſis excudente Abdalla ben Zachar clerico Melchita eam recuſam datam eſſe.

Pſalmi Arabice, impreſſi in Monaſterio S. Johannis in monte Keſroan. 1753. 8. [X.]

Ad calcem operis tertia vocatur editio, quae opera Canonicorum ſecundum ordinem Romanum in eodem monaſterio procurata eſt. Pſalteriis junguntur Cantica Veteris et Novi Teſtamenti et Decalogus. De hoc Pſalterio *Steph. Schultzius*, Monachos Monaſterii *Johannis de Soairo* (ſeu uti ſcribit, *Haanah Schwoyer*) typos arabicos in Gallia parari curaſſe, poſtquam Monachus *Soliman*, qui typographiae praefuit eamque exſtruxit, formas illorum calamo exaraverat: eamque ob cauſam typum non accurate formam orientalium characterum repraeſentare, refert. Recenſet editionem hanc in hiſce oris raro obviam Cl. *Döderleinius.* p)

Pſalmi Arabice. 1764. 8. [XI.]

In Monaſterio St. Johannis Baptiſtae Aiſchoir Alcain in monte Chaſwan, opera et induſtria Monachorum Canonicorum S. Baſilii, Congregationis vel ordinis Romani. Hae ſunt editiones, quae nobis innotuerunt in Oriente impreſſae. Jam vero ad illas revertimur, quae in Occidente et potiſſimum in uſum Orientalium Chriſtianorum publici juris factae ſunt.

Pſalmi Arabice. Patavii, typis Seminarii. 1709. 8. [XII.]

Prima Editio Aleppenſis anni 1706. iterum praelo ſubjecta eſt. q)

Pſalmi Arabice. Londini, ſumptibus Societatis de propaganda cognitione Chriſti apud exteros. 1725. 8 maj. [XIII.]

Adeo Arabica omnia ſunt, ut ipſi paginarum numeri charactere Arabibus hodie conſueto expreſſi, et plagulae tantummodo in Bibliopegarum gratiam litteris latinis diſtinctae ſint. Titulus Arabice ſcriptus ſequentis eſt tenoris: *Liber Pſalmorum Regis et Prophetae David, praemiſſis Pſalmorum argumentis, additis locis parallelis e Veteri et Novo Teſtamento, una cum decem praeceptis e capite vigeſimo libri ſecundi Moſaici, et Oratione Dominica e capite ſexto Evangelii Matthaei. Impreſſus anno aerae Chriſtianae 1725.* Etiamſi neque nomen civitatis Londinenſis in libri titulo appareat, neque Societatis, cujus ſuffragiis et ſuppeditatis impenſis editio procurata eſt, ulla fiat mentio: natales tamen Pſalterii haud ſunt ignotae. Societas illa de promovenda cognitione Chriſti apud exteros, quae in Anglia floret, communi plurium virorum, quibus ſtatus eccleſiae orientalis probe perſpectus erat, editionem procuravit. Conſuluerunt *Salomonem Negri* Damaſcenum, alioſque viros, qui per aliquod tempus inter Orientales verſati erant, eorumque communi conſilio editionem Pſalterii ut et Novi Teſtamenti ita adornarunt, ut Chriſtianis in Oriente degentibus, quibus lingua Arabica ſatis familiaris eſt, quam maxime uſui eſſe poſſit. Ipſe *Salomon Negri*, qui Halae Saxonum per aliquot annos commoratus Londinum abierat, editionis curam in ſe ſuſcepit. Typi, ipſo duce de novo fuſi, ſunt admodum nitidi, et proxime ad ductus Calligraphorum Arabicorum accedunt; integrumque opus char-

p) Conf. Repertorium für die bibliſche und morgenländ. Litteratur, part. 2. p. 178. *Schulzii* Leitungen des Höchſten vol. 5. p. 452. *Aſſemanni* catal. Biblioth. Med. Laur. p. 64.

q) *Aſſemannus* l. c. p. 64.

chartae nitore ſuperbit. Singulis Pſalmis praemittitur argumentum, quo Pſalmus ipſe in ſectiones aliquas diſtinguitur. Parallela vero loca textui ſacro ſubjiciuntur. Verſio ipſa Arabica ab editionibus in Bibliis Romanis, et Polyglottis Pariſienſibus et Londinenſibus diverſa eſt, atque ad verſiones e Graeco LXX. Interpretum contextu confectas, judice Cl. *Hirtio* et *Döderleinio* referenda eſt. Unica tantummodo eſt editio, cujus exemplaria quoad maximam partem in orientales plagas transmiſſa ſunt; nullum certe exemplar unquam venale eſt expoſitum; hinc editio in hisce oris quam rariſſime inter eruditorum manus verſatur. Recenſetur editio a *Baumgartenio* et Cl. *Knochio*, ſed neſcio quo fato prior editionem ad annum 1720. poſterior vero ad annum 1724. referat. Typus enim exemplaris quod rebus noſtris inſervit, idem eſt ac in Exemplari, quod in Bibliotheca Baumgarteniana fuit, et expreſſe habet IVPO. 1725. Ad hiſtoriam Pſalterii et Novi Teſtamenti Arabici 1727. emiſſi facit collectio epiſtolarum ſub titulo: An extract of ſeveral Letters relating to the great charity and uſefulneſs of printing the New Teſtament and Pſalter in the Arabick Language; for the benefit of the poor Chriſtians in Paleſtine, Syria, Meſopotamia, Arabia, Egypt and other Eaſtern Countries. With a Propoſal for executing ſo good an Undertaking. London 1720. 8. Exhibetur epiſtola *Salomonis Negri*, qua de prioribus editionibus S.S. judicium fert, easque omnes non ita adaptatas eſſe cenſet, ut Orientalibus inſervire poſſint, una cum octo aliis virorum clarorum Epiſtolis. r)

[XIV.] Pſalterium Coptico-Arabicum. Romae 1744. 4.

[XV.] Pſalterium Alexandrinum Coptico-Arabicum. Romae 1749. 4.

Typis ſanctae Congregationis de propaganda fide. Utramque editionem paucis indicat Cl. *Lorckius*, qui vero de antiquiore dubitat editione. Sed utraque exiſtit; antiquioremque poſſidet Cl. *Döderleinius*, qui excerpta ex antiquiore editione, ipſi tamen manuſcripta tantummodo communicata publico examini expoſuit. Idem Vir doctus accurate in Pſalterii diverſas inquirit editiones, ſingulasque ad diverſas revocat claſſes. I. Verſiones ex Hebraeo. 1) *Saadiae Gaon* Pſalterium, quod tamen incertum eſt. 2) *Saadiae ben Levi* MS. II. Verſiones e contextu Syriaco, quorſum editiones in Bibliis Polyglottis, *Sionitae*, *Erpenii* et *Dathei* referendae, nec non editio 1610. III. Verſiones e contextu Graeco, quae iterum ſunt vel Syrorum, vel Melchitarum, et denique Copto-Araborum. s)

[XVI.] * Pſalmi Arabici, ſtudio Theodori Petraei. Lugduni Bat. 1663. 4. t)

[Ultimo loco in recenſione Pſalteriorum Arabicorum nominamus *Petraei* Pſalterium. Quodſi rubro fides habenda eſſet, ſtudio *Petraei* integrum deberemus Pſal-

r) *Baumgartenii* Nachrichten von merckw. Büchern vol. 3. p. 283. *Knochii* hiſtor. crit. Nachrichten p. 632. *J. G. Hagemanni* Nachrichten von den fürnehmſten Ueberſetz. der H. S. p. 56. *Hirtii* orient. und exeget. Biblioth. vol. 2. p. 303. Acta hiſtorico-eccleſiaſt. vol. 3. p. 164. Barthol. Ziegenbalgii Malabar. Nachr. Contin. 18. praefat. Contin. 19. p. 172. *Mich. Meieri* fortgeſetzte kurtzgefaſte Miſſionsgeſchichte cap. 19. p. 410. Repertorium für bibliſche und morgenländiſche Litteratur part. 2. p. 151. etc. part 4. p. 57. etc.

s) D. *J. C. Döderlein* von arabiſchen Pſaltern. In Repertorio für die bibliſche und morgenländ. Litteratur part. 2. p. 151-179. part. 4. p. 57-97. *Lorckii* Bibelgeſchichte part. 1. p. 425.

t) *Le Long* p. 125. col. 2. C.

Pſalterium Arabicum et Copticum, cum verſione Latina. Verum *Theodorus Petraeus*, qui in rebus Orientalium multa molitus eſt, ſpecimen tantummodo quoddam edidit, nimirum Pſalmum primum, ex duplici verſione Arabica et Coptica cum verſione latina. Fallitur ergo Cl. *Hirtius*, qui integrum Pſalterium a *Petraeo* editum exſtare ſibi perſuaſit. In eo eſt Vir iſte, ut Cl. *Michaelis* de Pſalteriis Arabicis relationem emendet et adaugeat. Tria tantummodo nominat Cl. *Michaelis* Pſalteria Arabica, 1) in Bibliis Polyglottis, 2) Romae 1614, et 3) MStum quoddam. Addit Cl. *Hirtius* editionem anni 1610. quam modo laudavimus, et editionem *Petraei*, ſed utramque eum nonniſi ex ſolo titulo noviſſe, ipſa illarum docet recenſio. Longe plures ſunt Pſalterii Arabici editiones, uti jam noſtra docet recenſio; et fortaſſe ſunt, quae nobis haud innotuere. Quod *Petraei* foetum attinet, plura inter Coptica nobis dicenda ſunt, ubi et integrum ejus titulum exhibebimus. [u])

§. XIX.

Pſalmi ſinguli.

Pſalmi decem Arabice, cura Gerſchovii. Gryphiswald. 1640. F. [x]) [I.]

Pſalmus ſextus Arabice cura Gerſchovii. Gryphiswald. 1636. 4. [y]) [II.]

* Pſalmi ſeptem poenitentiales, Arabice. Romae typis ſanctae Congregationis de propaganda fide. 1642. 8. [z]) [III.]

Pſalmi ſeptem poenitentiales, Arabice. Romae ex eadem typographia. 1668. 8. [IV.]

Adhaerent doctrinae chriſtianae ex verſione Arabica Italice facta ab *Alexio Tudertino* Min. Obſerv. cum aliis precibus. [a])

Pſalmi ſeptem poenitentiales, Arabice. Pariſiis 1679. 8. [V.]

Recenſentur a Cl. *Döderleinio*, qui titulum arabicum exſcripſit, ita interpretandum: *Septem Pſalmi poenitentiales et encomia in honorem Mariae.* [b])

Pſalmi tres priores Arabice, cum verſione latina, cura Joh. Chriſtoph. Wichmanshauſenii. Wittebergae apud Georg. Marc. Knoch. 1724. 4. [VI.]

Proſtant ſub titulo: Gymnaſium Arabicum, in quo tres priores Davidis odae cum verſione latina et notis critico-analyticis. Textus Arabicus ex editione Romana *Victorii Scialac* et *Gabrielis Sionitae* deſcriptus, cum Bibliis Polyglottis collatus, in notis analytice explicatur.

Pſalmi tres priores Arabice et Latine cura D. Joh. Frider. Hirtii. Jenae 1770. 8. [VII.]

In Chreſtomathia Arabica, Grammaticae Arabicae ſubjuncta.

Pſalmus XLV. ex quadruplici verſione Arabica. Lipſiae 1779. 8. [VIII.]

Cl. *Döderleinius*, poſtquam varias Pſalterii verſiones Arabicas examinaverat, ſpeciminis loco Pſalmum quadrageſimum quintum ita exſcribi curavit, ut in columna prima verſio e contextu Syriaco, in ſecunda verſio e contextu Graeco,

u) *Hirtii* oriental. und exeget. Biblioth. vol. 2. p. 314. coll. vol. 1. p. 25.

x) v. Part. I. Cap. III. §. XXVIII. n. 1.

y) ibid. n. 2.

z) *Le Long* p. 125. col. 2. E.

a) *Lorckii* Bibelgeſchichte part. I. p. 424.

b) Repertorium für die bibliſche und morgenl. Litteratur part. 2. p. 177.

co, in tertia verſio Melchitarum, et in quarta verſio ex editione Coptico-arabica ſiſtatur. [c])

[IX.] Pſalmus LI. arabice cura Petri Kirſtenii. Breſlae 1608. F.

In Indice chronologico ab Auctore noſtro haec quidem recenſetur editio, quam tamen hoc capite de editionibus Arabicis intactam praetermiſit. Exſtat textus Arabicus punctatus hujus Pſalmi in opella, quam *Petrus Kirſtenius* edidit ſub titulo: Tria ſpecimina characterum arabicorum Petri Kirſtenii, Vratisl. Phil. et Medic. Doctoris, ſive Oratio Domini noſtri Jeſu Chriſti, qua nulla ardentior exaudita eſt in coelo et in terra, quam deſcribit S. Johannes cap. 17. ex vetuſto codice manuſcripto Arabico Caeſareo transſcripta. Et Regis Davidis Pſalmus quinquageſimus, vel ſecundum Hebraeos quinquageſimus primus. — — Breslae typis arabicis, ac ſumptibus authoris. In officina Baumanniana. Anno GerManI ArabIae ſtVDIa Captent. (1608.) [d])

§. XX.

Canticum Cantic.

* Canticum Canticorum arabice et latine, cum notis Joh. Georgii Neſſelii. Lugd. Batav. 1656. 4. [e])

[Adjunctam habet verſionem Aethiopicam; non vero textum hebraicum; hinc falſo a *Jac. Le Long* ad Polyglotta refertur. [f])

§. XXI.

Propheta.

Obadias arabice, cura L. M. Crocii. Bremae 1673. 4.

Inter Polyglotta. [g])

§. XXII.

Novum Teſtamentum.

[I.] Novum Teſtamentum Arabice. Londini apud Smith et Walford. 1698. F.

In Polyglottis hoc anno novo titulo ornatis. [h])

[II.] * Novum D. N. Jeſu Chriſti Teſtamentum Arabice ex Bibliotheca Leidenſi edente Thoma Erpenio. In typographia Erpeniana Linguarum Orientalium. Anno 1616. 4. [i])

Haec editio licet cum Romana (Evangeliorum anni 1591.) plerumque conveniat, ita ut unam eandemque verſionem plerique arbitrentur; in multis tamen diſcrepant, ut conferenti patet, et ex utriusque collatione collectis varietatibus liquet, quae omnes cum ex ſcribae lapſu oriri non poſſint, plane aliam indicant verſionem. Autores autem quicumque fuerint, unus alterius vitulo araſſe videtur. De antiquitate vero harum verſionum non certo conſtat, antiquiſſimas tamen fuiſſe patet tum ex librorum ordine, cum Epiſtolis Acta Apoſtolorum poſtpoſita ſint in codice MSto Erpeniano, quem ordinem ut in aliis antiquiſſimis Graecis exemplaribus, ſic

c) v. Repertorium für die bibliſche und morgenl. Litteratur, part. 4. p. 86-97.

d) Conf. *Baumgartenii Nachrichten von merckw. Büchern* vol. 6. p. 9. *Hirtii* orient. und exeget. Biblioth. vol. 2. p. 28.

e) *Le Long* p. 125. col. 2. E. collat. p. 44. col. 1. B.

f) vid. infra Sect. VI. §. XIV.

g) Part. I. c. III. §. XXIV. n. 2.

h) Part. I. c. III. §. XXVIII. et ſupra Sect. IV. §. XXIX. n. 3.

i) *Le Long* p. 125. col. 2. E

ſic in noſtro vetuſtiſſimo MS. Alexandrino obſervavi; tum ex clauſula, quam ſcribit Erpenius in ſuo codice repertam eſſe, viz. *abſoluta eſt hujus libri deſcriptio* etc. [k])

[Codicem, qui ex legato Scaligeriano Bibliothecae Leidenſi acceſſit, et ex quo N. T. hocce exprimi curavit, commendat Editor in praefatione: „Coeterum „verſionis hujus authorem et antiquitatem quod attinet, vetuſtas codicum antiquiſſi„mam eſſe arguit. Ac Evangelia quidem e Graeco mihi vertiſſe videtur *Neſjula„mam* filius *Azalkefati*, id quod ex ſequenti codicis mei clauſula colligo: *Abſoluta „eſt hujus libri deſcriptio die 16. menſis Bauni anni nongenteſimi octogeſimi octavi mar„tyrum juſtorum.* (hoc eſt A. C. 1342.) *Deſcriptus autem eſt ex emendatiſſimo exem„plari, cujus deſcriptor ait ſe id deſcripſiſſe ex alio exemplari emendato, exarato ma„nu Johannis Epiſcopi Cophtitae, qui Johannes dicit, ſe ſuum deſcripſiſſe ex exempla„ri emendatiſſimo quod ediderat D. Neſjulamam F. Azalkefati.* Coeterum an idem „reliquos etiam libros verterit, haud ſatis ſum certus. Non puto: nam et phraſi „nonnihil ab Evangeliis diſcrepant, et Syro contextui quam Graeco plerisque in lo„cis videntur eſſe viciniores.„ Verum valde dubia eſt de Auctore hujus verſionis ex clauſula finali conjectura. In edendo opere contulit *Erpenius* quatuor Evangelia cum editione Romana anni 1591. aliisque codicibus MStis, addiditque canones Ammonii et diſtinctiones inter Cophtitas uſitatas. Reliqua vero codicis, nimirum Acta Apoſtolorum et Epiſtolas Apoſtolorum, jam *Raphelengius* cum aliis MStis contulerat. Quanta vero cura MStum codicem ſequutus ſit, ipſe teſtatur: „Hoc nunc dico, ma„luiſſe me quaedam, quae non ſatis eleganter et juxta Grammaticorum praecepta po„ſita videbantur, id eſt, corruptos Arabiſmos retinere, quam ut quiſquam a me te„mere quidpiam dicat mutatum, periculum ſubire.„ Diſtinguenda eſt haec verſio, hinc et editio, ab aliis Arabicis editionibus tum in Polyglottis, tum in editione Romana; et ſi *Rich. Simoni* fides habenda eſt, non ex Graeco, nec ex Syro, ſed ex Coptico contextu traducta eſt. Non noſtrum in diſceptationem hancce criticam tranſire, qui editiones tantummodo recenſemus. Qui plura deſiderat, Cl. D. *Gottlob Chriſt. Storrii* diſſertationem de Evangeliis Arabicis adeat; in qua Editio Romana Evangeliorum anni 1590, Erpeniana, Pariſienſis et Anglicana editio ſecundum criſeos regulas examinantur. In noſtris terris hanc editionem libris rarioribus annumerandam eſſe, certum eſt. Inter Orientales reperitur interdum, ſed non ab omnibus approbata eſt, uti ex Epiſtola *Salomonis Negri* diſcimus. [l])

Novum Teſtamentum Arabicum. Londini ſumptibus Societatis de propaganda cognitione Chriſti apud exteros. 1727. 4 maj. [III.]

Editio omni ex parte arabica eſt. In rubro libri nec editoris, nec loci, nec promotorum mentio facta; ſed ſequentia tantummodo arabice ſcripta leguntur: *Novum Teſtamentum Domini noſtri Jeſu Chriſti, nec non Decalogus ex Capite vigeſimo Libri*

k) *Waltoni* proleg. 14. §. 22.

l) Inſerta legitur epiſtola Bibliothecae Bremenſi Claſſ. IV. p. 712. Conf. *Nachrichten von einer halliſchen Bibliothek* vol. 2. p. 291. *Knochii Nachrichten* p. 615. *Rich. Simon* hiſt. crit. des Verſ. du N. T. c. 18. p. 212. *Joh. Vogtii* Catal. libr. rar. p. 663. *J. J. Baueri* Biblioth. libror. rarior. univerſ. tom. 4. p. 164. *Hagemanni Nachrichten* etc. p. 101. *J. D. Michaelis Einleitung in die Götl. Schr.* vol. 1. p. 205. *J. A. Fabricii* bibl. gr. vol. 3. p. 193.

Libri ſecundi Moſis, Impreſſum anno 1727. aerae Chriſtianae. Idem *Salomon Negri*, cujus cura Pſalterium Arabicum §. XVIII. n. XIII. prodiit, et hoc N. T. Arabicum iisdem typis nitidiſſimis exſcribi curavit, impenſa quoque eadem ſocietate ſubminiſtrante. Codicem MStum N. T. Arabici a Patriarcha Damaſceno approbatum; per aliquot annos exſpectarat editor; quem et accepiſſe dicitur. Verum in edendo opere non codicem illum MStum ſequutus eſt; ſed verſionem e Polyglottis Anglicanis deſcribi curavit, quam tamen multoties immutavit, et ad Graecum textum revocavit: verba vero Arabica, quae in Textu graeco non invenit, uncinulis a reliquo contextu diſtinxit; et dicta claſſica lineis ſubductis inſignivit. Decem millia exemplarium hujus N. T. impreſſa ſunt, quorum nullum venale expoſitum eſt. Quotannis vero plura exemplaria Orientem verſus mittuntur, ut a Miſſionariis diſtribuantur. [m])

§. XXIII.

Quatuor Evangelia.

[I.] * Evangelium Sanctum, Domini noſtri Jeſu Chriſti, conſcriptum a quatuor Evangeliſtis Sanctis, id eſt, Matthaeo, Marco, Luca et Johanne. Romae in Typographia Medicea. (1591.) Fol.

Evangeliorum Interpretatio Arabica Romae edita eſt, erudita quidem illa, ad Graeci Archetypi normam fabrefacta, at non perinde accurata. [n])

De auctore hujus verſionis Arabicae; vel cujus ſit antiquitatis, nil certum et exploratum habemus, nec quicquam dicunt, qui eam ediderunt. Doctum tamen fuiſſe hunc Arabem interpretem, quisquis fuerit, (*alii aliter putant*) fatetur *D. Bochartus.* [o])

[Confunduntur ſaepius duae diverſae editiones quatuor Evangeliorum Arabicae, quae ambae eodem tempore ex typographia Medicaea Romae prodiere, quarum altera eſt Arabica, altera Arabico-latina: accurate vero diſtinguuntur a *Poſſevino*, *Richardo Simone*, et *Waltono* locis infra citandis, quorum ultimus tamen editionem Arabico-latinam praemittit, Arabicam vero editionem recuſam appellat. *Ferdinandus* Magnus Etruriae Dux, Romae ampliſſimam linguarum orientalium condiderat typographiam, eique *Joh. Bapt. Raymundum* ipſarum linguarum peritiſſimum praefecerat, cujus ope plures exiere libri Arabici et Syriaci. Tria millia exemplarium excuſa ſunt, quae ſtatim Orientem verſus transmiſſa ſunt. Quapropter editiones Arabicae, ſine verſione latina, omnium in hiſce oris ſunt rariſſimae. Typi Arabici nitide ſculpti ſunt; accedunt ornamenta et figurae ligno inciſae, quae vero orientalibus valde diſplicuerunt, et munus iis oblatum haud gratum acceptumque fuit. Titulum Libri dedimus ex exemplari, quod in Cl. *Goezii* Hamburgenſis bibliotheca adſervatur. Verum et ipſum hunc titulum recentioris aevi eſſe judicamus. Utraque editio, et haec, quae eſt ſine verſione latina, et altera cum verſione,

m) *Baumgartenii Nachrichten* von merckw. Büchern vol. 3. p. 288. *Knochii Nachrichten* etc. p. 632. *Hagemanni Nachrichten* p. 101. Acta Hiſt. eccleſ. vol. 3. p. 164. *Sammlung von A. und N. theol. Sachen* A. 1721. p. 1094. Extract of ſeveral Letters etc. vid. §. XVIII. Conf. *J. L. Niekampii* Miſſionsgeſchichte vol. 2. c. 19. §. 11.

n) *Dan. Huetius* de claris interpr. p. 106.

o) Geogr. Sacr. part. 2. lib. 1. c. 1. p. 365. *Waltoni* proleg. 14. §. 22. *Le Long* p. 126. col. 1.

ſione, ſine titulo prodiit. Exemplar ejusmodi vidit Auctor noſter, qui articulo hunc titulum praefixit: „Quatuor Evangelia Arabice, absque punctis, at cum figuris. „Romae e typographia Medicaea, typis Dominici Baſae, qui primus tunc illos effor„mavit.„ Ad calcem notatur: „Romae in typographia Medicea Anno 1591.„ p)

* Quatuor Evangelia Arabice et Latine, absque punctis, cum figuris. Romae e typographia Medicaea typis Dominici Baſae. 1591. fol. [II.]

Antonius Poſſevinus, poſtquam loquutus eſt de libris Romae in Magni Etruriae Ducis typographeo jam editis, ſubjungit: „Qui vero hactenus ſunt abſoluti, hi „ſunt quatuor Evangeliſtae Arabico omnes idiomate; iidem deinde cum latina inter„pretatione interlineari. — Jam vero paratur Editio Actorum Apoſtolorum, Epi„ſtolarum Pauli etc.„ q)

Joann. Baptiſta Raymundus in Epiſt. dedicat. ad Paulum V. praefixa Grammaticae Arabicae dictae Tafriphi e Typogr. Medicaea anno 1610. editae ſcribit, „Cardinalem Ferdinandum Medicaeum, qui mortuo Franciſco, Magnus Dux Etru„riae fuit, Evangeliorum Arabico-latinorum tria millia exemplaria excudi juſſiſſe, ut „in Orientem mitterentur. Mandavit etiam ut in Evangeliis Arabicis Latinitate do„natis, omnis typographiae cura atque opera poneretur. Quorum quidem exempla„ria tria millia excuſa ſunt, ne qua mora eſſet, quin ad Dei verbum in Orientis „partes transmitti poſſent, quod ſane et maxima celeritate et valde feliciter Deo be„ne juvante factum eſt.„

Prima Evangeliorum Arabicorum editio cum verſione latina (*inquit Rich. Simon*) r) et eadem absque illa verſione Romae facta eſt. Nulla reperitur in initio voluminis praefatio; neque unde deſumpta ſit haec verſio, an ex Syriacis, an ex Copticis, an denique ex Melchitarum exemplaribus, editores indicant. Hanc tamen non puram eſſe, imo ad editionem noſtram Latinam quibusdam in locis eſſe recognitam, facile eſt dijudicare. Verſioni Arabicae cum textu Syriaco conjunctae ſatis conſentaneam inveni, unde illam arbitror ex Syris potius quam ex Coptis ſuam habere originem. — — — Gabr. Sionita, qui haec Evangelia Arabica ſtylo non ſat puro ſcripta eſſe putabat, illa recognovit, ediditque iterum in Bibliis Polyglottis Pariſienſibus, quae et tertio in ſuis Angli excuderunt.

[Ex haud accurate intellectis *Rich. Simonis* verbis originem traxit nota, quam Auctor noſter titulo libri addidit: *Verſio arabica recentior ex latino, nec multi aeſtimanda.* In quo fallitur *LeLong*: conſentit enim verſio, ſi prima Capita 13. Matthaei exceperis, cum codice antiquo Erpeniano. Reliqua, quae de hac editione dicenda ſunt, ad ſequentem remittimus editionem.

* Sacroſancta quatuor Jeſu Chriſti D. N. Evangelia Arabice ſcripta, Latine reddita, Figurisque ornata. Romae ex Typographia Medicaea. 1619. Fol. [III.]

Non duplex, ſed eadem eſt editio, ut patet ex tempore editionis ad calcem voluminis annotatae. s)

R 2 [Le-

p) *Goezii* Verzeichnis ſeiner Bibelſammlung p. 296.
q) Lib 9. Biblioth. ſelectae cap. 25.
r) Hiſt. Crit. des Verſions du N. T. cap. 18. p. 211. *Le Long* p. 126. col. 1. E. *J. A. Fabricii* Biblioth. gr. vol. 3. p. 193.
s) *Le Long* p. 126. col. 1. E.

[Legitur enim: Romae in Typographia Medicaea. M. D. XCI. Acceſſit praecedenti editioni demum Titulus, quem hic exſcripſimus, una cum epiſtola dedicatoria *Joh. Antonii Rodolo* Cardinali *Madruzzi* inſcripta, cujus et effigies operi praemiſſa eſt. Verſio latina auctorem habet *Joh.-Bapt. Raymundum*, Typographiae praefectum. Editio ipſa ſummo ſtudio eſt procurata, et errata typographica, excepto unico, calamo ſunt emendata. Tria millia hujus generis expreſſa ſunt exemplaria: nihilo tamen ſecius rariſſimis annumeratur haec editio. t)

[IV.] * Quatuor Evangelia Arabice. Aleppi, ſumtibus Anaſtaſii Graecorum Antiocheni Patriarchae. 1706. fol. u)

[Hae ſunt, quae hactenus innotuere quatuor Evangeliorum editiones Arabicae. Addimus denique editionem quatuor Evangeliorum in eadem lingua, quae *Petro Kirſtenio* tribuitur ab auctoribus Lexici Eruditorum, in vita Kirſtenii Vol. 2. col. 2107. Verum hanc editionem non ſolum dubiam, ſed et ſuppoſititiam dicimus. Originem enim male intellectae debet recenſioni operis abſimilis, quod idem *Kirſtenius* edidit, ſub titulo: Petri Kirſtenii Vratisl. Phil. et Med. D. Vitae Evangeliſtarum quatuor: nunc primum ex antiquiſſimo MSto Arabico-Caeſareo erutae. Ad Rudolphum II. Imperatorem. Cum privilegio. Breslae. Typis Arabicis ac ſumptibus authoris, Anno MeDICI Verl. (1608.) Ex titulo hujus libri fabula illa de editione quatuor Evangeliorum Arabica a *Kirſtenio* procurata originem traxit.

§. XXIV.

Evangeliſtae.

[I.] Matthaei Evangelium Arabice. Seorſum recudi curavit D. Joh. Henr. Callenberg Theol. et Phil. Prof. Ord. Halae in Typographia inſtituti Judaici. 1741. 8.

Editio inprimis uſibus Muhammedanorum in Oriente deſtinata. Contextum Arabicum, non e *Salomonis Negri* editione, ſed e Bibliis Polyglottis Anglicanis, punctis inſtructum deſcribi curavit, ut Muhammedanis eo magis inſervire queat. x)

[II.] Matthaei Cap. II. Arabice et Latine. Helmſtadii 1718. 4. y)

[III.] Matth. c II. Arabice et Latine. Hirtii. Jenae 1770. 8. v. Ejusdem Chreſtomath. Arab.

[IV.] Particula concionis montanae a Domino noſtro Jeſu Chriſto, Matth V. cura D. J. H Callenbergii: Arabice. Halae in Typographia inſtituti Judaici. 1730. 12.

E Polyglottis Anglicanis.

* Paſ-

t) Conf. *Nachrichten von einer halliſchen Biblioth.* vol. 2. p. 294. *Goetzii Merckwürdigk. der königl. Biblioth. zu Dresd.* vol. I. p. 206. *J. D. Michaelis Einleitung* vol. I. p. 202. *C. B. Michaelis* tract. crit. de var. lect. N. T. p. 36. *J G. Schelhornii* Amoenitat. literar. tom. 2. p. 400. *Joh. Vogtii* catal. libr. rar. p. 270. Biblioth. Bremenſ. claſſ. 4. p. 711. *Dav. Clement.* Biblioth. hiſt. et crit tom. 8. p. 132. *Baueri* Biblioth univerſ. vol. I. p. 256. *Millii* prolegom. §. 1295.

u) *Le Long* p. 126. col. 2. D. Conf. *Aſſemanni* Biblioth. Oriental. tom. I. p. 631. *Goetzii* Merckwürdigkeiten etc. vol. I. p. 203. *J. D. Michaelis Einleitung* etc. p. 209.

x) Catal. Biblioth. Baumgart. p. 46. n. 185. Index Biblior. Wernigerod. p. 7. Acta hiſtor. Eccleſ. vol. 5. p. 922. vol. 9. p. 949.

y) vid. ſupra §. XVI.

* Passio Domini secundum Matthaeum, Arabice cum Latina versione ad verbum, juxta editionem Romanam. Ex officina Raphelengii. 1613. 4. [z]) [V.]

[Lugduni Batavorum *Raphelengius* typographiam exstruxit, ex qua cap. XXVI. etc. in lucem prodire jussit. Usus quidem est *Raphelengius* Codice MSto illo, ex quo Erpeniana N. T. editio exscripta est, ejusque partem posteriorem cum aliis contulit. Verum in edenda Passionis historia editionem Romanam sequi maluit.

* Johannis Cap. XVII. Arabice ex vetusto codice MSto Caesareo transcriptum, cum interpretatione latina Petri Kirstenii. Breslae 1608. Fol. [a]) [VI.]

[Vide ejusdem tria specimina characterum Arabicor. et supra §. XIX.

Colloquium Christi cum muliere Samaritana. Halae 1731. 12. [VII.]

Narratio de Lazari in vitam reditu. Halae 1731. 12. [VIII.]

Christi Supplicatio pontificalis. Halae 1731. 12. [IX.]

Tria fragmenta sacra *Callenbergius* arabice e Bibliis Polyglottis Londinensibus, eum in finem ut inter Muhammedanos aliosque Orientis incolas distribuerentur, recudi fecit.

§. XXV.

Acta Apostolorum.

Acta Apostolorum, Arabice seorsim recudi curavit D. J. H. Callenberg. Halae in typographia instituti judaici. 1742. 8. [b])

§ XXVI.

Epistolae Apostolicae.

* Pauli Apostoli ad Romanos Epistola, arabice. Ex Bibliotheca Leidensi. Leidae, in Typographia Erpeniana linguarum Orientalium. 1615. 4. [c]) [I.]

[Prodromus N. T. arabici Erpeniani. Ex codice MSto *Scaligeriano* Bibliothecae Leidensi donato edidit *Thomas Erpenius* speciminis loco Epistolam Pauli ad Romanos, promittitque in praefatione integrum Novum Testamentum, cum luculentis annotationibus et fortassis cum accurata versione latina. Promissis non omni ex parte stetit. Edidit quidem Novum Testamentum §. XXII. sed sine annotationibus et versione latina. Textus Epistolae ad Romanos itidem sine versione, attamen cum punctis hic prodit. Accedit ad calcem Epistola Pauli ad Galatas ex eodem Codice. Errat itaque *Le Long*, qui recensioni hanc notam addit: *Haec versio eadem, quae deinde in Polyglottis excusa est.* [d])

Pauli Apostoli Epistola ad Romanos, Arabice. Seorsum recudi curavit D. Jo. Henr. Callenbergius, Theol. et Phil. Prof. ord. Halae in Typographia Instituti Judaici. 1741. 8. [II.]

Contextus hebraicus e Bibliis Polyglottis Anglicanis expressus est: ipsa vero exemplaria potissimum Muhammedanis in Orientali India degentibus destinata sunt, et Missionariis transmittuntur. [e])

 * Epi-

z) *Le Long* p. 126. col. 2. D.
a) Id. ibid.
b) Acta historico-eccles. vol. 9. p. 949. vol. 13 p. 278.
c) *Le Long* p. 126. col. 2. E.
d) *Baumgartenii Nachrichten von merckw. Büchern* vol. 3. p. 291. *Knochii Nachrichten* etc. p. 614.
e) Acta histor. eccles. vol. 8. p. 622. vol. 9. p. 949.

[III.] * Epiſtola Pauli ad Galatas, item ſex primaria capita Chriſtianae Religionis Arabice. Quibus ad finem adjunctum eſt Compendium Grammatices Arabicae, authore Rutghero Spey Bopardiano, Eccleſiae Schonavienſis, quae ſupra Heydelbergam ex Gallis colligitur, et ab Illuſtriſſimo Principe Ludovico Electore Palatino etc. fovetur, Paſtore. Addita quoque eſt interpretatio latina ad verbum (eodem authore) reddita. Haec antehac nunquam typis evulgata nunc primum in uſum ſtudioſorum hujus linguae excuduntur. Dan. 7. v. 14. Phil. 2. v. 11. Heidelbergae excud. Jacobus Mylius. MDXXCIII. 4. f)

[In fronte libri Arabice legitur: *In nomine Patris, Filii et Spiritus ſancti. Epiſtola Pauli ad Galatas.* Epiſtolam nuncupatoriam excipit ad Lectorem praefatio, ex qua ſequentia hic notabimus: „Placuit ad hanc rem, ut maxime idoneam atque „piam, Epiſtola Pauli ad Galatas, cui adjeci ſex primaria Chriſtianae religionis ca„pita. Quod ſane ante me in Germania nullus tentavit, ſic quoque opus fuit magni „laboris etc.„ Sequitur Epiſtola *Chriſtoph. Hammeri* Jenenſis hebraice ſcripta; et denique ipſa Epiſtola Pauli, cujus contextus Arabicus primam, latina vero verſio ſecundam occupat paginam. Primus eſt *Rutgherus Spey*, non qui Grammaticam Arabicam conſcripſit, ſed qui e Codice manuſcripto particulam aliquam Codicis ſacri in Germania publice edidit. Rariſſima eſt opella decem et dimidia plagulis conſtans, quam peculiari ſcripto delineavit Cl. D. *W. C. J. Chryſander*, g) qui tamen Cl. D. *J. F. Hirtio* plura emendanda reliquit. h)

[IV.] * Epiſtola D. Pauli ad Titum, Arabice cum Joannis Antonidae interlineari verſione latina ad verbum. Ex officina Raphelengii. 1612. 4.

Ex admonitione Joan. Antonidae ad Lectorem: „Conſultum duxi Epiſtolam „hanc D. Pauli ad Titum cum verſione mea Latina ad verbum evulgare. Eam ego „nactus ſum beneficio doctiſſimi Viri *Matthaei Sladi.* Acceperat autem ille Oxonia „tranſcriptam a Joſepho Abudacno viro Aegyptio. Hoc itaque exemplar fideliter „hic in omnibus expreſſum habeo, niſi quod aliquoties quae deerant puncta vocalia „ad normam Grammaticae ſupplevi.„ i)

[Pauca ſunt quae de editore *Joanne Antonide* Almariano habet *Lexicon Eruditorum*, et in his quoque errorem, editionem Antwerpiae eſſe natam, Lugduni Batavorum enim *Raphelengius* ſuam habebat typographiam. k) Verſio ipſa accurate conſentit cum editione Erpeniana. Ipſe enim *Erpenius* uſus eſt collationibus Actorum Apoſtolorum et Epiſtolarum Apoſtolicarum, a *Raphelengio* inſtitutis. Accedit Oratio Dominica cum verſione latina interlineari. Textus totius operis punctis eſt inſtructus.

Epi-

f) *Le Long* p. 126. col. 2. E.

g) Hypomnema hiſtorico-philologicum de primo ſcripto Arabico, quod in Germania typis excuſum eſt: Epiſtola Pauli ad Galatas. Halae in Typographia Orientali inſtituti judaici 1749. 4.

h) *Orientaliſche und exegetiſche Biblioth.* vol. 1. p. 1. etc. Conf. *Knochii Nachrichten von der Br. Bibelſammlung* p. 608. Acta Hiſt. Eccleſ. vol. 16. p. 296. Catal. Biblioth. Bunav. tom. 1. p. 8.

i) *Le Long* p. 126. col. 2. E.

k) Allgemeines Gelehrten-Lexicon tom. 1. p. 448.

Epiſtola Pauli ad Hebraeos, Arabice, cura D. J.-H. Callenbergii. Halae in typographia inſtituti Judaici. 1742. 8. [V.]

Contextus Arabicus eſt e Polyglottis Londinenſibus. [l])

* S. Jacobi Apoſtoli epiſtolae catholicae verſio arabica et aethiopica, utraque latinitate donata, et punctis vocalibus accurate inſignita, εἰς ὁρμητήριον καὶ ὑπέκκαυμα τῶν φιλογλώττων, opera, labore ac ſtudio indefeſſo M. Theodori Petraei Flensburgo-Holſati, ſacrae philologiae linguarumque orient. propagatoris. 1. Cor. 14, 5. — Lugd. Batavor. ex officina Joh. et Dan. Elſevier Acad. typogr. ſumptibus auctoris. CIƆIƆCLIV. 4. maj. [m]) [VI.]

[*Petraeus* juſſu Regis Daniae *Friderici III.* Orientem peragravit, et inde rediens plures librorum ſacrorum editiones, quae ſeorſim prodiere, in lucem emiſit. S. Jacobi Epiſtola hic prodit *arabice* textu punctato, et Aethiopice, cum duplici verſione latina. Auctor noſter laborum hujus Viri bis mentionem facit, ſed ita, ac ſi Epiſtolae Jacobi, Joannis et Judae uno volumine comprehenſae exſtarent, easque ad Polyglotta refert, a quibus tamen diſtinguendae ſunt, quia ſolae exhibentur verſiones. [n])

S. Jacobi Apoſtoli Epiſtolae Catholicae verſio Arabica et Aethiopica latinitate utraque donata, nec non a multis mendis repurgata, punctis vocalibus accurate inſignita — — opera, labore et ſtudio Joh. Georg. Niſſelii et Theodori Petraei Philol. ſacrae linguarumque oriental. φιλομαθῶν. — Lugd. Bat. ex offic. Johannis et Danielis Elſevir. Academ. Typograph. ſumptibus auctorum. CIƆIƆCLIV. 4. maj. [VII.]

Non diverſa a praecedenti eſt editio, quamvis hic in rubro *Niſſelius Petraeo* jungatur. Sunt praeterea exemplaria, in quorum rubro ſolius *Niſſelii* nomen expreſſum eſt. Multa in titulo promittuntur, nimirum notae philologicae, harmonia variarum linguarum, et plura alia, quae tamen ubique deſiderantur, integrum vero opuſculum 32 paginas adimplet. Male itaque ſibi proſpexit Cl. *Knochius*, qui duplicem ſtatuit editionem, atque exemplaria ſolius *Petraei* nomine inſignita ſecundam appellat editionem, quae priori ſit praeferenda, adjunctumque habeat Symbolum Apoſtolicum. [o])

* S. Jacobi Apoſtoli Epiſtolae Catholicae verſio Arabica, cum interpretatione et punctatione Niſſelii, cui acceſſit Gloſſarium radices in eadem occurrentes ſerie alphabetica exhibens, in gratiam S. Philologiae conſecraneorum edita cura et ſtudio M. Nicolai Panecii, Zittavia-Luſati. Wittebergae, apud Joh. Ludolphum Quenſtedium, typis Chriſtiani Kreuſigii Acad. typogr. Anno MDCXCIV. 4. [p]) [VIII.]

[Re-

l) Acta hiſtorico-eccleſ. vol. 9. p. 949. vol. 13. p. 278.

m) *Le Long* p. 127. col. 1. B. et p. 47. col. 1. B.

n) *Nachrichten von einer hall. Biblioth.* vol. 4. p. 473. *Joh. Molleri* Cimbria litterata tom. 1. p. 489.

o) *Nachrichten von der Braunſchw. Bibelſamlung* p. 625. *Baumgartenii Nachrichten* etc. vol. 6. p. 7.

p) *Le Long* p. 127. col. 1. D.

[Recusam dedit *Panecius*, omissa versione Aethiopica, Arabicam versionem ejusque latinam, ex praecedenti editione, quam soli *Nisselio* tribuit, quia exemplari usus est, in cujus fronte hujus nomen tantummodo apparet. q)

[IX.] * Epistolae Catholicae omnes S. Joannis Arabice ante aliquot secula factae, ex antiquissimo msf exemplari descriptae, et nunc demum latine redditae opera et studio Wilhelmi Bedwelli. Ex officina Raphelengii 1612. 4.

In nota ad calcem Epistolae 1. S. Joannis: Interpres Arabs transtulit Syriacum Testamentum, non Graecum, ut ex multis locis conferenti patebit. Ideo septimus versus cap. V. desideratur apud Arabes, quia etiam apud Syros desideratur.

Hae omnes epistolae (*inquit Waltonus*) r) cum *Erpenii* editione conveniunt, unde secundum versionem Antiochenam (*seu Syriacam*) descriptae sunt; quod et *Bedwellus* innuit, cum scribat non Graecum sed Syriacum Testamentum Arabem hunc transtulisse. Unde quae optime a Syris redduntur, ea ab Arabe quoque ad verbum reddita sunt; ubi hallucinatus est Syrus, ibi et Arabs a scopo aberravit longius.

[X.] * Epistolae S. Johannis Arabice et Latine, Jonae Hambraei. Parisiis. Vitré. 1630. 16.

[XI.] * Epistolae S. Johannis Arabice et Latine, Jonae Hambraei. Parisiis. Vitré. 1672. 16.

Eadem forsan editio, sed diversa versio ab ea, quae legitur in Bibliis Polyglottis. s)

[XII.] * St. Johannis Apostoli et Evangelistae epistolae Catholicae tres, Arabice et Aethiopice, omnes ad verbum in latinum versae, cum vocalium figuris exacte appositis, quo studiosae juventuti accessus ad hasce linguas expeditior, culturaque earundem uberior conciliaretur. Cura et industria Johann. Georg. Nisselii et Theodori Petraei, Philologiae sacrae linguarumque orientalium φιλομαθων. 1 Corinth. 12, 10. 11. — Lugd. Batav. ex officina Johannis et Danielis Elsevier Academ. typograph. Sumptibus auctorum CIϽIϽCLIV. 4. t)

[Utrique versioni addita est versio latina, et puncta vocalia contextui arabico adjecta sunt. Ad calcem additur: Menda, quae in editionem Erpenianam irrepserunt ex Msc. exemplari, quod ex Bibliotheca Boreliana academia Leidensis sibi comparavit, sic emendavimus etc. u)

[XIII.] * Petri Kirstenii, Vratislaviensis, Philosophiae et Medicinae Doctoris, Epistola S. Judae Apostoli, ex MSto Heidelbergensi Arabico ad verbum translata, additis notis ex textuum Graecorum et versionis latinae vulgaris collatione. Cum Privilegio ad 20. annos. Breslae typis Arabicis et sumtibus Autoris. In officina Baumanniana. Anno IMpressIs BresLae hIs notIs epIstoLae IVDae. (1611.) Fol. x)

[Jam

q) *Baumgartenii Nachrichten* vol. 3. p. 293. Catal. Biblioth. Bunav. tom. 1. p. 8. Index Biblior. Wernigerod. p. 7.

r) Proleg. XIV. §. 23. *Le Long* p. 126. col. 1. B.

s) *Le Long* p. 126. col. 1. D.

t) *Le Long* p. 126. col. 1. B.

u) *Baumgartenii Nachrichten von einer hallischen Biblioth.* vol. 4. p. 471. *Knochii Nachrichten* p. 620.

x) *Le Long* p. 126. col. 1. E.

Jam supra §. XXIV. hujus eruditi Medici mentionem fecimus, qui primum in Germania Linguae Arabicae studium promovere summopere studuit: et deinde in eundem finem in Sueciam abiit. Quae edidit scripta propriis impensis excudi curavit, hinc sunt rarissima. Contextus Arabicus proculdubio ex eodem codice exscriptus est, ex quo *Rutgherus Spey* Epistolam ad Galatas edidit. Typi Arabici sunt majusculi, sine punctis vocalibus. Notae quae sensum vocum Arabicarum illustrant, singulis brevioribus sectionibus sunt subjectae. [y])

S. Judae Apostoli epistolae catholicae versio Arabice et Aethiopice, in latinitatem translata, et punctis vocalibus animata, additis quibusdam variae lectionis notis a Joh. Ge. Nisselio et Theod. Petraeo, sacr. philolog. linguarumque orientalium cultoribus. Dan. 7, 14. — Lugd. Batav. ex officina Joh. et Dan. Elsevier. Acad. Typogr. sumptibus auctorum. CIↃ IↃ CLIV. 4. [XIV.]

Accedunt ad Textum Arabicum observationes philologicae et criticae de contextu Arabico, et ad Aethiopicum itidem observationes nonnullae, quibus nonnulla loca editionis N. T. Aethiopici Romae editi emendantur. [z])

§. XXVII.

Apocalypsis.

* Apocalypsis Johannis Arabice. Impressa.

Extat inter mss. codd. Bibliothecae Bodleianae. cod. 3485.

§. XXVIII.

Evangel. Anniversf.

Lectiones Evangelii per annum cum Homiliis et Calendario, fol. Aleppi impressae sunt sumptibus *Athanasii* Patriarchae Antiocheni. Sine temporis nota. [a])

§. XXIX.

Cantica sacra et alia.

Petri Kirstenl Vratisl. Phil. et Med. Doctoris Decas sacra canticorum et carminum Arabicorum ex aliquot MSStis. Cum Latina ad verbum interpretatione. Accessit quoque Schema, priore luculentius, characterum arabicorum. Cum privilegio ad 20. annos. Breslae, typis Arabicis ac sumptibus authoris. In officina Baumanniana. Orta a nobIs serVes IDIoMata ChrIste. (1609.) 8. [I.]

Cantica sacra e S. Scriptura hausta sunt Canticum Mariae Luc. I, 46-55. Zachariae Luc. I, 68-79. Angelorum Luc. II, 10-14. Simeonis Luc. II, 29-35. Populi Judaici Matth. XXI, 9. Marc. XI, 9. 10. Luc. XIX, 38. Joh. XII, 13. quibus quinque carmina arabica in laudem Dei accedunt. [b])

Plu-

y) *Baumgartenii Nachrichten* etc. vol. 6. p. 8. *Hirtii* orient. und exeget. Biblioth. vol. 2. p. 40.

z) *Nachrichten von einer hall. Biblioth.* vol. 4. p. 474. *Knochii Nachrichten* p. 622.

a) *Assemanni* Biblioth. oriental. tom. 1. p. 631. *Goetzii Merckwürdigk der königl. Biblioth. zu Dresd.* vol. 1. p. 203.

b) *Hirtii* orient. und exeget. Biblioth. vol. 2. p. 42.

Plures Orationis Dominicae verſiones Arabicas jam parte prima inter Polyglotta deſcripſimus. Jam vero, quae nobis innotuere, addimus ſequentes:

[II.] Oratio Dominica Arabice. Fani 1514.

Primus typis Arabicis unquam expreſſus liber proſtat ſub titulo: *Septem Horae Canonicae.* Fani. 1514. in quo pagina 3. Oratio Dominica Arabice exhibetur. Prodiit quidem jam anno 1505. *Petri de Alcala* Dictionarium Arabico-Hiſpanicum, Granatae, ejusdemque Grammatica Arabica, ſ. t. Arte para ligaremente ſaher la lengua Araviga; ſed in utroque opere Arabica charactere latino expreſſa ſunt.

[III.] Oratio Dominica Arabice. Guil. Poſtelli. Pariſiis 1538.

In Ejusdem Grammatica Arabica.

[IV.] Oratio Dominica Arabice. Jac. Chriſtmanni. Neapoli Nemetum. 1582. 4.

In *Jacobi Chriſtmanni* Alphabeto Arabico, cum iſagoge ſcribendi legendique Arabice.

[V.] Oratio Dominica Arabice, *Petri Kirſtenii.* Breslae 1608. F. §. XIX. n. 2.

[VI.] Oratio Dominica Arabice, cum verſione latina interlineari. Ex officina Raphelengii. 1612. 4.

Ad calcem verſionis Arabicae Epiſtolae ad Titum. §. XXVI. n. 4.

[VII.] Oratio Dominica Arabice et Latine. Patavii 1687. 4. §. XVII. n. 2.

[VIII.] ל״ו ראש וסוף Orationis Dominicae in lingua Arabica Analyſis grammatica, juxta Thomae Erpeni Grammaticam Arabicae linguae, utriusque formae, Leidae (1613.) et juxta ejusdem rudimenta in 8. ibidem 1620. cujus numeri intra textum; et 1628. cujus numeri ad marginem, conformata per *Joannem Zechendorff*, Oriental. Linguarum cultorem. תלמוד בלא מעשה אין תלמוד Doctrina ſine opere non eſt doctrina. 4. plag. 2. ſ. l. et a.

Characteres Arabici ligno inciſae ſunt. Singulae precationes Orationis Dominicae ita ordinatae ſunt, ut primo textus Arabicus, ſecundo latina verſio, tertio lectio textus Arabici latino charactere expreſſa, et quarto analyſis grammatica exhibeatur. Doxologia vero tantummodo Arabice et Latine ſiſtitur. Unde Textum Arabicum hauſerit, Cl. *Hirtius*, qui hanc aliasque ejusdem auctoris opellas recenſet, dubius eſt; et e Polyglottis Pariſienſibus eum hauſiſſe autumat, quia textus cum Polyglottis Londinenſibus non conſentit. Verum utraque Biblia Polyglotta eundem habent textum Arabicum: et ſine dubio opella Polyglottis Pariſienſibus aetate praecedit. Inſtituta vero collatio nos docuit, *Zechendorffium* orationem Dominicam e Novo Teſtamento Arabico *Thomae Erpenii* deſcripſiſſe. Idem *Zechendorffius*, ad calcem opellae ſ. t. Incentiva ad gentem litterariam, Cygnae 1640. 4. verba: *In nomine Patris, Filii et Spiritus S.* Latine, Graece, Hebraice, Samaritanice, Chaldaice, Syriace, Arabice, Turcice, Perſice et Coptice edidit. [c])

[IX.] Loca varia V. et N. T. arabice. Franequerae 1733. 4.

In ſpeciminibus Arabicis varii argumenti ad Arabiſmum *Emonis Vriemoet* exhibentur loca ex Deut. XIII. XVIII. Matth. VII. Galat. I. 2 Petr. II. 1 Joh. II. IV. Singula arabice et latine. §. XXX.

c) *Hirtii* oriental. und exeg. Biblioth. vol. 4. p. 284. Nachrichten von einer hall. Biblioth. vol. 5. p. 293. etc.

§. XXX.

Emendationes.

Arabicorum recenſionem antequam dimittimus, in illa, quae *Joh. Georg. Hagemannus* de Librorum Sacrorum editionibus Arabicis lectoribus erudiendis conſecravit, paululum inquirendum eſt. Diſtinxit ille tractationem in duas ſectiones, atque in prima agit de editionibus Veteris Teſtamenti Arabicis. Aſſerit hic ille: [d])

1) Sedente Pontifice *Urbano VIII. Sergium Riſium*, ſecundum Vulgatam Latinam verſionem condidiſſe novam verſionem Arabicam in uſum Maroniticorum Chriſtianorum. Infelici ſane ſucceſſu novam hic creat Chriſtianorum Orientalium familiam (*maronitiſche Chriſten*) quae hactenus non fuit. Plura vero *Riſio* tribuit, quam ipſe ſibi vindicavit; ſiquidem verſionem Arabicam exſtantem tantummodo ad Verſionem Vulgatam revocavit, et lacunas adimplevit. Cum vero *Joannes Baptiſta Giattinus* bona fide faſſus eſſet, Arabicam verſionem non prorſus reſpondere Vulgatae, *Abrahamo Ecchellenſi* et *Ludovico Maraccio* commiſſum eſt, de novo Verſionem Arabicam ad Vulgatam revocare. §. XIII.

2) *Erpenium* Anno 1622. Pentateuchum et Epiſtolam ad Romanos in linguam Arabicam vertiſſe, et Leidae edidiſſe. Quocirca notandum, *Erpenium* nullo modo auctorem utriusque eſſe verſionis, ſed illam tantummodo e MSto codice typis evulgaſſe, Epiſtolam ad Romanos vero non 1622. ſed 1615. typis eſſe exſcriptam. §. XV. n. 2. §. XXVI. n. 1.

3) Societatem quandam Anglicanam Londini Pſalterium lingua Arabica imprimi curaſſe. Qualis vero illa ſit ſocietas, ex iis, quae §. XVIII. n. 13. ſcripſimus, patebit, nimirum ſocietas de propaganda cognitione Chriſti apud exteros.

4) Anno 1745. Callenbergium initium Bibliorum Arabicorum imprimendorum in uſum convertendorum Mahumedanorum feciſſe. Nunquam vero *Callenbergio*, integra Biblia Arabica edere, in animo fuit. Nonnulli Libri ſacri ex inſtituto orientali in vulgus emiſſi ſunt.

In recenſione editionum Novi Teſtamenti ſequentia emendanda ſunt. [e]) 5) In Anglia ſocietatem Eruditorum edidiſſe Novum Teſtamentum Arabicum. Societas vero eadem eſt, quam ſupra nominavimus. Subintelligenda vero hic eſt editio anni 1727. §. XXII. n. 3.

6) Epiſtolam ad Galatas a *Rutgero Spey* arabice eſſe verſam; eamque ab ipſo quoque latine eſſe verſam; verſionem hancce deinde Halae 1749. eſſe typis expreſſam. Quae omnia quam apertiſſime falſa ſunt. Edidit *Spey* ex MSto Arabico Epiſtolam ad Galatas, textui Arabico addidit Verſionem latinam a ſe ex Arabico factam; atque ſic opella prodiit Heidelbergae 1583. 4. §. XXVI n. 3. Scriptum vero, quod Halae prodiit anno 1749. eſt Cl *Chryſandri* hypomnema hiſtorico-philologicum de primo ſcripto Arabico, quod in Germania typis excuſum eſt: Epiſtola Pauli ad Galatas: Ex quo *Hagemannus* ſuam ſibi finxit editionem.

d) Nachricht von den fürnehmſten Ueberſetzungen der H. Schrift p. 55.

e) ibid. p. 101. ſq.

SECTIO VI.

DE

VERSIONE AETHIOPICA.

§. I.

Gens Aethiopica.

Aethiopica gens, quae interiorem Africae partem incolit, ante conversionem ad Christianam religionem parum aliis innotuit. Jam primis temporibus Evangelii praedicationem huc usque penetrasse, exemplum Eunuchi *Candaces* Reginae probat; et qui fata ecclesiae scriptis consignarunt, *Thomam* Apostolum Indis et Aethiopibus sacram annuntiasse veritatem, memoriae prodiderunt. Post eorum conversionem, quam tempore *Justiniani* Imperatoris factam esse statuit *Jos. Scaligerus*, cui tamen contradicit *Brianus Waltonus*, iterum perpauca sunt, quae antiquiores de hac gente referre potuerunt scriptores, cum ad Aethiopiae interiora loca Europaeis aditus haud pateret. Innotuerunt vero gentes tam remotae recentioribus temporibus, postquam Lusitani circa finem seculi decimi quinti navigatione viam ad meridionales et orientales populos detexerunt; quo factum est, ut peregrinatores, absconditas et remotas illas regiones petentes, varia de gente Aethiopica, et de vestigiis veritatis sacrae olim cognitae, memoriae conservare potuerint; quae vero non ubique ejusdem sunt fidei, sed permultis permixta sunt fabulis et figmentis. Referenda huc est illa de *Johanne* Presbytero Aethiopiae rege fabula, quam primum texuit *Petrus Covillarius*, et adauxit *Franciscus Alvaresius*; [a]) nec non illa de duodecim Archiepiscopis et LXXII. Episcopis inter Abyssinos fabulosa relatio, quam explodit *Michael Geddesius* [b]). Meliora et saniora nobis dedit *Iobus Ludolfus* [c]), qui ex relatione Abbatis *Gregorii* Aethiopis, et relatione *Tellezii* [d]) aliisque fontibus sua hausit.

§. II.

a) Historia de las Cosas de Etiopia, en las qual se cuenta muy copiosamente, el estado y potencia del Emperador della, (que es el que muchos an pensado ser el Preste Juan) etc. en Anvers 1557. 8.

b) The Church - history of Ethiopia. London 1696. 8.

c) Historia aethiopica, sive brevis et succincta descriptio regni Habessinorum, quod vulgo male Presbyteri Johannis vocatur, in qua libris quatuor agitur, de natura et indole regionis et incolarum; de regimine politico, regum successione etc. de statu ecclesiastico, initio et progressu religionis christianae; de rebus privatis, literatura, oeconomia etc. Francofurti ad Moen. 1681. fol.

d) Historia generalis Aethiopiae superioris. Coimbrae 1660. fol. Lusitanice.

§. II.

Lingua.

* Lingua Aethiopica, in quam tota ſcriptura ſacra pridem translata eſt, non eſt quae apud Aethiopes nunc eſt vulgaris (Amharana haec vocatur), ſed vetus Aethiopica, quae relicta Axuma Tigrenſium metropoli in uſu vulgari eſſe deſiit. *Joannes Potken* eam nominavit linguam Chaldaicam, et characteres Aethiopicos Chaldaicos: forte ob linguae ſimilitudinem id factum; quamvis cum Chaldaica non magis, quam cum Hebraica aut Syriaca conveniat, Arabicae enim maxime cognata ac ejus velut propago eſt; iisdem pene regulis grammaticalibus comprehenditur. e)

[Multa de lingua Aethiopica ejusque variis dialectis erudite diſputavit *Brianus Waltonus* f), quocum jungendus eſt *Iobus Ludolfus* in Diſſertatione de origine, natura et uſu linguae aethiopicae. g) *Potkenius*, qui primus Pſalterium lingua aethiopica excudi curavit, linguam ipſam chaldaicam appellavit, non tam errore ductus, quam potius exemplo Aethiopum permotus. Ipſos enim Aethiopes linguam ſuam vocare Chaldaicam, ut quae a Chaldaea Babylonica exoriatur, et Hebraicae quam ſimilis eſt, a qua non ſecus quam Syriaca, Arabica ac etiam Babylonica, quam etiam Aſſyriacam appellant, originem ducit, teſtatur *Marianus Victorius* Epiſcopus Reatinus, qui primus linguae Aethiopicae grammaticam edidit. h) In locum antiquae linguae aethiopicae, quae hodie erudita et ſacra Aethiopum eſt, ſucceſſit dialectus ſeu lingua Amharica, quae hodie eſt Habeſſinorum vernacula; cujus praecepta grammatica idem evulgavit *Iob. Ludolfus* i). Unica eſt lingua orientalis, aliis linguis, Hebraeae, Chaldaeae, Syriacae et Arabicae cognata, quae a ſiniſtra ad dextram ſcribitur, et litteras non punctis animat, ſed vocales certis characteribus, uti occidentales linguae exprimit. Imitati enim ſunt Aethiopes in modo ſcribendi Graecos, a quibus litterarum formas mutuo acceperunt: quamvis ipſa gens ab Arabicis deſcendat, atque lingua ad alias orientales, Hebraicam et Arabicam proxime accedat. Interim et ipſam linguam graecam ad minimum proceribus populi Aethiopici ſatis notam fuiſſe, ex exemplo Eunuchi Reginae Candacis ſatis probari poteſt.

§. III.

Antiquitas.

* Aethiopica Bibliorum verſio tempore Apoſtolorum confecta. Petrus *Victor Cajetanus* haec ait: k) „Ac primum quidem de illius antiquitate „non eſt quod dubitemus; quando jam inde uſque a Chriſti temporibus et „Apoſtolorum erat ſacer Prophetiarum contextus iſto idiomate Aethiopico „in manibus Eunuchi illius Reginae Candacis conſcriptus.„ Quid ad haec

 ſta-

e) Haec excerpta ſunt ex *Ludolfo* lib. 1. c. 15. hiſt. Aethiop n. 6. 10. 11. 20. *Le Long* p. 127. col. 2. A.

f) Prolegom. 15. §. 6.

g) Praemiſſa grammat. Aethiop. Francof. 1702. fol.

h) Romae 1550. et iterum 1630.

i) Francofurti 1698. fol.

k) Paradigm. de lingua Aethiopica pag. 160.

ſtabilienda Victoris Palmae auctoritas mille et quingentos poſt annos, quam haec geſta eſſe finguntur, aſſerentis? ' l)

[Eunuchum illum Jeſaiae Prophetiam in itinere legiſſe, certo ex relatione Lucae Actor. VIII. conſtat. Sed quanam lingua illam legerit, Hebraice vel Graece, vel Aethiopice, idem ſcriptor nobis haud indicavit. Interim verba ipſa a Luca relata e verſione ſeptuagintavirali deſumpta ſunt. Hinc Eunuchum iſtum graecam verſionem Eſaiae ad manus habuiſſe, eumque graecum ſermonem intellexiſſe, conjici poteſt. Eruditorum vero, referente *Millio*, de antiquitate verſionis hujus haud una eſt ſententia. Paulo quidem a ſuſcepta ab Aethiopibus fide chriſtiana confectam eam fuiſſe, ultro dant plerique; quando vero contigerit haec converſio, apud ipſos haud convenit: aliis eam ad *Juſtiniani* Imp. annum XXV. (ſive Chriſti DLI. aut DLII.) referentibus; aliis ad Apoſtolorum ferme tempora; Editoribus ipſius verſionis ad annum ſalutis CCXLV; *Gregorio* denique, *Ludolfi* familiari amico, cui prae coeteris omnibus, gentis illius ritus, Libri ſacri, reliquaque id genus penitius perſpecta erant, ad D. *Athanaſii* tempora. Conſtat certe *Frumentium* ab *Athanaſio* creatum fuiſſe primum Auxumitarum apud Aethiopas Epiſcopum. Neque vero probabilitate ſua carent reliqua πατροπαράδοτα, quae ab ore *Gregorii* ſui ſcribit *Ludolfus*, nempe poſt factam a *Frumentio* populi iſtius converſionem, jactaque apud ipſos fundamenta fidei, veniſſe ſtatim ex Aegypto aliisque partibus Monachos novem inſigniores, et in Abyſſinia fidem Chriſti publice profeſſos: hos autem Biblia Graeca in Aethiopicam linguam transtuliſſe, idque diſtributa inter ſe opera. m)

§. IV.

Verſio V. T.

* Sacra Scriptura in linguam Aethiopicam ex verſione LXX. interpretum translata fuit; idque ſecundum exemplar quoddam in Eccleſia Alexandrina uſitatum, quod innumerae variae lectiones, quae ex tali exemplari Bibliis Anglorum Polyglottis inſertae ſunt, indicant; ubique enim cum illis congruit verſio Aethiopica, praeſertim in Exodi 38. et 39. capp. quae in aliis codicibus mire ſunt disturbata. — — Veriſimile ſane eſt, Alexandrinae Eccleſiae coloniam codices ſacros Metropolis ſuae ſecutam fuiſſe. n) De auctore et tempore verſionis nihil certi compertum habeo: probabile tamen eſt, eam tempore converſionis Habeſſinorum, vel paulo poſt, non vero tempore Apoſtolorum, ut quidam tradiderunt, concinnatam fuiſſe; et quidem a diverſis interpretibus; quia vocabula rariora et difficiliora, ut ſunt gemmarum nomina, non uno modo in diverſis libris exponuntur. — Eſt qui ſcribit, (*ſcilicet Vansleb͏ius*) in Martyrologio quodam Aethiopico S. Fru-

l) *Le Long* p. 127. col. 2. C.
m) *Millius* proleg. 1189.
n) *Euſebius Renaudot* c. XI. de perpetuo Eccleſiae conſenſu p. 92. etiam adducit rationem, nempe verſionem hanc ex Coptica, proinde ex Graeca 70. Interpretum concinnatam fuiſſe.

Frumentium, quem Abba Salama vocari diximus, authorem versionis haberi. Id priusquam videam, pro certo non affirmaverim. o)

Aethiopica Veteris Testamenti versio (inquit idem *Ludolfus*) p) non secundum Hebraicum Textum, sed secundum Graecam versionem facta est, idque ex ipsa versionum collatione statim cognoscitur; nam sensus Graecorum ubique in Aethiopicis exprimitur; ordo capitum et in Psalmis inscriptiones servantur, et quod omnem tollit dubitationem, voces Graecae difficiliores non explicatae relinquuntur. — — — A quo autem et quando istae versiones factae fuerint, et ex qua potissimum versione Graeca, nondum cognoscere potui, q) diversos autem fuisse interpretes, ex eo apparet, quod res eaedem diversis vocabulis reddantur, aliter in veteri, aliter in novo.

Certum est, (inquit *Eusebius Renaudot*) r) ex quo Mohammedani Aegyptum occuparunt, Aethiopicam Ecclesiam Ecclesiae Alexandrinae Jacobitarum fuisse omnino subjectam, ab eaque libros ecclesiasticos accepisse; qui quidem non erant Graece exarati (ibi enim tum deleta prorsus erat Graecorum memoria) sed Coptica lingua conscripti. Cum autem Coptici ex Graecis fuerint conversi, non mirum est, quod Aethiopicae sacri codicis translationes tantam habeant cum Graeco convenientiam, nec ulterius quaerenda est hujus ratio.

Idem dicit alio loco: s) Librorum sacrorum versionem lingua veteri patria, quae vulgo Gheez dicitur, expressam habere Aethiopes, quae quidem versio licet cum Graeco textu conveniat, non ideo juxta LXX. Interpretum translationem, sed ex versione Coptica concinnata est. t)

[In diversas abeunt viri, quorum in dijudicandis Aethiopicis magna est auctoritas, *Ludolfus* et *Renaudotius*, in definiendo versionis hujus archetypo sententias. Sed *Ludolfo* potius assentiendum esse, suadent argumenta in medium prolata, inprimis voces graecae in ipsa Versione Aethiopica servatae, quae in versione Coptica frustra quaeruntur.

§. V.

Versio N. T.

* Novum Testamentum ex textu Graeco versum quidem habent, sed nondum purum et integrum in Europam est invectum. Romana enim editio ex lacero et mutilo exemplari facta est, cujus lacunas Tesfa-Tseionus ex Graecis et Latinis exemplaribus explere coactus fuit. Hoc observarunt viri quidam eruditi, sed causam ignorantes putaverunt versionem Aethiopicam ex Vulgata Latina factam fuisse. u)

Tu-

o) Ita *Jobus Ludolfus* lib. 3. hist. Aethiopicae cap. 4. n. 2-6.

p) in Epist. ad *Hottingerum* ad calcem Dissert. theol. phil. p. 375.

q) Doctior factus, ex LXX. interpr. translatione conditam scribit, ut supra allatum est.

r) in observationibus suis MSS. ad *Le Longum* missis.

s) p. 541. tom. I. de perpetuo Ecclesiae consensu.

t) *Le Long* p. 127. col. 2. D. p. 128. col. 1. A. B. C. D.

u) *Ludolfus* cap. IV. lib. 3. hist. Aethiop. num. 7.

Tuto afferere poffumus (inquit idem *Ludolfus*) [x]) duas diverfas Verfiones Novi Teftamenti in Aethiopia exftare.

Novum Teftamentum Aethiopicum etfi Syriaco in multis propius accedat textui quam fontibus Graecis, ex illis tamen verifimiliter illud derivatum; abit tamen faepe a contextu Graeco. [y])

[*Joh. Millius* accurate in indolem verfionis N. T. Aethiopicae inquifivit, eamque ex Graeco quidem contextu, fed non ab uno eodemque interprete formatam effe ftatuit: quae fingula infra, ubi ipfam N. T. editionem recenfebimus, exponenda funt. Hoc unicum tantummodo monemus, *Millium* mirificam quandam verfionis iftius cum Alexandrino codice confonantiam obfervaffe, unde verfionem ex Codicibus longe vetuftiffimis, et fi mavis, primaevis expreffam fuiffe colligit. [z])

§. VI.

Auctores Verfionis.

* Quis verus auctor fuerit Aethiopicae Bibliorum verfionis? Poeta Aethiopis Salamam habet, alii novem viros fanctos alibi a nobis memoratos. Deinde quis ille Salama fuerit? Metropolita Aethiopiae vocatur, et tanquam Chriftianae religionis inftaurator defcribitur, quod foli *Frumentio* competit, qui alio nomine *Salama* dictus fuit. — Multo magis confentaneum arbitror, novem illos fanctos, Chriftianifmi in Aethiopia propagatores, Biblia Graeca Aethiopice reddidiffe, idque diftributa inter fe opera. [a])

§. VII.

Verfio ex Arabico Textu.

* Aethiopica Sacri Codicis interpretatio ex Lingua Arabica. Scribunt PP. Societatis [b]), quod novem illi fancti, quorum fupra mentio facta eft, Sacram Scripturam ex Arabica in Chaldaicam (*id eft, Aethiopicam*) linguam transtulerint. Reperiuntur etiam carmina, quae de verfione librorum (ut puto) facrorum ex Arabica in Aethiopicam linguam facta teftantur. [c]) Fateor (*pergit Ludolfus*) me hic non parum haerere; equidem facram Scripturam hic intelligi verifimile eft, — attamen Aethiopica tam Veteris quam Novi Teftamenti verfio, quae in Europa habetur, ex Arabica lingua nullo modo facta dici poteft. Pentateuchus MS. Pfalterium et quotcumque Libri Biblici impreffi extant, contrarium plane evincunt. Omnes enim Graecam maxime codicis Alexandrini verfionem preffe et κατα ποδα fequuntur. *Adductis quibusdam exemplis addit:* Hinc firmiter inferri poteft, quod translatio Aethiopica non ex ifta (Arabica) fed ex Graeca potius concinnata fuerit. —

qui-

x) p. 297. ejus comment. num. 6.

y) *Joh. Henr. Hottingerus* Differt. 3. de translat. Bibl. in ling. vernac. p. 241. *Le Long* p. 128. col. 2. E.

z) Proleg. n. 1190.

a) *Ludolfus* p. 296. Comment. hift. Aeth. *Le Long* p. 128. col. 2. B.

b) In Epift. annuis de anno 1607. 1608. lib. 1. c. 15. p. 28.

c) Hos legere quisque poteft apud *Ludolfum* p. 295. Comment. hift. Aethiopicae, ex quo haec exfcripta funt.

quibus omnibus bene consideratis asserendum censeo, per libros sacros ex Arabica Lingua in Aethiopicam translatos, non Biblia, sed Constitutiones et Canones, qui Apostolorum nomine apud Aethiopes aeque ac apud nos veniunt, intelligi debere. [d])

§. VIII.

Biblia Tegrana.

* Biblia Lingua Tegrana sive Tigrensi, quae nunc Vulgaris Abyssinorum est Dialectus. „*Franciscus Alvares*, qui multis annis apud Aethiopes „vixit, affirmat in libro cui titulus: *Vera informatio de Presbytero Joanne*, „Lusitanice scripto, ipsos scripturam legere lingua Tegiana, quae Abyssino„rum est dialectus — — — in quam tam Vetus quam Novum Testamen„tum translata fuisse ex Chaldaica vel Syriaca affirmat Sabellicus in Suppl. „Historiae libro 8.„ [e])

Lingua Tigrensium olim vernacula fuit, cum Reges Axumam Tigrae metropolin inhabitarent; ideoque veluti totius regni et aulae palmaria, primum scribi coepta. Illa omnes omnino Libri tam sacri quam profani, in oratione soluta et ligata exarati fuerunt, et etiamnum exarantur, in eam tota scriptura sacra pridem translata sunt. Quod vero aliqui scripserunt, Habessinos legere scripturam sacram lingua Tegiana, id mendosum est, pro Tegrana seu Tigrensi lingua, atque de Aethiopica nostra accipiendum. [f])

§. IX.

Libri typis excusi.

Integra Biblia Aethiopice versa inter Aethiopes exstare dicuntur, nec est, cur iis, qui e tam remotis regionibus Romam venerunt, hac in re fidem denegare vellemus. Sed integra Biblia ad Europaeos transiisse, et in Bibliothecis adservari, adfirmare haud audemus. Qui enim ab auctore nostro recensentur Codices MSti, non singulos libros sacros, sed tantummodo partes Sacri Codicis habent. Simili modo typis excusae sunt nonnullae partes codicis, quas hic ordine recensebimus.

§. X.

Genes. Aethiopice.

* Geneseos capita IV. Aethiopice, per G. Othonem. Francof. 1702. 4. [I.]
Vide inter Polyglotta. [g])

* Geneseos capita IV. priora, cum versione latina duorum priorum, studio Theodori Petraei. Lugduni Batavorum sumptibus authoris. 1660. 4. [h]) [II.]

[Non

d) Idem ibidem p. 296. *Le Long* p. 128. col. 2. C.

e) Ita *Hottingerus* lib. 3. part. 2. c. 16. Biblioth. Orient.

f) *Ludolfus* hist. Aeth lib. 1. c. 15. *Le Long* p. 129. col. 1. A

g) Part. I. c. III. §. XIV. n. 2. *Le Long* p. 130. col. 2. B.

h) *Le Long* ibid.

[Non feorfim prodiit haec opella, quam *Bürcklinus* recufam dedit, fed Prophetiae Jonae addita eft. v. §. XV.

[III.] * Quatuor prima capita Genefeos Aethiopice et Latine, in ufum Studioforum Aethiopicae Linguae edita a M. Georgio Chriftiano Bürcklino. Francofurti ad Moenum typis et fumptibus Johannis Wuftii. Anno M. DC. XCVI. 4. [i])

[Praefatio: Cum multi orientis Lingg. ftudiofi cognita Aethiop. Ling. facilitate et praeftantia, me rogaverint, ut aliquid pro Grammatices exercitio linguae illius ederem, vifum mihi fuit, quatuor prima Capita Genefeos, antehac a *Petraeo*, cum priorum duorum tantum capitum interpretatione edita, et Jonae Vati typis impreffo, annexa, eaque longe correctius et exactius verfa, nunc rurfus in lucem dare, adjutus manufcriptis et notis Viri rariffimae eruditionis — *Iobi Ludolfi*, linguae hujus inftauratoris feliciffimi, qui cuncta ad hanc rem facientia benevolentiffime mecum communicavit. Is Pentateuchum integrum Aethiopice manufcriptum poffidet, et fi repertus fuerit, qui fumptus impreffionis facere velit, eum publico non denegabit.„ Ad calcem in ultimo folio quinque adduntur obfervationes.

[IV.] * Quatuor prima capita Genefeos Aethiopice et Latine ftudio Benedicti Andreae Staudacheri. Francofurti ad Moen. apud Martinum Fulde. 1707. 4. [k])

[Recudi curavit *Staudacherus Theodori Petraei* Jonam Vatem, cui adhaerent IV. capita Genefeos; fed iteratae editioni non addita funt; feorfim itaque anno fequenti emiffa videntur. v. §. XV.

§. XI.

Ruth Aethiopice.

* Liber Ruth, aethiopice, e vetufto manufcripto recens ex Oriente allato erutus et latinitate fideliter donatus, nunc primum φιλογλωσσων χαριν in lucem editus a Joh. Ge. Niffelio. Lugduni Batavor. typis et impenfis Authoris CIϽIϽCLX. 4. [l])

[*Niffelius*, *Petraei* amicus, cui et Biblia Hebraica debemus, linguarum orientalium ftudio et vitam et facultates confecravit, variasque edidit opellas propriis fumptibus, quae, quia paucos, qui emerent, invenerunt, hodie rariffime repeRiuntur. [m])

§. XII.

Pfalterium Aethiopice.

[I.] * Pfalmi et Canticum Canticorum Aethiopice, ftudio Joannis Potken, cum ejus praefatione latina. Romae 1513. 4. [n])

[Ita *Le Long*. Sed in ipfo libri frontifpicio nullus exftat titulus; folus confpicitur Davides Pfallens, ligno incifus. Ex praefatione *Johannis Potken* Praepofiti ecclefiae Sancti Georgii Colonienfis fequentia hic notabimus: „— — — Quae res „mihi

i) *Le Long* p. 130. col. 2. A.
k) *Le Long* ibid.
l) *Le Long* p. 130. col. 2. B.
m) Nachrichten von einer hall. Biblioth. vol. 4. p. 476.
n) *Le Long* p. 130. col. 2. B.

„mihi biennio vix elapſo Rome accidit. Nam cum nonnullos habitu et colore Ae„thiopes, qui ſe Indos appellabant, pſallentes, ac Dei genetricem et ſanctos quam „plures, preſertim Apoſtolos, per eos inter pſallendum nominari advertiſſem, non „ſine difficultate ab iis didici, ipſos in eorum ſacris chaldeis litteris uti. Querens „itaque interpretem, per quem cum eis loqui plenius poſſem, nec illum in urbe „gentium olim domina, etiam neque inter Hebreos quidem reperiens idoneum, „demum ab ipſis erudiri, quoquo modo fieri poſſet, ſtatui. Nec me mea fefellit „ſpes. Tantum namque me ab eis didiciſſe mihi perſuadeo, ut deo duce pſalterium „David in ipſa vera lingua chaldaca imprimi curare, in eorum qui peregrinas linguas „noſſe cupiunt, oblectationem valeam. — Nec, vos oro, a ſtudio retrahat, quod „et nonnullos hebreos, et qui ab eis linguam chaldeam ſe didiciſſe exiſtimant chri„ſtianos, me calumniaturos video, quod he, quas vobis tradere nitor, non ſint lit„tere chaldee. — Id etiam preterire nolo, quod hac tempeſtate viginti populi vel „circa Ethiopiam, que ſub Egypto eſt, et alia loca auſtralia, preſertim ad Nilum et „Gion flumina, et inter illa ac citra et ultra equinoctionalem circulum ſub zodiaco „incolentes, et totidem maternis ſeu vulgaribus inter ſe differentibus linguis utentes, „omnes in eorum ſacris hac chaldea utuntur lingua — qui populi etiam omnes „presbytero Joanni tanquam eorum Patriarche in Spiritualibus, regi vero Indorum „et Ethiopum, cujus regia et primaria civitas Auxuma eſt, et tempore Ptolomei „fuit, et eorum lingua Achſum nominatur, in temporalibus parent. Impreſentia„rum eis imperat David rex adoleſcens, Noad Patris et Schendri avi ſucceſſor.„ Accedunt cantica ſacra e Sacra ſcriptura deſumta, quibus ſubjicitur: „Impreſſum eſt „opuſculum hoc ingenio et impenſis Joannis Potken prepoſiti eccleſie Sancti Georgii „Colonien. Rome per Marcellum Silber alias Franck, et finitum die ultima Junii „Anno Salutis M.D.XIII.„ Additur denique Canticum Canticorum Aethiopice, de quo editor ſequentia addit: „— cum ante paucos dies duo libri chaldei, in quo„rum utroque Cantica Canticorum continebantur, meas in manus incidiſſent; illos„que primo inter ſe et deinde cum translatione noſtra latina contuliſſem: comperio „quod et inter ſe concordarent, et ab ipſa noſtra translatione in aliquo, quod nota „dignum ſit, non differrent, decrevi illa — impraeſſioni dare, alia paſſim daturus, „ſi eorum, qui me in hoc meo chaldaico ſtudio imitantur, numerum creſcere ſenſe„ro. Unum hoc admonuiſſe volo, quod Chaldei cantica hujusmodi, quae nos in „octo partimur, in quinque duntaxat dividunt capitula. Valete. Finitum Romae „die X. Septembris Anno chriſtianae ſalutis MDXIII.„ Quibus Alphabethum et brevis introductio in lectionem linguae Aethiopicae ſubjungitur. Primus eſt in Europa propriis Aethiopum characteribus impreſſus liber. Cur linguam Aethiopicam Chaldaicam nominarit, jam ſupra §. II. monuimus. o)

* Pſalterium Aethiopice cura Joannis Potken. Coloniae 1518. Fol. p) [II.]

 [Jam

o) *Nachrichten von einer hall Biblioth.* Vol. 8. p. 473. *J. G. Hagemanni Nachrichten von den fürnehmſten Ueberſetzungen* p. 58. *Merckwürdigkeiten der königl. Biblioth. zu Dresden*, vol. 1. p. 20. *Knochii Nachrichten* etc p. 639. *Freytagii* analecta litteraria de libris rarioribus p. 717.

p) *Le Long* p. 130. col. 2. C.

[Jam inter Polyglotta recenſuimus hanc ſecundam Pſalterii Chaldaei ſeu Aethiopici editionem, de qua editor in praefatione: „— cumque maximam Indiae „majoris, quae et Aethiopia ſub Aegypto eſt, Regis, a puero audiſſem, eſſe poten„tiam — linguam ipſam chaldaeam ab ipſis (*Aethiopibus*) ad tantam ſufficientiam di„dici, ut mihi perſuaderem, me poſſe Pſalterium David, arte impreſſoria edere, ut „et quinquennio vix exacto Romae edidi: ſed cum homo germanus, in patriam poſt „multa luſtra reverſus, patriae me fateor debitorem: Pſalterium ipſum, non modo „in hac chaldaea, per me in Europam importari coepta, ſed et hebraea et graeca ac „latina linguis imprimi curavi — — retegens etiam quod graeca, latina et chaldaea „translationes ex LXX. interpretibus, non ex hebraea veritate deſcenderunt. Ad„jutorem in his habui *Johannem Soter*, alias *Heyl*, affinem meum chariſſimum, harum „quatuor linguarum ſtudioſum.„ Nomine linguae Chaldaicae deceptus *Joſ. Simlerus*, Pſalterium Chaldaicum aethiopicis characteribus impreſſum eſſe ſcribit, cujus veſtigia premit *Anton. Poſſevinus.* q)

[III.] * Pſalterium Aethiopice cum notis Edmundi Caſtelli variisque Lectionibus. Londini 1657. Fol. r)

[In Bibliis polyglottis ex duplici editione *Potkenii* cum MSto Pocockiano collata. s)

[IV.] * Pſalterium Davidis Aethiopice et Latine, cum duobus impreſſis et tribus MSStis codicibus diligenter collatum et emendatum, nec non variis Lectionibus et Notis philologicis illuſtratum, ut in praefatione pluribus dicetur. Accednnt Aethiopice tantum Hymni et Orationes aliquot Vet. et Novi Teſtamenti, item Canticum Canticorum, cum variis Lectionibus et notis cura Iobi Ludolfi. Francofurti ad Moenum, proſtat apud Johannem David Zunner et Nicolaum Wilhelmum Helwig. Typis et ſumtib. Autoris impreſſit Martin Jacquet. Anno Chriſti CIↃ IↃCCI. 4. t)

[Uſus eſt *Ludolfus* linguae Aethiopicae in Europa reſtaurator editione duplici *Potkenii*, quae multis mendis referta hic emendatior prodit, ad manus ipſi praeterea fuere tres Codices MSti, Pocockianus, Berolinenſis et Amſtelodamenſis. Συνεργον in opere habuit *Joh. Henricum Michaelis*, poſtea Profeſſorem in Academia Halenſi, qui tantos in lingua Aethiopica brevi fecit profectus, ut ipſi Pſalmorum verſionem Latinam tuto committere potuerit. Ille laborem libens in ſe recepit, et quidem ita, ut pro linguae Aethiopicae ſtudioſis verba verbis redderet, nihilominus ſenſu poſcente ellipſes Orientalibus ſolitas aliaque noſtro ſtylo accommodaret, denique particulas noſtro more efferret. Sequitur Contextus Aethiopicus verſionem graecam, hinc ordo et numerus Pſalmorum idem eſt, qui apud Graecos: et ipſa verſio optime cum Codice Alexandrino conſentit. In exprimendo Textu Aethiopico ſtichi ſeu verſus *Potkenii* ſunt ſervati, et e regione Verſio latina ita poſita eſt, ut ſtichus ſticho ſeu verſus verſui reſpondeat. Accedunt p. 320. Canticum Moſis I. II. III.; Canticum Hannae; Oratio Hiskiae et Manaſſis; Oratio Jonae; Aſariae; trium pueroro-

q) Conf. Part. I. c. III. §. XXVI. *Simleri* Biblioth. p. 407. *Poſſevini* apparat. S. tom. 2. p. 242.

r) *Le Long* ibid.

s) Part. I. c. III. §. XVI. Conf. infra §. XIV.

t) *Le Long* p. 130. col. 2. D.

rorum; Habacuci; Esaiae: Hymni Mariae, Zachariae et Simeonis, et denique Canticum Canticorum: quae omnia Aethiopice sine versione latina prodiere. Sequuntur denique p. 345. etc. Variae lectiones et notae ad Psalterium Aethiopicum. Unica tantummodo est editio Aethiopico-latina, *Ludolfo* et *Michaelis* communis; quam duplicem fingit *Hagemannus*, alteram a *Ludolfo* et alteram a *Michaelis* procuratam. u)

* Psalterium Aethiopice cura Iobi Ludolfi. Francofurti ad M. 1701. 4. x) [V.]

[Eadem prorsus editio textus Aethiopici; quam in usum Aethiopum procuravit *Ludolfus*, sine titulo latino, versione latina et notis philologicis, de qua ipse in praefatione latina: „Igitur nos boni publici studio ducti, quandoquidem antiqua illa „exemplaria (*Potkenii*) jam dudum defecere, novam editionem Psalterii cum anne„xis moliti sumus. Ut autem Habessinis id valde cupientibus, at typographia desti„tutis, gratum officium praestaremus, sat multa exemplaria Aethiopice tantum im„primi curavimus: pro nostratibus vero Aethiopismi studiosis, versionem et notas „philologicas, quanta fieri potuit diligentia, addidimus.„ Ejusmodi exemplaria per Belgas in Aethiopiam transmitti curavit; unde in nostris terris quam rarissime apparent. y)

§. XIII.

Psalmi singuli.

Specimen Psalterii Aethiopici secundum veram orthographiam et analogiam grammaticam linguae Aethiopicae cum versione latina literali, quanta fieri poterit diligentia edendi. Lectiones variantes e codicibus impressis et MSStis tribus, nempe A. Amstelodamensi, B. Berolinensi et P. Pocockiano collectae: nec non notae philologicae tunc simul adjungentur; prout in praefatione futura pluribus declarabitur. Primi quinque Psalmi hic tantum exhibentur. Versus Potkenii seu commata (ut vocant) in Aethiopicis retinuimus: At in versione latina distinctiones Textus Hebraici, ad genuinum ejus intellectum necessariae, adhibitae fuerunt. Francofurti ad M. A. 1699. 4.

 Pro-

u) *Nachrichten von einer hall. Biblioth.* vol. 8. p. 477. *Knochii hist. crit. Nachrichten* p. 637. Acta Erudit. Lips. 1705. p. 64. De vita *Ludolfi* conf. *Christiani Junckeri* commentarius de vita scriptisque ac meritis *Jobi Ludolfi*, Lips. 1710. 8. Act. Erudit. Lips. 1710. p. 263. *J. P. Niceronii Nachrichten von berühmten Gelehrten*, vol. 3. p. 142. etc. *Joh. Fabricii* hist. biblioth. vol. 4. p. 76. 77.

x) *Le Long* ibid.

y) *Nachrichten von einer hall. Bibl.* vol. VIII. p. 478. Non plures exstant Psalterii Aethiopici editiones, quam hactenus recensuimus. Ad editiones suppositiias referendae sunt editiones a *J. G. Hagemanno* in *Nachrichten von den fürnehmsten Uebersetz.* p. 58. recensitae: nimirum editiones Genuenses de A. 1516. et 1518. in quibus versio Aethiopica textui hebraico et versioni graecae et latinae juncta dicitur; et editio Halae Saxon. 1701. Prior enim prodiit quidem Genuae 1516. sed illa est *Octaplus Justiniani*, conf. Part. I. c. III. §. XXV. Altera anni 1518. non Genuae sed Coloniae prodiit, et est *Potkenii* editio; ultima nunquam exstitit, sed exinde orta est, quod *Joh. Henr. Michaelis* Halae Saxonum officio sacro praefuit.

Prodromus Pfalterii fupra recenfiti, ad cujus calcem pag. 8. notatur: „fi „vel Vir doctus, vel Bibliopola quidam fuerit, qui fumtus impreffionis hujus ope- „ris facere velit, ftatim fubjici poterit.„ *Ludolfi* nomen quamvis nullibi appareat, certum tamen eft, eum hoc fpecimen emififfe; provocat enim ipfe in praefatione Pfalterii ad fpecimen, quod ante biennium publici juris fecerit. Textus fimili modo ut in Pfalterio difpofitus eft.

§. XIV.

Cant. Cantic. Aethiop.

[I.] * Canticum Canticorum Aethiopice, cura Joh. Potkenii. Romae 1513. 4. v. §. XII.

[II.] * Canticum Canticorum Schelomonis aethiopice e vetufto codice fumma cum cura erutum, a quam multis mendis purgatum ac nunc primum latine interpretatum: cui in gratiam arabizantium appofita eft verfio Arabica cum interpretatione latina, ut et Symbolum S. Athanafii vocalium notis infignitum a Joh. Ge. Niffelio Palat. Lugduni Batavorum: typis auctoris. CIƆIƆCLVI. 4.

Haec verfio latina juxta Ludolfum indocta. z)

[Jam fupra Sect. V. §. XX. hujus editionis mentionem fecimus, quippe quae praeter verfionem Aethiopicam etiam Cantici Canticorum verfionem Arabicam fiftit. Utriusque verfionis latinae Auctor eft *Niffelius*, qui Symbolo Athanafii adjecit Canticum Zachariae et Simeonis, Canticum Annae, Canticum trium puerorum: Canticum Efaiae et Canticum Mariae; quibus accedit Canticum Habacuci aethiopice, fingula fine verfione latina, et demum fymbolum Athanafii arabice et latine.

[III.] * Canticum Canticorum Aethiopice et Latine, cura Edm. Caftelli. Londini 1657. fol. a)

[In Bibliis Polyglottis Anglicanis. De *Edmundi Caftelli* conatibus Aethiopicis fequentia habet Ludolfus in *praefat.* Pfalterii aethiopici: „Librorum Aethiopico- „rum editio in Bibliis Polyglottis illi demandatis erat; at ille, adminiculis ad perfe- „ctam hujus linguae cognitionem neceffariis carens, mendofa a recte fcriptis difcernere „non poterat; ut multa vocabula diverfis quidem, at unifonis literis exarata, et men- „dofa plurima inter varias lectiones referret, in multis etiam graviter hallucinaretur.„

[IV.] * Canticum Canticorum Aethiopice cura Joh. Ludolfi. Francofurti 1701. 4. §. XII.

§. XV.

Prophetae Aethiopice.

[I.] * Prophetia Joel, Aethiopice, interpretatione latina ad verbum donata, et perbrevi vocum hebraicarum et arabicarum harmonia illuftrata: labore et ftudio M. Theodori Petraei Cimbri. Lugduni Batavorum, fumptibus Auctoris et typis Niffelianis. CIƆIƆCLXI. 4. b)

[Non folum verba hebraica et arabica, fed et fyriaca, chaldaica, coptica et graeca, quae Aethiopicis refpondent, ad marginem adfcripta funt. Textum Aethiopicum

z) *Le Long* p. 130. col. 2. D.

a) *Nachrichten von einer hall. Bibl.* vol. 4. pag. 475. *Knochii hift. crit. Nachrichten* p. 623.

b) *Le Long* p. 130. col. 2. E.

picum ex antiquo codice defcripfit editor, quem de verbo ad verbum latine reddidit. c)

* Prophetia Jonae ex Aethiopico in Latinum ad verbum verfa et notis atque adagiis illuftrata. Cui adjunguntur quatuor Genefeos capita e vetuftiffimo manufcripto aethiop. eruta nunc primum ἀνατολικογλωσσοφιλομαθῶν χάριν publicata a M. Theod. Petraeo Flensburgo-Holfato. Lugdun. Batav. Sumptibus auctoris et typis Niffelianis CIƆIƆCLX. 4. d) [II.]

[Textum Aethiopicum et verfionem ejus latinam excipiunt annotationes, et viginti adagia cum explicatione. Duo priora Genefeos capita fingulis lineis fubjectam habent verfionem latinam: duo fequentia fine verfione exhibentur. e)

* Jonas Vates Aethiopice et Latine, cum gloffario Aethiopico-harmonico in eundem et IV. Genefeos capita priora, editus a Benedicto Andrea Staudachero, Onoldo-Franco. Francofurti ad Moenum. Excudebatur typis Johannis Philippi Andreae. Anno MDCCVI. 4. f) [III.]

[Ex praefatione. „Haec cum ita fint, a ftudiorum meorum ratione non „alienum putavi, fpecimen aliquod in lingua Aethiopica edere, cum illius utilitas a „doctiffimis viris fatis jam demonftrata fit. Elegi materiam et brevitate et raritate „commendabilem, Jonam Prophetam, multis abhinc annis a Petraeo primum luce „donatum, qui vero jam diu latere cepit, ut vix ejus copia haberi poffit. Mutatis iis quae male affecta videbantur, addidi breve aliquod Lexicon, in quo cognationem vocum cum coeteris orientalibus linguis, hebraica praefertim et arabica, „quantum fieri potuit oftendi. Inferui etiam gloffarium in quatuor priora Genefeos „capita.„ Ipfa vero Genefeos capita, quae priori editioni addita funt, hic defiderantur. g)

* Prophetia Sophoniae, fumma diligentia ad fidem vetuftiffimi MS. Codicis fideliter in latinum verfa; nunc primum ex Oriente cum reliquis Prophetis minoribus in Europaeam allata, et in litterarii orbis commodum publici juris facta a Joh. Georg. Niffelio, Palatino Linguar. Oriental. φιλομαθῆ. Lugduni Batavorum typis et impenfis Niffelianis. CIƆIƆCLX. 4. h) [IV.]

[Solus Textus aethiopicus cum verfione latina hic exhibetur. i)

* Vaticinium Malachiae, Prophetarum ultimi, Aethiopice, latino idiomate ad verbum donatum, et ad ufum ac captum τῶν φιλογλώσσων accommodatum: nunc primum publici juris factum a M. Theodoro Petraeo Cimbro. — Lugduni Batavorum fumptibus auctoris et typis Niffelianis. CIƆIƆCLXI. 4. k) [V.]

[Diftinguitur haec opella a praecedentibus. Exhibet quidem textum aethiopicum ejusque verfionem latinam, fed ita, ut ad imitationem Bibliorum Ariamontanorum

c) *Baumgartenii Nachrichten von merckw. Büchern* vol. 6. p. 6.

d) *Le Long* p. 131. col. 1. A.

e) *Nachrichten von einer hall. Bibl.* vol. 4. p. 477.

f) *Le Long* ibid.

g) Nachrichten von einer hall. Bibl. vol. 4. p. 480. De vita Editoris Onoldini 1736. defuncti conf. Acta hift. ecclef. vol. 2. p. 265. Ab *Le Long* refertur editio per errorem typographicum ad annum 1607. pro quo legendum 1706.

h) *Le Long* ibid.

i) *Baumgartenii* Nachrichten von merckw. Büch. vol. 6. p. 6.

k) *Le Long* ibid.

norum, latina verſio ſingulis verbis aethiopicis ſuperimpoſita ſit. Ultima pagina ſiſtit commata 7. priora capitis LVI. Eſaiae. [l])

§. XVI.

Novum Teſtamentum Aethiopicum.

[I.] * Teſtamentum novum cum Epiſtola Pauli ad Hebraeos tantum cum concordantiis Evangeliſtarum Euſebii et numeratione omnium verborum eorundem. Miſſale cum benedictione. etc. — Quae omnia Fr. Petrus Aethiops auxilio piorum ſedente Paulo III. Pont. Max. et Claudio illius regni imperatore imprimi curavit anno Salutis MDXLVIII. 4.

Novum Teſtamentum cum concordantiis Evangeliſtarum Euſebii lingua *Gheez*, id eſt libera, et quae vulgo dicitur chaldaea (verius Aethiopica), ſcilicet quatuor Evangelia, Apocalypſis, Epiſtolae Canonicae, Epiſtola ad Hebraeos et Actus Apoſtolorum, cum praefatione latina, in qua Auctor (Fr. Petrus Aethiops) ait: „Habes „hic Chr. Lector ſanctum evangelium et coetera novae legis opera Aethiopico idio„mate, Aethiopicis characteribus impreſſa..„ Ad calcem legitur: „Impreſſum eſt „opus hoc Romae per Valerium Doricum et Ludovicum fratres Brixianos anno Vir„ginei partus M.D. XLVIII.„

Ad calcem Evangelii Matthaei haec leguntur: „Memores eſtote noſtrum in „orationibus veſtris ſanctis, ſcilicet Fratrum veſtrorum Teſfa-Sionis. (ſeu Petri „Sionitae) Malheſini, Tenſea-Waldi et Zaſlaſki: Petri et Pauli et Bernardini, quo„niam omnes nos filii (ſumus) patris noſtri Tecla Haimanoti Monaſterii Romani „Mons Libani dicti.„ [m])

Ex epiſtola, quae eſt ad calcem Evangeliorum: „Adverte Lector, quod „Epiſtola ad Hebraeos ſuo loco non eſt, poſita eſt autem a nobis ante Actus Apoſto„lorum. Hoc autem ideo factum eſt, quia cum quatuor Evangelia, Apocalypſim, „ſeptem Canonicas Epiſtolas et Acta, typis jam hinc biennio excudi fecerimus, „Pauli Epiſtolas Italiae non habebamus, niſi illam quae eſt ad Hebraeos.„

In Epilogo Actuum Apoſtolorum: „Iſta Acta Apoſtolorum maxima ſui par„te verſa ſunt Romae e lingua Romana (*hoc eſt latina*) et Graeca in Aethiopicam „propter defectum Archetypi; id quod addidimus vel omiſimus, condonate nobis, „vos autem emendate illud.„ [n])

Aethiopes qui hanc editionem curarunt, pluries mutarunt libri frontiſpicium; primum enim inſignibus Pauli III. Pont. Max. deinde Caroli V. Imperatoris, Gallicis tandem ſtemmatibus illud ornaverunt.

[II.] * Epiſtolae XIII. Divi Pauli eadem lingua, cum verſione latina. Latina Epiſtola Petri Aethiopis, in qua ait: „Ego Aethiops ſum — — hic 14. Epiſtolarum „Pauli finis eſt. — — praecipue vero ii, qui in hoc opere labores perpeſſi ſunt, hi „fue-

l) *Baumgartenii* Nachrichten vol. 6. p. 7.

m) Ex *Ludolfo* p. 294. Comment. Hiſt. Aethiop.

n) Haec ex verſione *Ludolfi* lib. 3. c. 4. Hiſt. Aethiopicae num. 11. et in praefat. Lex. Aethiop. ubi haec addit: „Et verendum eſt, ne idem in coeteris N. T. libris „fecerint, quippe Aethiops meus in multis „eos differre agebat ab exemplaribus mſſ. „patriae ſuae.„

„fuerunt: Petrus seu Tesfa Sionensis Malezo filius Tecla Haimanoth de monte Li-„bano, in Monasterio S. Stephani, quod, in Vaticano positum, Aethiopum est, et „P. Paulus Gualterius Aretinus, et Marianus Victorius Reatinus in hoc et in aliis „operibus adjutores mei. — Anno Domini 1549. secundum vero Aethiopicam sup-„putationem 6586. anno Marci Evangelistae etc.„

Ex praefatione Libri Masoreth Hammasoreth Eliae Levitae: „Cum degerem „Romae, vidi, et ecce, tres viri Chaldaei (*Aethiopes*) veniebant ex regno Presbyteri „Joannis, quos Papa Leo X. accersiverat, qui cognitionem habuerunt scripturae ac „linguae Chaldaeorum (*potius Aethiopum*) — Papa autem eos advocaverat, ut ex „libris eorum codicem Evangelii Latina lingua conscriptum castigaret. o)„

„Observandum est, (*inquit Waltonus*) p) versionem hanc textum satis fideliter „plerumque reddere, verumque ejus sensum exprimere, obscura quoque loca illu-„strare, ita ut ex hujus cum antiquis collatione multum lucis textui oriri possit.„ Jam dixerat idem, q) „hanc versionem in Novo Testamento cum Vulgata Latina „concordare, non quod ex hac facta sit; sed quod utraque eosdem codices se-„quuta sit.„

„Haec editio multis mendis scatet, (*juxta Ludolfum*) r). Quin et statim in „titulo libri editor veniam petit mendosae editionis, ob imperitos adjutores, dicens: „*O Patres mei et Fratres. Nolite sinistre interpretari menda istius* (sc. editionis); „*qui enim impresserunt, nesciverunt legere; nos autem nescimus imprimere.* „*Itaque juverunt nos, et nos juvimus illos, sicut coecus coecum juvat. Propterea igno-*„*scite nobis et illis.* Idem repetit et aliis in locis, quia satis vidit, infinitis mendis „scatere. Nihilominus eandem editionem denuo impresserunt Angli in Bibliis Poly-„glottis, quia aliam non potuerunt nancisci.„ s)

[Duobus constat opus rarissimum voluminibus, quorum secundum priori, quod jam 1546. inceptum est, anno 1549. accessit. Quae ipsam editionis indolem concernunt, ad editionem sequentem iteratam annotabimus. t)

* Novum Testamentum Aethiopice cum versione latina Dudlei Loftusii ab Edmundo Castello recognita. Londini 1657. fol. [III.]

V. Biblia Polyglotta Londinensia. *Ludolfus* ait, praecedens exemplar denuo impressum fuisse Londini in opere Polyglotto, retentis mendis veteribus et novis supperadditis, multis etiam in locis interpolatum, quia hiante et mutilo exemplari usi fuerunt editores. u)

* Novum Testamentum Aethiopice cum eadem versione latina. Londini 1698. Fol. [IV.]

V. Novum Testamentum Polyglottum. „Aethiopica versio, qualis est in „Polyglottis Londinensibus, tantis adhuc scatet mendis, ut non caput perlegas, in „quo

o) *Waltonus* proleg. 13. §. 8.
p) Proleg. 15. §. 3.
q) Proleg. 5. § 5.
r) ibid. ut supra, num. 12. 13.
s) *Le Long* p. 131. col. 1. C. p. 132. col. 1. A.
t) Conf. Vogtii catal. libr. rar. p. 663. Acta hist. eccles. vol. 16. p 291. Praefat. D. C. B. *Michaelis* ad Bodii tractatum mox citandum. *Joh. Albert. Fabricii* Biblioth gr. vol 3. p. 192.
u) Comment. hist. Aethiop. p. 298. *Le Long* p. 132. col. 1, A. Conf. Part. I. c. III. §. VI.

„quo non aliquot ſed multa deprehendas menda; adfirmat Jo. Henr. Hoener in ob-„ſervat. philologico-criticis, §. 2. ubi et promittit ſe in illis mendis tollendis elabo-„raturum eſſe; eo vero loco cauſas tot errorum et ſpecimina quaedam affert.„ x)

[Poſteriores duae editiones ejusdem ſunt anni, quamvis rubrum Libri diverſas ſiſtat annorum notas, y) utraque vero primam Romanam archetypam agnoſcit; de qua hic nonnulla addenda ſunt. Verba illa, quibus ad calcem Evangelii Matthaei editores indicantur, ſupra ex verſione *Iobi Ludolfi* ab auctore noſtro exhibentur. Eadem ſiſtit *Waltonus;* ſed ipſa illorum interpretatio latina haud ſibi conſentit. Secundum *Ludolfum* recenſentur editores *Teſſa Sionis*, *Tenſea Waldi* et *Zaſlaſxi*; *Petrus Paulus* et *Bernardinus*, omnes filii patris *Tecla Haimanoti:* ſecundum *Waltonum* vero, *Tiſpha Zion*, *Tanfa Wald*, et ternarii *Petrus*, *Paulus* et *Bernardinus*, filii Patris *Tecla Haimanoth;* unde apparet *Waltonum* tertium editorem Aethiopice *Zaſlaſxi* nominatum ſilentio praetermiſiſſe. Ne credas vero, velim, ſex fuiſſe editores, vel ſex *Teclae* fuiſſe Romae filios; tres tantummodo fuere, quorum nomina tam Aethiopice quam latine exprimuntur. Quae vero *Lud. de Dieu* de hisce nominibus erravit, z) dum nomen *Tecla Haimanot* interpretatur *planta fidei*, emendavit *Waltonus*. Auxilio vero hisce adfuerunt e Romanis, *Paulus Gualterius Aretinus*, et *Marianus Victorius Reatinus*. Quae ad calcem Actuum Apoſtolorum adjecta ſunt, apud *Waltonum* ſic expreſſa ſunt: „Hic abſoluta ſunt Acta Apoſtolorum, quorum preces et be-„nedictiones ſint cum ſcriptore Tiſpha Zion, et cum plurimis illorum interpretibus, „cum S. Johanne Praefecto (vel dictatore) et cum omnibus noſtris baptiſmi filiis in „ſecula ſeculorum. Amen: Iſte Actus Apoſtolorum, cujus Romae multae ſunt trans-„lationes latinae Graecaeque conformem fecimus (vel contulimus) exemplari Aethio-„pico, Patris cauſa: ſi qua omiſimus addidimusve, condonate nobis, et vosmet corri-„gite, quippe haec non confecimus ob gloriationem aut quaeſtum, ſed propter „Deum, cujus cauſam habent: ſumus enim omnes filii Abunae Tecla Haimonoth.„ Unde concludit *Waltonus*, editores exemplar Aethiopicum ſequutos eſſe, non vero Vulgatam latinam, licet latinam cum Graeca aliasque verſiones contulerint. Secundum *Ludolfum* vero declarant editores, Archetypum Aethiopicum non ad manus fuiſſe, ſe ipſos vero de novo maximam Actuum Apoſtolorum partem e lingua Romana et Graeca transtuliſſe. Ex iis denique quae ad Calcem Evangelii Marci et Lucae notata ſunt, conſtat numerus exemplarium typis Romae exſcriptorum: „ — Dili-„gant, miſereantur noſtri omnes boni, quorum ope confecimus hanc impreſſionem „et 500 libros conſignavimus.„

Editionis hujus Romanae perfectum exemplar nactus *Waltonus* hanc verſionem Polyglottis inſerendam duxit; codicem itaque Aethiopicum *Dudlejo Loftuſio* et *Edmundo Caſtello* in linguam latinam transferendum tradidit. Ipſe vero de verſione judicat, illam ex Graeco textu, non vero ex Syro eſſe expreſſam, quia Aethiops quam ſaepiſſime a Syro recedat. a) *Millius* vero inſtituto examine de hac verſione ſententiam ſequentem tulit: „Verſionem ipſam quod attinet, non unius alicujus au-„ctoris eam fuiſſe, ſed variorum, res ipſa clamat. In Evangeliis plerumque ſatis ac-

„cu-

x) *Wolphius* in litt. ad *J. Le Long* datis.

y) Conf. Part. I. c. III. §. XXXIII.

z) Ad calcem Evang. Matth. in Critica ſacra p. 391.

a) Proleg. 15. §. 10. n. 3.

„curata eſt: rarius paulo abit a Verbis ſacri Textus: et ubi in Paraphraſes excurrit, „et Commentarios, veſtigia tamen haud obſcura videris Graecae, quae Interpreti „ob oculos fuerat, lectionis. In Actis Apoſt. ſecus aliquanto ſe res habet. Laxiora „hic pleraque, miſſa hinc inde varia, alia perperam, ac praeter ſenſum textus Grae„ci reddita. Ne quid dicam de exemplari, quod nacti fuerunt Aethiopes, in non„nullis hujus libri locis lacero et lacunoſo: unde factum, ut nequidem integra ad „nos devenerit Verſio, ſed partim mutila manſerit, partim ſuppleta fuerit hic illic „ab his Editoribus ex Lingua Graeca et Romana, ut loquuntur, h. e. ex Vulgata „Verſione et Codicibus Vaticanis Graecis, quos cum Vulgata Latina maxime conſen„tientes deprehenderant. In Epiſtolis D. Pauli major paulo adhuc adparet laxitas et „immanis nonnunquam a littera textus aberratio: Interprete verba, quae ob oculos „habebat, adeo non numerante, ut ne ad ipſorum quidem ſenſum, ſeu etiam ſigni„ficationem nonnullis in locis quidquam attenderit. Sed neque in Epiſtolis Catholi„cis et Apocalypſi res multo melior. Utcunque enim hic ad literam Graecam pro„pius fere nonnihil accedatur, in ipſis tamen haud raro Translatoris curam et dili„gentiam deſideramus.„ b) Quae ſingula permultis probat *Millius* exemplis, quibus denique ſubdit: „Dolendum interea turbidam hanc, confuſam et a Textus „non verbis tantum, ſed et ſenſu nonnunquam toto coelo aberrantem verſionem in„tercepiſſe nobis conſpectum plurimarum lectionum Graeci, ad quem facta erat, Co„dicis, quas alias notaſſe licuiſſet.„ c) *Millii* vero de hac verſione judicium ſub examen vocavit Cl. *Chriſtoph. Aug. Bode*, qui *Millium* in multis erraſſe, ipſumque textum Aethiopicum ſolummodo ſecundum verſionem latinam *Loſtuſii*, qui ſaepius a Textu Aethiopico aberravit, dijudicaſſe, abunde demonſtravit, multosque manifeſtos in textu Aethiopico errores emendavit, in opella quae cum praefatione *D. Chr. Ben. Michaelis* prodiit Halae 1749. 4. ſub titulo: *Evangelium ſecundum Matthaeum ex verſione Aethiopici interpretis in Bibliis Polyglottis Anglicanis editum, cum Graeco ipſius fonte ſtudioſe contulit atque plurimis tam exegeticis quam philologicis obſervationibus textum partim, partim verſionem illuſtravit Auctor Chriſtophorus Auguſtus Bode.* Non integram verſionem Aethiopicam in hac opella ſiſtit, ſed tantummodo in ſelecta ejus loca inquirit auctor. d)

U 2 §. XVII.

b) Proleg. n. 1188.
c) ibid. 1218.
d) Acta hiſtor. eccleſ. vol. 16. p. 292. *Nachrichten von einer hall. Bibl.* vol. 4. p. 469. Subjungimus hisce, quae de variis erroribus circa editiones N. T. Aethiopici commiſſis, ab auctore noſtro, aut potius a *Boernero* in additamentis annotata ſunt: „*Joh. Potkenium*, Praepoſitum Colonienſem, editionis „Rom N. T. curatorem male feciſſe *Imbonatus* Bibl lat. hebr. p. 417. obſervat. *Fabricius* Bibl. gr. lib. 4. cap. 5. p. 192. ſimilem fere errorem deprehendit in Bibliotheca *Koenigii*, qui *Potkenium* Novum „Teſtamentum Aethiopicum Romae an. „1513. emiſiſſe ſcribit: et in Catalogo Bibliothecae Leidenſis p. 256. num. 40. ubi „IV. Evangeliorum verſio Aethiopica Romae an. 1513. per *Potkenium* curata recenſetur. Nam Pſalterium quidem Aethiopicum ſupra commemoratum, *Potkenius* an. „1513. edidit, non vero Novum Teſtamentum; erratumque hac in re in Catalogo „Bibl. Leiden. commiſſum fuiſſe, ex ejusdem collatione cum illo, qui in Appendice „Bibliothecae Orient. *Hottingeri* exſtat, „p. 22. et 23. manifeſte patet.„ Haec apud *Le Long* p. 132. col. 1. D.

§. XVII.

Epistolae Apostolicae Aethiopice.

[I.] * S. Jacobi Apostoli epistolae Catholicae versio Arabica et Aethiopica, utraque latinitate donata, — opera, labore ac studio indefesso M. Theodori Petraei Flensburgo-Holsati. Lugd. Batavor. ex officina Joh. et Dan. Elsevier. 1654. 4.

[II.] * S. Johannis Apostoli et Evangelistae epistolae catholicae tres, Arabice et Aethiopice, omnes ad verbum in Latinum versae — Cura et industria Joh. Georg. Nisselii et Theodori Petraei. Lugdun. Batavor. ex officina Johannis et Danielis Elsevier. 1654. 4.

[III.] * S. Judae Apostoli Epistolae catholicae versio Arabica et Aethiopica, in latinitatem translata — a Joh. Georg. Nisselio et Theodor. Petraeo. Lugdun. Batavor. ex officina Joh. et Dan. Elsevier. 1654. 4.

Liber iste totus mendosus est, inquit *Ludolfus*, et Sphalmatis plenus. *Johannes Le Clerc*, seu Auctor Bibliothecae univers. et histor. p. 431. vol. 1. Latinam N.T. Aethiopici a *Nisselio* et *Petraeo* conditam versionem memorat. Quo in loco, quibusve fuerit typis excusa, cum libuerit, indicabit. Quasdam duntaxat ex Novo Testamento canonicas Epistolas Latine versas reperimus. [e])

[Tres istae opellae haud accurate ab auctore nostro tanquam unicus liber recensentur. Seorsim enim singulae prodiere. Arabica versio Aethiopicae praemittitur, quam ob causam lectorem ad Sectionem superiorem de versione Arabica remittimus. [f])

§. XVIII.

Loca sacra.

Exercitatio in Johan. Cap. I. Aethiopice. Romae 1631.

Prostat sub titulo: Alphabetum Aethiopicum sive Abyssinum. Cum Oratione Dominicali, Salutatione Angelica, Symbolo fidei et Praeceptis Decalogi, Latina lingua compositis, et charactere Aethiopico impressis. Romae typis sacrae Congregationis de propaganda fide M.DCXXXI. Praemittitur exercitatio in Evangelium S. Johannis Cap. I, 1-13. ubi in linea prima textus latinus, in secunda versio aethiopica charactere aethiopico, et in tertia eadem versio charactere latino exprimitur. Reliqua vero quae in titulo nominantur, latina tantummodo, at non charactere latino sed aethiopico expressa sunt.

§. XIX.

Versiones librorum Sacrorum aethiopicas, ut et illarum editiones recenset *Joh. Georg. Hagemannus*, sed ita ut nobis emendanda varia reliquerit. In recensione librorum Veteris Testamenti [g])

1) Re-

e) *Le Long* p. 132. col. 1. E.
f) Sect. V. §. XXVI. n. 6. 12. 14.
g) Nachricht von den fürnehmsten Uebers. der H. Schrift p. 58.

1) Recenset ille primo loco *Potkenii* Psalterium aethiopicum §. XII. n. 1. atque iis sese adjungit, qui, ex sola ignorantia linguam aethiopicam chaldaicam dictam esse, sibi persuaserunt. Sed *Potkenius* non ignorantia, sed consuetudine Aethiopum ductus hac appellatione usus est. §. II.

2) In Psalterio, quod Genuae an. 1516. et 1518. fol. editum sit, haberi Textum hebraicum, et versiones, graecam, latinam, et chaldaicam, hoc est aethiopicam. In quo auctor multoties fallitur. Quod Genuae 1516. prodiit Psalterium, est illud polyglotton *Justiniani* (v. Part. I. Cap. III. §. XXV.) in quo quidem exstat Psalterium Chaldaicum, sed hoc non est aethiopicum, verum Chaldaicum seu Targumicum. Genuae vero anno 1518. nullum unquam prodiit Psalterium, sed Coloniae anno 1518. *Potkenii* Psalterium iterum typis exscriptum est, et hoc est aethiopicum. §. XII. n. 2.

3) *Iobum Ludolphum* emisisse Psalterium aethiopicum cum versione latina et notis philologicis, quod deinde *Joh. Henr. Michaelis* Halae 1701. iterum ediderit. Fallitur iterum auctor. Duplex quam hic sistit editio una eademque est; siquidem *Michaelis* auctor est versionis latinae; integrum vero opus aethiopico - latinum non Halae, sed Francofurti in vulgus exiit. §. XII. n. 4.

4) In recensione librorum Novi Testamenti, ubi majori, quam par est, brevitati studet, observat auctor,[h]) *C. A. Bodium* Matthaeum Aethiopicum cum variis notis exegeticis et philologicis Halae 1749. 4. edidisse. Quod falsum est. In singula tantummodo loca Aethiopici interpretis Cl. Auctor inquisivit.

h) Ibid. p. 104.






SECTIO VII.

DE

VERSIONE PERSICA.



§. I.

Lingua.

Perſarum nomen in hiſtoria tum ſacra tum profana adeo eſt celebre, ut, de gentibus, qui Perſiam incoluerunt, multa praefari ſuperfluum foret. Ipſum vero regnum cum floreret, aliisque terris Perſae imperarent, lingua ipſis propria vernacula fuit, antiqua nimirum lingua Perſica. Sed ipſa regio varias ſubiit mutationes; dum ſub imperio Graecorum, Romanorum, Saracenorum, Turcarum, aliorumque populorum fuit, qui, cum Perſis imperarent, et linguas ſuas in eandem regionem transplantaverunt. Recentior itaque et hodierna lingua Perſica magna eſt mixtura vocum e variis variorum populorum vernaculis deſumtarum; quarum tamen maxima pars eſt Arabicae et Turcicae originis. Ab Arabibus vero Perſae religionem et litterarum characteres acceperunt. [a])

§. II.

Verſiones S. S.

Perſis olim verum Deum innotuiſſe, exinde facile concludi poteſt, quod Judaei diu inter illos vixerint, frequensque inter utrumque populum fuerit commercium. Sic et tempore poſteriori Chriſtianorum ſacra Perſis innotuerunt, et ſacra oracula ad iſtum populum tranſiere. Perſas quoque totam ſacram ſcripturam in linguam ſuam verſam habuiſſe, e Veterum ſcriptis abunde liquet. Sed iſta Verſio antiqua ad noſtra haud tranſiit tempora. Quae jam jam ſuperſunt librorum ſacrorum verſiones, recentioris ſunt aevi, et non unius generis, ſed pro ratione fontis, unde derivatae ſunt, diſtinguuntur. Habemus verſionem ex Hebraeo, nimirum verſionem Pentateuchi, *Jacobi Tavoſi;* ex Syriaco, verſionem IV. Evangeliorum in Bibliis Polyglottis Anglicanis; ex Graeco, verſionem IV. Evangeliorum a *Wheloco* editorum; quae omnes typis exſcriptae ſunt. Accedunt verſiones recentiores e Latina Vulgata a Miſſionariis Romanis recentiori tempore confectae; quae in MStis adhuc adſervantur.

§. III.

a) *Waltonus* proleg. 16. §. 2.

§. III.
Pentateuch. Perſice.

* Pentateuchi verſio perſica interprete Jacobo filio Joſeph Tavos ſeu Tawſenſi Judaeo. Conſtantinopoli 1546. fol. [I.]

Ex Hebraeo, charactere eodem excuſa, in uſum Judaeorum in Perſia degentium. V. Pentateuchum polyglott.

„Id ſcio, Pentateuchum Perſico ſermone retuliſſe Jacobum Tawaſium Judae„um. — Archetypi Ebraei veſtigia ſatis fideliter Interpretem hunc exſequi; in non„nullis tamen, atque iis fere obſcuris, lucis puto inferendae cauſa, peregrina adſci„ſcere; pauca tamen ad perfectae interpretationis laudem ſupereſſe.„ [b])

[Auctor verſionis hujus Perſicae eſt *Jacob b. Joſeph*, Tawoſus, vel Tavuſius, vel Tuſius, Judaeus, ab urbe Tus, Academia celebri, ita denominatus. Ediderunt illam Judaei Conſtantinopoli, non anno 1551. ut habet *Waltonus*, ſed anno 1546. typis hebraicis; una cum Textu Hebraeo, Onkeloſo et R. *Saadiae* Gaon verſione Arabica. De ipſa verſione ita judicat *Waltonus:* „Ex hujus vero Paraphraſis „cum aliis Verſionibus collatione multum utilitatis exſurgere facile perſpiciet Lector „Chriſtianus; cum textum hebraeum plerumque feliciter exprimat, veramque lectio„nem locique ſenſum conſenſu ſuo corroborat. Vaticinium Jacob de venturo Chri„ſto, cum ſceptrum de Juda aufferretur, de Meſſia plane explicat, non ad morem „Rabbinorum quorundam in alios ſenſus detorquet: unde inſolubile argumentum „contra Judaeos, ad probandum Meſſiam jam veniſſe, depromitur: loca tamen quae„dam obſcura et difficilia non vertit, ſed verbis hebraicis exprimit, ut videre licet „Levit. VIII, 8. ubi retinet voces hebraeas *Vrim* et *Thummim*, de quarum ſenſu „multa diſputant Interpretes. Pro יהוה ſcribit litteris hebraicis יְיָ ubique. Levit. „XI. Avium et beſtiarum, quae nobis ignota ſunt, nomina plane omittit.„ [c])

* Pentateuchi verſio Perſica interprete Jacobo filio Joſeph Tavos, cum verſione Thomae Hyde. Londini 1657. Fol. [II.]

V. Biblia Polyglotta Londinenſia. [d])

[Editionem Conſtantinopolitanam inventu maxime difficilem recudi curavit *Br. Waltonus* in Appendice ad Tomum quartum Bibliorum Polyglottorum, non vero typis hebraicis, ſed charactere Perſico. Acceſſit de novo verſio latina, quam *Thomas Hyde*, vir rerum perſicarum peritiſſimus, confecit. Loca illa, quae in priori editione omiſſa erant, in hac reſtituta ſunt. [e])

§. IV.
Geneſ. Perſice.

* Geneſeos Capita IV. perſice ſtudio Georgii Othonis. Francofurti 1702. 4. [I.]

v. Polyglotta. [f])

* Geneſeos Capita duo Perſice. Studio Ludovici de Dieu. Amſtelodami 1639. 4. [II.]

Ex commonitione ad lectorem, ad calcem Grammaticae Perſicae: „Anno „1551. (*rectius 1546.*) editum Conſtantinopoli a Judaeis Pentateuchum cum com„men-

b) *Dan Huetius* de claris interpret. p. 107. *Le Long* p. 134. col. 1. E.

c) Proleg. 16. §. 7. Conf. *Wolfii* Bibliothec. hebr. vol. I. p. 597. et Part. I. c. III. §. XII. n. 1.

d) *Le Long* p. 234. col. 2. A.

e) Conf. Part. I. c. III. §. VI.

f) *Le Long* p. 234. col. 2. B. Conf. Part. I. c. III. §. XIV. n. 2.

„mentariis R. Salomonis Jarchi et triplici verſione, Chaldaica Onkeli, Arabica R. „Saadiae, Perſica R. Jacobi Tawuſi filii R. Joſeph Tawuſi; verum omnia characteri„bus Hebraeis, qui quoniam Perſica non ſatis dextre interdum exprimunt, et ab iis „quae in Grammatica tradidimus, variare videntur: duo prima verſionis Perſicae „Geneſeos capita, Perſicis literis et vocalibus exprimere et Grammaticae noſtrae ſub„nectere viſum fuit, quo facilior deinceps ſit totius Pentateuchi Perſicae verſionis, „quae contemnenda utique non eſt, uſus majorque utilitas.„ g)

[Secundum auctorem noſtrum Amſtelodami prodiere quatuor Evangelia Perſice. Verum hoc vel vitium eſt typographicum, aut exemplaria unius ejusdemque editionis diverſam loci habent notam. En Tibi titulum: Rudimenta linguae Perſicae, Auctore Ludovico de Dieu. Accedunt duo priora Capita Geneſeos ex perſica translatione Jac. Tawuſi. Lugduni Batavor. ex officina Elſeviriana. Ao. MDCXXXIX. 4. Quod ſi *Ravio* fides habenda eſt, non *Lud. de Dieu* Grammatices auctor eſt, ſed potius *Elichmannus*, e Sileſia oriundus, qui Grammaticam conſcripſit. h) Ad calcem p. 87 - 95. duo Geneſeos Capita perſice cum punctis, at ſine verſione latina, nitidis typis expreſſa ſunt.

[III.] * Octo priores verſus primi capitis Libri Geneſeos ex verſione Jacobi Tawſenſis litteris romanis expreſſi, adjecta interlineari interpretatione latina, ſtudio Bonav. Vulcanii. Lugduni Batavorum 1597. 8. i)

[Adhaerent *Vulcanii* tractatui de litteris et lingua Getarum, ſeu Gothorum, item de notis Lombardicis etc. p. 88. k)

§. V.

Exodus Perſice.

Exodus perſice, ex verſione R. Jacobi Tawſenſis. Conſtantinopoli 1545. Fol.

V. inter Polyglotta. l)

§. VI.

Evangelia IV. Perſice.

[I.] * Quatuor Evangeliorum Domini noſtri Jeſu Chriſti verſio Perſica Syriacam et Arabicam ſuaviſſime redolens: Ad verba et mentem Graeci Textus fideliter et venuſte concinnata. Codicibus tribus Manuſcriptis ex Oriente in Academias utrasque Anglorum perlatis, operoſe invicem diligenterque collatis. Per Abrahamum Whelocum, Linguae Arabicae et Saxonicae in Academia Cantabrigienſi Profeſſorem et Publicum Bibliothecarium. Sub auſpiciis et impenſis Mecaenatis praecellentiſſimi, integerrimi virtute, hiſtoriarum optimarum notitia undique politiſſimi D. Thomae Adams Viri Patritii, nuper Domini Praetoris florentiſſimae civitatis Londini, munificentiſſimi, honoratiſſimi. Londini typis Jacobi Fleſheri. MDCLVII. Fol.

Ex

g) *Le Long* p. 134. col. 2. B.
h) De lingu. or. p. 12.
i) *Le Long* ibid.
k) Conf Vogtii catal. libr. rar. p. 717. *J. H. a Seelen* memoria Stadiana, p. 84. 322.
l) Part. I. c. III. §. XII. n. 2.

Ex Praefatione: Cum Evangeliis perficis edendis D. Abraham Whelocus operam navaffet, tres fibi mfc. codices impetraverat, Oxonienfem, Cantabrigienfem et alterum Pocockianum, quorum uno defcripto coeteris collatis, fufiorem in omnes commentarium deftinaverat; fed in medio feu potius initio operis, praematura morte ereptus, etc.

Poft illius obitum (funt verba *Waltoni*) integra prodierunt fumptibus viri optimi et de literis orientalibus bene meriti, Thomae Adams civis Londinenfis. [m])

Evangelia a Wheloco edita alterius verfionis funt, quam quae in opere Polyglotto, et adhuc differunt plerique mfc. codices. Neque verfio illa Wheloci ad Graecum facta: omnes ad Syriacum. Alia quoque diverfa et paraphrafin fapiens extat inter Perfas Chriftianos, cujus fragmenta reperiuntur in Lectionario Colbertino elegantiffime fcripto. [n])

Chriftiani Perfae facrum tranftulerunt codicem ex Syra verfione, qua utuntur Neftoriani, at nulli codices praeter Evangelia reperiuntur. Aliae translationes, ficut et ea quae Conftantinopoli et alibi edita eft, Judaeos habent auctores. [o])

[*Whelocus* tres codices ftudiofe inter fefe contulerat, atque fingulis capitibus diverfitates illorum fubjicere ftatuerat. Initium imprimendi quoque anno 1652. factum eft, et annotationes ad 17. priora Matthaei Evangeliftae capita adjectae funt. Sed morte anno 1654. ereptus coeptum opus Maecenati *Thomae Adams* reliquit, qui impenfas fubminiftrans *Pierfonio* ad opus perficiendum ufus eft. Hujus cura textus perficus e *Wheloci* apographo expreffus eft; variantes vero lectiones e duobus codicibus ad finem rejectae funt, cum verfione latina perfico textui ad latus adpofita. Recentior eft verfio perfica, et ita cum Graeco textu confentit, ut *Millio* e Graeco formata videatur: majori vero jure e Syriaco facta creditur. [p])

* Quatuor Evangelia Perfice, ad numerum fitumque verborum Latine data. Londini MDCLII. Fol. [II.]

Evangelium Matthaei duntaxat editum eft hoc anno, reliqua prodierunt 1657. [q])

[Eft pars praecedentis editionis, quam ipfe *Whelocus* procuravit.

* Evangelia quatuor Perfice, interprete Simone F. Jofeph Taurinenfi, juxta codicem Pocockianum cum verfione latina Samuelis Clerici. Londini 1657. Fol. [III.]

V. Biblia Polyglotta Londinenfia.

Secundam verfionem Perficam, quam omnium antiquiffimam et optimam judicamus, tomo V. hujus operis Polyglotti inferuimus, una cum verfione latina Samuelis Clerici. [r])

Qua-

m) Prolegom. 16. §. 9.
n) *Eufeb. Renaudot* in Epift. ad *Jac. Le Long.*
o) Idem de perpetuo Ecclefiae confenfu, tom. I. p. 358. *Le Long* p. 134. col. 2. E.
p) Conf. *Nachrichten von einer hallifchen Bibliotb.* vol. I. p. 283. *Rich. Simon* hift. crit. des Verfions du N. T. c. 18. p. 205. *Millii* prolegom. p. 147. *Joh. Alb. Fabricii* Biblioth. graeca, vol. 3. p. 200. *Dav. Clement* Biblioth. hift. et crit. vol. 8. p. 133. *Vogtii* Catal. libr. rar. p. 270. *Baueri* Biblioth. univerf. libror. rar. vol. I. p. 256. Index Biblior. Wernigerod. p. 64.
q) *Le Long* ibid.
r) *Waltonus* in praefat.

Quatuor Evangeliorum duplex apud nos (*inquit Sam. Clericus*) [s]) persica versio habetur; una recentior, ut quidem videtur, ex Graeco traducta; hujus exemplaria bina, ex utraque Academia (Oxoniensi et Cantabrigiensi unum) nactus Vir Clariss. Abraham Whelocus in latinum sermonem eam convertit, et prelo subjectam notis illustrare coepit, sed morte praeventus, opus imperfectum reliquit; quod tamen viri splendidissimi Thomae Adams Maecenatis quondam illius munificentia haud penitus intercidit. Altera est quam hic damus, cujus licet unicum exemplar ex divite Eduardi Pocockii penu depromptum habuerimus, quia tamen ex Syriaco facta, et prior antiquior visa est, eam non indignam judicavit Cl. D. Waltonus, operis hujus ἐργοδιωκτης, quae in eo locum haberet.

In ea Latino sermone donanda ita versatus sum, ut nec verborum proprietates negligerem, nec Persicae Phraseos, quoad fieri posset, vim enervarem; sed mediam quandam viam ingressus, in iis quae saepius recurrunt locutionibus satis habui, in uno vel altero loco κατα πεδα, alicubi etiam minus forsan latine verba reddere, in aliis vero liberiore explicatione eorum sensum et interpretis mentem exprimere. — Statueram quidem versionem totam recognoscere, et quasi ad incudem revocare, ac plurimorum, quae in ea occurrunt, rationem reddere; sed cum aliis, quae mei in hoc opere muneris fuerunt, distracto, festinante interim et urgente prelo, id minime liceret, opportune hic subvenit vir doctissimus Thomas Graevius, cujus in hanc interpretationem exquisitae animadversiones, quidquid a me hac in parte expectari, nedum praestari potuit, satis superque Lectori pensabunt. Haec Sam. Clericus.

De hac notat *Hottingerus* [t]), quod, etiamsi omnino ex Syriacis fluxerit rivulis, interdum tamen ab his non minus, quam ab ipsis fontibus Graecis recedat: item quod alicubi magnam observet vocum et phrasium emphasin, liberior nonnunquam sit, et de suo multa addat, quae nec in Graeco nec in Syriaco exstant contextu; delectetur verborum aequipollentia pleonastica; mutet nomina appellativa in propria, et vice versa; phrasesque Mahummedicas referat ad Christianismum. Haec ille, quae variis hic allatis exemplis demonstrat.

[Codex ille Pocockianus, quo usus est *Waltonus*, antiquior est illis, ex quibus *Whelocus* Persicum contextum publicavit, et ad calcem sequentia habet, quae ad ejus historiam faciunt: „Absoluta sunt quatuor Evangelia gloriosa Matthaei, Marci, „Lucae, Johannis, in urbe Christianis habitata Caffa, die tertio septimanae, preci„bus secundis peractis, nono mensis Tamuzi, qui latine dicitur Julius, anno 1341. „Christi Messiae, per manum imbecillimi populi Dei, Simon Ibn Joseph, Ibn Abra„ham Altabrizi. Deus timentium misericordia et providentia sua, misereatur: ut „cum hoc Evangelium legerint vel audierint, Pater noster et Ave Maria pro scripto„re paupere legant, ut ipsi etiam per misericordiam divinam condonetur. Amen. „Et scriptum fuit per mandatum et consilium Domini et Regis sui, qui gloria Ma„gnatum et Mercatorum, Decus populi Christi, amici et fratris Ecclesiae purae, Do„mini et Principis Ibn Salem Addaula Ibn Seirana cognominati Testizi.„ De ipsa vero

s) Init. praefat. Variant. Lectionum Persicarum, tom. VI. p. 56. Bibl. polygl. Londinens.

t) Diss. 3. de translat. Bibl. in ling. Vernac. p. 112. *Le Long* p. 135. col. 1. C.

vero Verſione judicat *Thomas Gravius.* [u]) „Perſicae hujus interpretationis auctorem, „Syriacum, non vero Graecum Evangeliorum contextum ſibi vertendum propoſuiſſe, „multis indiciis liquido conſtat. Hinc eſt, quod Syriaca vocabula interdum reti-„neat, eorundem interpretationem illico adjungens. — Saepiſſime vero ſui ipſius „eſt interpres, h. e. Perſicas et Arabicas voces, Perſis familiares et receptas, aliis „veluti notioribus reddit. — Interdum Syriacas voces haud ſatis animadvertendo, „hallucinatur et impingit. — Crebro liberius ſpatiatur, et paraphraſten magis „quam interpretem agit, multa de ſuo explicationis cauſa adjiciens. — Multa Ev-„angelico textui aſſuit et adjungit, quorum in Graecis et Syriacis codicibus neque vo-„la neque veſtigium eſt. Illud quoque monendum eſt, aliqua variis in locis praeter-„miſſa eſſe, quod plerumque non interpreti, ſed ei potius, qui codicem exſcripſit, „imputandum cenſeo, cujus fidem et diligentiam hic ſaepe deſideramus.„ Noſtro tempore Cl. *C. A. Bodius* de novo Evangelia e Perſico idiomate latine edidit, Helmſtadii 1751. 4. atque in varias ejus lectiones inquiſivit, de quibus alio loco dicendum erit.

* Evangelia IV. perſice et latine. Londini 1698. Fol. [IV.]
Eadem ac praecedens editio. [x])

§. VII.

Libri ſinguli.

Lucae Evangelium perſice. Halae. In typographia orientali Inſtituti Judaici. 1744 12. [I.]

Initium Evangelii Joh. I, 1—18. perſice. Halae 1744. 12. [II.]

Chriſti Supplicatio pontificalis Joh. XVII. perſice. Halae 1744. 12. [III.]
In uſum Orientalium edidit *Joh. Henr. Callenbergius.* [y])

Oratio Dominica perſice, cura Joh. Zechendorffii. Cygneae 1646. 4. [IV.]

Plures edidit *Joh. Zechendorffius*, Scholae Cygneae Rector, opellas, quae ſingulae promovendo linguarum orientalium, et inprimis linguae Arabicae ſtudio dicatae ſunt. Nec defuit ille convertendis Muhammedanis, refutandisque Corani Muhammedici impoſturis. Ob Orationem Dominicam perſice editam hoc loco e numero variorum ejus ſcriptorum ſequentem hic tantummodo nominamus opellam: „Eclogae Mohammedicae ſive ſcita alcoranico-mohammedica arabica a Johanne Zechendorff lecta, ſelecta, collecta methodo, ut plurimum ejusmodi: 1. ponitur Mohammedis ex Alcorano ſententia et ſcitum cum verſione mea quali quali. 2. ex noſtris bibliis conſonans ſententia, ſi ſacra, quam quia careat vocalibus punctis, iis additis, animo. 3. cui ſaepe ex philoſophis, oratoribus, poetis, patribus et eccleſiae doctorum attexitur aliquod dictum conveniens, ſi inprimis ethicum praeceptum ut ejusmodi בְּלִיל tractare ſolet Mohammedus in ſuo ſacro libro: 4. exemplo et hiſtoria amplo, ut et 5. ſymbolo alicujus Chalifae aut boni auctoris ſc. recte ſentien-

X 2 tis

u) Praefat. in lect. variant. perſicas, tom. VI. Bibl Polygl. Lond. Conf. *Waltoni* proleg. 16. §. 9. *Rich. Simon* et *Fabricium* ll. cc. et ſupra Part. I. c. III. §. VI.

x) Part. I. c. III. §. XXXIII.

y) Acta hiſt. eccleſ. vol. 8. p. 623. vol. 9. p. 950.

tis de virtutum ſtudio ex hiſtoria Sarracenica: omnia eo fine ut ſtudioſa juventus januam aliquam adapertam ad linguam addiſcendam videat, habeat, introeat. Cygneae, typis Melchioris Göpneri.„ Singula, quae hic exponuntur, non duabus plagulis, e quibus opuſculum conſtat, ſiſtuntur; verum tantummodo promittuntur. Ad calcem enim notatur; mox ſequantur eclogae Muhammedicae ſive ſcita Alcoranico Muhammedica arabica ultra CCCC. Joan. Zechendorff. Cygneae anno MDCXLVI. Ultimam plagulae ſecundae paginam occupat Oratio Dominica perſice. [z])

§. VIII.

Verſio recentior.

Ultimo denique loco hic appendicis loco mentionem facimus novae Verſionis, quam famoſus ille regni Perſici uſurpator *Thamas Kulichan* adornari juſſit. Selegit enim ille aliquos viros tum Pontificiorum tum Armenorum ſacris addictos, quibus mandavit, Biblia ſacra in linguam Perſicam transferre, et primo quatuor Evangelia, deinde Pſalmos et Prophetiam Jeremiae veſte Perſica donare. Quae Congregatio de propaganda fide, quae Romae eſt, eam ob cauſam decrevit, publice relata ſunt in Actis hiſtorico-eccleſiaſticis. [a])

z) *Nachrichten von einer hall. Bibliotb.* vol. 5. p. 295.

a) Vol. 5. p. 925. 926.



SE-

SECTIO VIII.
DE
VERSIONE TVRCICA.

§. I.
Lingua.

Turcis ſive Othomannis, qui orientalem Europae plagam adjacentemque Aſiae partem hodie incolunt, lingua Arabica quidem ſancta dicenda eſt; quippe hac lingua liber iis ſanctus *Koran* dictus a Muhammede impoſtore conſcriptus eſt. Sed lingua ipſis vernacula ab Arabica diſtinguenda eſt. Utuntur quidem Arabes, Perſae et Turcae iisdem characteribus in ſcribendo, etiamſi poſteriores duae gentes litteras nonnullas habeant, quas Arabes non noſcunt: ipſum vero idioma trium harum gentium maxime diverſum eſt; propriaque quaelibet ſua gaudet lingua.

§. II.
Verſiones ſacrae.

Qui ſub Turcarum imperio vivunt vel Judaei vel Chriſtiani ſuam quoque habent linguam ſanctam, Judaei hebraicam, Chriſtiani graecam: in communi vero vita utrisque lingua Turcica eſt vernacula. An vero Judaei Sacra Biblia legant lingua Turcica, non omnino certum eſt. Provocat quidem *Le Long* ad teſtimonium *Antonii Legeri*: [a]) „Judaei in Taurica „Cherſoneſo Theodoſiae habitantes, Turcice ſacros libros legunt, ut Arabi„zantes Arabice, et in Perſide Perſice. Ubique tamen in peregrinis linguis „exprimendis hebraico charactere abuti conſueverunt.„ Adjungitque huic teſtimonium *Andr. Mülleri*: [b]) „Vetus Teſtamentum Judaei Taurici Tur„cice legere dicuntur: ſed qui in Turcia ſunt Chriſtiani, vel Syriace, vel Ara„bice, vel Graece, vel Iberice, vel aliter legunt.„ Verum quae de Judaeis dicuntur, forte ex editione Pentateuchi Conſtantinopolitani Anni 1546. nata ſunt, in quo Arabica verſio R. *Saadiae* et Perſica verſio *Jacobi Tawſenſis* typis et characteribus hebraicis exhibetur. Quo *Legerus* eo, ut Judaeis verſionem V. T. Turcicam typis hebraicis exſcriptam adſcribat, deductus eſſe videtur. In uſum Chriſtianorum recenſentur ſacrorum Bibliorum verſiones Turcicae duae. Alteram elaboravit *Joannes Ungnadius*, qui cum *Primo Trubero*, *Anton. Dalmata* et *Stephano* Conſule varios in linguam Croaticam verſos libros edidit; de quo *Auguſt. Thuanus*: [c]) „Joannes Ungnadius Sonne-

 „kius

a) Apud *Buxtorffium* p. 78. Biblioth. Rabb. *Le Long* p. 135. col. 2. D.

b) In *Azizi* Tartari fragmento de cognitione Dei et Hominis n. 11. *Le Long* ibid.

c) Lib. 36. hiſtor. ad ann. 1565. *Le Long* p. 136. col. 1. A.

„kius, cum antea Stiriae et Carinthiae ſub Ferdinando (*I. Imperatore*) prae-„fuiſſet, religionis cauſa patriam reliquit, et aliquando Uraci (*in Ducatu Wir-„tembergico*) ſubſtitit: ubi cum incredibili propagandae religionis deſiderio ar-„deret, immenſis quoque ſumptibus Biblia ſacra et Theologorum aliquot „ſcripta in Linguam Turcicam et Croaticam converti, et ad gentes illarum „linguarum peritas transferri curavit.„ Verum utrum haec verſio plane in-terciderit, an vero ſuppreſſa et intercepta ſit, non ſatis conſtat. Altera ver-ſio auctorem habet *Ali Beigh*, Muhammedanum, antea *Albertus Bobowski* dictum, qui Biblia ſacra in gratiam *Levini Warneri* turcice reddidit, ea-que ut Lugduni Batavorum excuderentur eidem tradidit: de quo *Th. Hyde*, qui Pſalmos Davidis ipſa *Ali Beigh* manu ſcriptos poſſedit, ſequen-tia annotavit: „Albertus Bobowius, patria dialecto Bobowski, gente Po-„lonus, ejurata Chriſti fide Ali Beigh vocatus, multa ſcripſit, praeſertim „Grammaticam et Lexicon pro lingua Turcica, et circa annum 1653. ro-„gatu D. Baſive, Eccleſiae Anglicanae Catechiſmum Turcice vertit, et tota „ſacra Biblia in linguam Turcicam transtulit pro *Levino Warnero*, qui, ut „typis mandari poſſent, transmiſit ea Leidam, ubi hodie in Bibliotheca publi-„ca ſervatur mſc. exemplar.„ [d]) *Albertus* ille, tener juvenis a Tartaris captus Conſtantinopolin abductus, ibique in religione Turcarum educatus, Muham-medis IV. Turcarum Imperatoris interpres fuit primarius, Anglorum inpri-mis amicus, qui ad ſaniora principia redire voluit, ſed morte praereptus, an-tequam ad Chriſtianiſmum redire, et in Angliam, uti ſtatuerat, ſe conferre potuit. [e]) Male *Albertum Bobovium* ab *Ali Beigh* diſtinxiſſe, et utrique ver-ſionem ſacrae ſcripturae Turcicam adſcripſiſſe accuſatur *Joh. Alb. Fabricius*. [f])

§. III.

Libri editi.

Librorum ſacrorum in lingua Turcica typis evulgatorum ſat exiguus eſt nu-merus. Debemus omnes Trigae virorum de eccleſia bene meritorum, *Nicolao Wil-helmo Schroedero* Marpurgenſi, *Guillielmo Seamanno* Anglo, et *Joh. Henrico Cal-lenbergio*, Academiae Fridericianae, quae Halae eſt, D. et Pr. Th.

[I.] Quatuor prima capita Geneſeos Turcice et Latine. Ex gemino Pentateuchi Moſaici MS. codice Turcico eruit, latine vertit notulasque adſperſit Nicolaus Guilielmus Schroederus Marburgenſis-Haſſus. Lipſiae litteris Takkianis MDCCXXXIX. 4.

Nic. Wilh. Schroederus ex haereditate paterna *J. J. Schroederi* duos accepit codices manuſcriptos verſionis Turcicae ab *Alberto Bobovio* ſive *Ali Beigh* confectae, alterum punctis vocalibus inſtructum, alterum nudum. Ex hisce codicibus prode-unt

d) In praefat. libri *Alb. Bobovii* de liturgia Turcarum, Oxonii 1690. editi. *Le Long* ib. [Prodiit tractatus ille cura *Thom. Hyde*; non ſeorſim, ſed partem II. conſtituit voluminis, in quo primo R. *Peritſol* itinerarium hebraice et latine ſiſtitur. v. *Baumgartenii Nachrichten von merkwürd. Büchern* vol. 3. p. 296.

e) Conf. Acta Eruditor. Lipſienſ. Anno 1691. p. 226. P. *Baylii* Dictionn. Art. Hali Beigh. *Allgem. Gelehrten-Lexicon* tom. I. p. 272. ubi mendoſe nominatur *Ali-Bec*.

f) Biblioth. gr. vol. 3. p. 202.

unt quatuor Genefeos capita turcice fine punctis, una cum verfione latina, et nonnullis annotationibus, variisque lectionibus. g)

* Domini noftri Jefu Chrifti Teftamentum novum turcice redditum: opera Gu. Seaman. Oxoniae excudebat N. Hall, academiae typographus. 1666. 4. [II.]

Omnes et finguli Caefaream, Ancyram, Halepum, aliasque regiones Orientales incolentes Chriftiani aut Turcica aut Arabica utuntur lingua: adeoque fummas Anglis referunt gratias, quod Novum Teftamentum tam nitide lingua Turcica edendum curaverint. h)

Novum hoc Teftamentum non is qui edi curavit, in Turcicam Linguam transtulit; fed a Chriftiano quopiam hujus linguae peritiffimo acceptum edidit, vel a Turca quodam levi emit pretio. Sunt enim non pauci inter doctos Turcarum, qui Novum Teftamentum non tantum legunt, verum et meliorem interpretationem defiderant. i)

Hisce (fcilicet Caefaream, Ancyram, Trapezuntium, aliasque urbes Orientis incolentibus Chriftianis) fane gratiffimam rem Angli fecerunt, quod Novum Teftamentum in linguam Turcicam ediderint. Cum enim Linguam Graecam ignorent, Graecae tamen religioni addictiffimi fint, et facra Officia iis et Novum Teftamentum in Turcica Lingua confcriptum cum in Afia tum Conftantinopoli et in Parochia S. Conftantini verfus feptem Turres et Portam Hadrianopolitanam nunc in Valide-Chan, ubi plurimi mercatores, legi permiffum eft. k)

[Plurima hujus editionis exemplaria in orientem miffa funt, hinc in hisce oris funt rariffima. Propofuerat fibi *Robertus Boyle*, Novi hujus Teftamenti impreffionem promovere, fuisque fumtibus illud edere; focietas vero commerciis Turcicis inclita, curam illam ad fe pertinere rata, grandem folummodo fymbolam eam in rem conferre permifit, reliquasque impenfas fubminiftravit. Si *Helladio*, viro fubleftae fidei, credendum effet, *Seamannus* tantummodo editionem verfionis hujus Turcicae procuraffet. Verum ipfe *Seamannus* linguae Turcicae adeo peritus fuit, ut plures eadem lingua fcriptas opellas ediderit: quare et hanc eidem auctori tribuendam effe judicamus. Provocamus ad ipfum *Seamannum*, qui in Epiftola nuncupatoria *Roberto Boylio* infcripta et Grammaticae Turcicae Oxoniae 1670. 4. editae praemiffa, fe Catechifmum in linguam turcicam transtuliffe propriisque fumtibus ediditiffe, et ante quadriennium inftante Equite *Cyrillo Wiche* verfionem Novi Teftamenti, et hancce Grammaticam elaboraffe, ipfe teftatur. l)

Lu-

g) *Früh aufgelefene Früchte* A. 1739. pag. 243. *Neue Zeitungen* Lipf. 1738. p. 749. *Hagemanni Nachrichten* p. 61.

h) *Alexander Helladius* in Statu praefente Ecclefiae Graecae, p. 289.

i) Idem ibidem in nota in fine paginae.

k) Idem c. IX. p. 137.

l) *Nachrichten von einer* [illegible] *Biblioth.* vol. 5. p. 471. *Knochii Nachrichten* p. 635. *Hagemanni Nachrichten*, p. 105. *Joh. Alb. Fabricii* Biblioth. graec. vol. 3. p. 202. Ejusd. falutaris Lux Evangelii c. 35. p. 596.

[III.] Lucae Evangelium Turcice. Seorſum recudi curavit D. Jo. Henr. Callenberg. Halae. In typographia orientali Inſtituti Judaici et Muhammedici. CIϽIϽCC.XXXXV. 8. m)

[IV.] Concio Chriſti Montana Turcicè — Halae 1735. 8. n)

[V.] Initium Evangelii Johann. I, 1-18. — Halae 1735. 8. o)

[VI.] Acta Apoſtolorum Turcice — Halae 1746. 8. p)

[VII.] Pauli Apoſtoli epiſtola ad Romanos Turcice — Halae 1747. 8. q)

[VIII.] Pauli Apoſtoli epiſtola ad Hebraeos Turcice — Halae 1748. 8. r)

[IX.] Particula 1 Petr. II, 11-25. Turcice. — Halae 1735. 8. s)

[X.] Johannis Apoſtoli epiſtola prima Turcice. — Halae 1735. 8.

Singula in uſum Orientalium ſeorſim e Novo Teſtamento *Seamanni* ſeorſum recudi curavit D. *Callenbergius*, qui dum vixit, Inſtituto Judaico ſumma cura felicique ſucceſſu praefuit.

m) Acta hiſt. eccleſ. Vol. 13. p. 278.

n) Act. hiſt. eccleſ. vol. 2. p. 419.

o) Ibid.

p) Ibid. vol. 15. p. 289.

q) Ibid. vol. 13. p. 278.

r) Ibid. vol. 12. p. 288.

s) Ibid. vol. 2. p. 419.



SE-

SECTIO IX.
DE
VERSIONE ARMENA.

§. I.

Lingua.

* Armenica lingua nec eſt mater Hebraicae, nec ejus filia, ſiquidem non ſcripturae tantum diverſitate, ſed et ipſis vocum radicibus, derivatorum formis, variis componendi modis, item declinatione, conjugatione et conſtructione ab Hebraica toto coelo differt. [a])

[Armeni Arabum et Phrygum ſunt affines, unde facile conjiciendum eſt, linguam illorum eſſe mixturam ex Arabica, Phrygica et Syriaca dialecto; ut adeo e plurium gentium linguis nova conflata ſit. Characteres Armenorum plane ſunt ſingulares, et omnium maxime quoad externam formam ad typum Ruſſorum accedunt. Communem enim habent Ruſſorum et Armenorum characteres originem: nimirum antiquiorem Graecorum typum, qui aliquantulum immutatus inter Armenos, et cum alia deviatione inter Ruſſos obtinet locum. Rariores ſunt libri Armenice expreſſi; quo vero lector de lingua ipſa judicare poſſet, Titulum Bibliorum ſacrorum litteris latinis expreſſum infra exhibebimus. [b])

§. II.

Verſio Bibliorum Sacrorum.

* Armena Bibliorum verſio a S. *Joanne Chryſoſtomo*, vel ejus ſtudio adornata. *Sixtus Senenſis* dicit, [c]) „S. Johannem Chryſoſtomum Novum Teſtamentum et Pſalmos Davidicos in linguam Armenicam transtuliſ„ſe;„ ſed e veteribus id refert nemo ante Georgium Alexandriae Patriarcham, qui claruit 620. Chryſoſtomus cum in Cucuſum Armeniae oppidum exularet, „invenit largiente Deo quosdam ex iis Graece ſcientes, quos „Novum Teſtamentum et Pſalmos in vernaculam ipſorum linguam conver„tere effecit, uti notitiam S. Scripturae obtinerent.„ [d]) — Verum ſcriptor

a) *Le Long* p. 136. col. 2. D.

b) Conf. *Joh. Henr. Hottingerus* Diſſ. 3. de translat. Biblior. in ling. vernac. p. 179. etc. *Joh. Joach. Schröderi* Diſſ. de antiquit. ling. Arm. cum Theſauro ling. Armen. Amſtelod. 1711. *La Crozii* Diſſ. Chamberlaynii Orat. domin. ſubnexa, p. 129. 133.

c) Lib. 6. Bibliothecae ſanctae, annotat. 152.

d) De vita *S. Chryſoſtomi* tom. 8. edit. Savillianae §. 59.

ptor iſte juxta Photium praeter hiſtoriae fidem narraſſe quaedam viſus eſt. Conſtat enim ex Palladii dialogo de vita Chryſoſtomi, „Georgium ſua ut plurimum fabulis intertextis deſcripſiſſe.„ Quaenam igitur hujusmodi auctori, qui ducentis et amplius annis poſt Chryſoſtomi obitum res ab ipſo geſtas absque ullo Veterum monumento deſcripſit, fides eſt habenda?

[Eundem *Chryſoſtomum* Armenorum quoque characteres inveniſſe, e monumentis Bibliothecae Vaticanae adfirmat *Angelus de Rocha*, e) ſed utrumque aeque dubium eſt.

§. III.

Verſio ſecunda Armen.

* Biblia Veteris et Novi Teſtamenti ex Graeco idiomate in Armenum translata a Moyſe Grammatico, Davide Philoſopho et Mampraeo Armenis circa tempora Arcadii Imperatoris et S. Johannis Chryſoſtomi.

Hac eadem tempeſtate (*ſcilicet Arcadii Imperatoris*) floruit etiam in Armenia celeber quidam Heremita, dictus Meſrobus, vir plane eruditiſſimus et ingenio perſpicax, qui cum Armenarum tum Iberarum quoque literarum characteres accuratiſſime primus expreſſit, ac poſteris ſingulare hoc beneficium, quo tot transactis ſeculis eorum majores expertes fuerant, dereliquit. Is igitur et Iſaac Armenorum Patriarcha plures in Armenia erudierunt diſcipulos, quos et Athenas ad Graecam linguam, aliasque facultates adipiſcendas miſerunt. Inter eos autem maxime omnium profecerunt tres, videlicet *Moyſes* cognominatus Grammaticus, *David* Philoſophus, et *Mampraeus*, qui poſtea pleroſque libros ac praeſertim Bibliorum Veteris et Novi Teſtamenti ex Graeco idiomate in Armenum transferendo, ſuam ipſorum linguam mirum in modum locupletarunt. f)

Rem aliter narrat vitae B. Meſropae ſcriptor, qui in titulo hujus vitae vocatur *Coriun.* Legitur circa initium Meſropam apud ſe ſtatuiſſe viginti duos libros Veteris Teſtamenti transferre in Armenicum ſermonem, cui diſcipuli ſui Joannes et Joſeph in eo auxilium dabant. — — Illis temporibus regnabat Theodoſius Junior. *Narrat poſtea quod* cogitaverint ambo beati Iſaac Armenorum Patriarcha et Meſropa ſuae narrationis ſcripturam extendere et augere interpretationes, et ſcripta ſecundum efficientiam Dei; propterea miſerunt duos ex diſcipulis in urbem Edeſiae Eznac et Joſeph, ut ex Syrorum lingua ſanctas ſcripturas interpretantes in linguam Armenicam literas commendarent ſuae regioni; illi autem euntes perfecerunt juſſa etc. g)

Ea-

e) Apud *J. H. Hottingerum* de translat. Biblior. p. 185.

f) Ex hiſtorico Carmine Nierſeſis Ghel de regibus Armeniae num. 490. apud Clementem Galanum part. 1. hiſtoriae Conciliationis Eccleſ. Armenae cum Romana, cap. 7. n. 12. [Pars hujus operis prima prodiit Romae 1650. pars ſecunda vero ibidem duobus tomis 1658. et 1661. Pars prima continet hiſtoriam armeniacam, multis fabulis interſperſam, et recuſa exſtat 1686. et cum novo titulo Francofurti et Lipſiae 1701. 8. Pars ſecunda meras tractat controverſias.

g) Haec exſcripta ſunt ex codice Armeno Bibliothecae Regiae, qui *Sanctologium* inſcribitur, juxta verſionem Oskan Vartabied, i. e. Epiſcopi Armeni anno 1669. factam.

Eadem pene refert *Moses Chorenensis* [h]) ex versione Schroederi: „Mesropus disposito Armeno Alphabeto juxta illubricitatem syllabarum, quae „est in Graeco, ulterius manum admovit ad interpretationem, consulto ini„tium faciens a Proverbiis complevit illos et viginti duos revelatos libros et „Novum Testamentum transfundere in Haïcanum (i. e. veterem Armenum) „sermonem ipse et discipuli ejus Joannes Ekelensis et Josephus Balnensis.„ His omnino accensendus est (*pergit Schroederus*) ipse Moses Chorenensis Mesrobi quoque discipulus nulli secundus, qui citato loco modestiae ergo nomen suum reticuit, sed ad Isaacum Bagratidem scribens se excusat, [i]) „quod „prolixiorem Haïcanae gentis historiam ei exhibere non potuerit, quia senex „et valetudinarius et minime otiosus ab interpretationibus et sanctioribus ver„bis.„ Id quod ineunte seculo V. mortuo Chrysostomo, circa annum 410. evenit. Hanc sententiam confirmat Theodoretus, versionem Armenam suo tempore adornatam fuisse, utpote qui anno Christi 423. ordinatus est Episcopus, et proinde versio illa adhuc superstes, attingit nunc aetatem 1300. annorum. *Ita Schroederus.* Nullus est sane Theodoreti locus, si haec dicuntur de iis quae scripsit sermone 5. p. 555. Curationis Graecarum affectionum, ubi non agitur de sacrae scripturae versionibus, sed de dogmatibus Christianae religionis. [k])

[Antiquissima haec est versio Armena, quae typis exscripta exstat; de qua *La Croze*, vir hujus linguae peritissimus, judicat: „Versionem Syria„cam Novi Testamenti haud tanti facio, nihil sane est, si cum Armenica com„paretur, quam ut longe meliorem, ita et antiquiorem judico.„ [l]) Et alio loco: „Versio Armenica nunquam ex Syriaca reficta est; nullum exemplar „Graecum textum fidelius repraesentat.„ [m]) Et denique: „Inter priscas „Veteris Testamenti versiones e fontibus των ἑβδομηκοντα derivatas, nullam „praestantiorem esse censeo Armenica versione, ex qua veteres et verae le„ctiones Graecae infinitis in locis adferi possunt. Codicem autem Alexan„drinum presse sequuntur versiones Armenicae et Slavonicae.„ [n]) Sed versionem hanc antiquissimam non intemeratam ad nostra transiisse secula, maxime dolendum est: *Haïthonem* enim seculo 13. Versionem Armenicam ad latinam vulgatam immutasse, certum est. Audiamus hac de re *La Crozium:* „Jam inter eos celeberrimus fuit rex *Hethum*, quem illius aetatis Latini „scriptores *Haïthonem* appellant. Is, teste *Haïthone* Armeno, ejus con„sanguineo et cognomine, c. 13. historiae Orientalis ab eo editae, per qua-

 „dra-

h) Lib. 3. cap. 53. p. 430. Hist. Armenae Amstelodami anno 1695. [Prodiit ibidem sub rubro: Genealogia prosapiae Japheticae s. historia Armenae nationis adornata a ter magno doctore Moyse Chorenensi; procurante Thoma Vanendensi Episcopo Armeniae. Meliorem editionem procurarunt Guillelmus et Georgius, Guil. Whistoni Filii, Londini 1736. 4. textuique armenico accuratam addiderunt versionem latinam.

i) Ibid. cap. 65. p. 446.

k) *Le Long* p. 137. col. 1. B.

l) Thesaurus Epistol. La Crozianus tom. 3. p. 173.

m) Ibid. p. 114.

n) Ibid. p. 201.

„draginta quinque annos Armeniae regnum tenuit, ab anno nimirum Domi-„ni 1224. et diem fuum obiit a. 1270. poftquam fub finem vitae fuae Fratrum „Minorum, feu Francifcanorum ordini nomen dediffet. Vixit perpetuo „conjunctus cum ecclefia Romana, linguae etiam latinae fatis peritus pro ca-„ptu illius aevi. Biblia fua Armeniaca exegit ad Latinam verfionem vulgatam, „quam ita diligenter expreffit, ut ipfas Hieronymi praefationes et prologum „galeatum in Alinguam rmenicam converterit, quae praefationes in editione „*Ufcani* Amftelodamenfi exftant, et in Conftantinopolitana anni 1705. Sup-„preffit ergo haec *Haïthonis* editio caeteras omnes, ita ut fi quis Armenicos „codices accuratos requirat, ei excurrendum fit in Armeniam ufque ad ex-„quirenda exemplaria, quorum antiquitas fupra decimum tertium feculum „adfurgat. Cum autem conftat, Latinos codices illius aevi comma illud „epiftolae divi Joannis habuiffe, nihil mirum videbitur, fi nunc ab *Haïthone* „in codices fuos translatum conftanter in omnibus Armenicis editionibus le-„gatur.„ o) Excufandus itaque eft editor Bibliorum Armenicorum, qui ad latinam Vulgatam codicem fuum immutaffe dicitur: codicem enim a *Haïthune* transformatum fequutus eft. p)

§. IV.

Verfio dubia.

* Armena totius S. Scripturae verfio ex latino fermone a Bartholomaeo Parvo et Joanne Angelo ex ordine Praedicatorum, Joanne et Jacobo Armenis anno Chrifti 1316. concinnata.

„Bartholomaeus et Joannes Angelus Bononienfes ex latino idioma-„te transtulerunt in Linguam Armenicam Biblia facra.„ Ita *de Altamura.* q) „Interea (inquit *Galanus*) r) Bartholomaeus et Joannes Angelus una cum „Armenis Magiftris Joanne et Jacobo ad translationem facrorum librorum ex „Latino in Armenum idioma fefe totos dedere.„ Utinam vetuftos ea de re laudaffent auctores; recentiores enim funt (prior fcripfit anno 1677. alter vero 1650.) ut id folo duntaxat ipforum teftimonio credatur. s)

[Fabulam omni ex parte fapiunt, quae de hac recentiori verfione proferuntur, quae forte exinde nata eft, quod *Haïthon* eodem tempore verfionem Armenicam ad codices latinos revocaffe dicatur. Supereft quoque de verfione Pfalmorum fatis antiqua relatio, quae cum praecedenti pari paffu ambulare videtur. Interim, quae de illa habet *Le Long*, hic locum habeant:

* Pfalmi in Linguam Armenicam translati tempore Theodofii Magni.

„Imperante Theodofio et regnante apud Perfas Bramfapo.„ (qui eft Bahram aliter filius Schabur tertius, qui rerum potitus eft circa an. 380.

ut

o) Ibid. p. 4. Conf. p. 69.

p) Conf. *J. D. Michaelis Einleitung in die Göttl. Schriften des N. B.* vol. 1. p. 213. *Rich. Simon* hift. crit. des Verfions du N. T. c. 16. *Millii* prolegom. §. 1402. etc. *Kortholtius* de variis fcripturae editionibus c. 20. p. 304. etc.

q) Cent. 2. Bibl. ord. Praedic. ad ann. 1333.

r) Ibid. ut fupra, cap. 30. num. 14.

s) *Le Long* p. 137. col. 2. D.

ut refert *Vlmannus*) t) „cum nulli in Armenia reperirentur, qui Romanam „(*hoc eſt Graecam; nam hanc intelligit auctor*) linguam perſpectam haberent; „extiterunt nonnulli, qui contra formam a magno Gregorio (*Armeniae Epi-* „*ſcopo*) praeſcriptam, ſibimet ipſis Armenica lingua, Pſalmos et literas et „cantiones transtulerunt. Quod audiens Theodoſius Imperator valde ſuc„cenſuit Armeniis, quod traditionem a ſancto Gregorio acceptam violaſſent.„ Haec graece referuntur apud *Jac. Gretſerum*, u) quae quidem ipſe legerat in relatione de origine errorum Armeniacorum ab ipſo reperta in quodam mſc. codice Graeco Bibliothecae Bavaricae. De hoc auctore, cujus nec nomen *Gretſerus* nec aetatem indicat, ferri judicium non poteſt. Ille vero, quae de *Davide* Philoſopho, *Moſe* Grammatico et *Mampraeo* ſuperius ex *Galano* allata ſunt, circa librum ſaltem Pſalmorum confirmare videtur: hi enim circa illud tempus inclareſcebant. x)

§. V.

Editiones Bibliorum Armen.

* Biblia Armena juxta verſionem LXX. interpretum, juſſu Jacobi Characteri Armenorum Proto-Patriarchae adornata et edita ſtudio Oskan Wartabied (id eſt) Epiſcopo Yuſchuaran in Armenia de Dominatione Perſica, juvante Salomone de Leon ejus Diacono. y) Amſtelodami aera Armenorum 1115. Chriſti 1666. 4. [I.]

Haec editio Armenis non fuit accepta. „A Meſrobo et diſcipulis ejus ador„nata Codicis ſacri verſio tanta cura tantaque veneratione a poſteris ſervata eſt, ut „religioni duxerint, quotquot fuerunt, et adhuc ſunt, Eccleſiae Armenae Antiſtites „ac Doctores, vel verbulum antiquo textui addere aut demere, donec ea anno „Chriſti 1666. ad mandatum Patriarchae et Schmiadzenſis Domini Jacobi, indefeſſo „ſtudio Archiepiſcopi Uſcani Erivanenſis, hic Amſtelodami nitide typis mandata eſt, „in forma, ut loqui amant, quarta majori. In hac editione ipſe Uſcan librum Sy„racidis ſeu Eccleſiaſticum a ſe e Latino Armenice redditum, coeteris Apocryphis (*ut* „*ajunt Proteſtantes*) junxit: Libros Sacros V. et N. T. in capita et verſus diſtinxit, „hiſtorias biblicas laminis aeneis ornavit, Parallela loca et differentias nonnullas Ar„menum inter et latinum Vulgatum exemplar in margine notavit, praefationem „duplicem volumini praefixit. Ex Hieronymo autem Epiſtolam ad Paulinum et li„brorum ſacrorum argumenta; indicem triplicem locorum Veteris Teſtamenti de „Chriſto in novo adductorum, nominum propriorum atque rerum; item Carmen „Haithonis minoris Armeniae regis, qui in eodem ſe codicem ſacrum integrum de„ſcripſiſſe fatetur, anno Armenorum 744. (Chriſti 1295.) ad cujus autographum „haec editio excuſa dicitur, nec non προσφωνησιν duplicem ad finem operis adjecit.„ z)

Exemplari quod *Uſcanus* Bibliothecae Regiae dono dedit, praefigitur Epiſtola latina *Ludovico XIV.* Regi Chriſtianiſſimo ab eodem *Oskan* nuncupata, ejusque ſtu-

 dio

t) In ſerie Regum Perſarum p. 132.

u) Lib. 2. c. 16. Defenſionis Bellarmini, column. 881.

x) *Le Long* p. 137. col. 2. E.

y) *Chevillier* Origine de l' imprimerie p. 271.

z) *Joach. Schröderus* p. 60. Diſſert. de antiqu. linguae Armenicae.

dio impreſſa; quae ſic habet: „Siſtunt ſeſe, Sereniſſime Rex, adſpectui tuae Regiae „Majeſtatis longe ſplendidiſſimo ſacra haec Biblia Armenica, a natione noſtra diu „multumque deſiderata ac expetita, nunc vero primum in orbe Chriſtianiſſimo no- „vis elegantibus typis excuſa, magnisque ſumptibus et ſummo labore et induſtria pu- „blicata, etc. Amſtelodami 21. Maii 1669.„

„Haec ſumma fide in lucem remiſit Uſcanus juxta optimos quosdam mſc. „codices, quos ſecum ex oriente attulerat,„ *inquit Rich. Simon* [a]) *et addit ibidem*, „hanc interpretationem Armenicam, idque ex illius Epiſcopi Armeni ore didici, a „Moſe et Davide (*de quo ſupra*) ſumptam fuiſſe ex Graeca verſione LXX. Inter- „pretum.„

„Bibliorum Armenicorum recentiſſima editio (quam num alia unquam ante- „verterit, dubito) juſſu Reverendiſſ. Domini Jacobi Armenorum Proto-Patriarchae „juxta Dalmatiam adornata eſt, atque anno Salvatoris M.DC.LXVI. aerae Arme- „norum M CXV. Amſtelodami in forma, ut loqui amant, quarta majori, nitidiſſi- „mis typis, charta puriſſima columnisque diviſa, hiſtoriis biblicis pluribus figuris ae- „neis repraeſentatis, locisque parallelis textui uberrime adjectis, capitibus in certas „ſuas partes diſtributis, diſtincteque notatis verſibus, prodiit: Novo Teſtamento „ſingulorum librorum Biblicorum argumenta ſubjiciuntur.„ Haec *Andreas Acoluthus.* [b]) Idem ante dixerat „certum eſſe, auctorem verſionis ſacri codicis Armenicae, „quisquis ille fuerit, in veteris Inſtrumenti interpretatione proto-typon, quod tunc „praeter Targumim, extabat unicum, LXXviralem verſionem elegiſſe, illamque ac- „curate plerumque expreſſiſſe; ita tamen, ut ſuae ipſius libertatis non prorſus fuerit „immemor.„ [c])

[Hactenus ea, quae Auctor noſter de hisce Bibliis annotavit, deſcripſimus, quibus nonnulla addenda eſſe judicamus. Quod ipſum libri titulum attinet, eum ab auctore noſtro formatum eſſe, certum eſt. Nec meliori modo lectori conſuluit *Dav. Clement*, qui hisce Bibliis ſequens dedit rubrum: *Biblia Sacra Armenice; ex graeco idiomate LXX. Interp. in Armenum translata a Moyſe, Davide et Mampraeo, juſſu Jacobi Armenorum Protopatriarchae adornata et edita: ſtudio Oskan Wartabied.* Cui ſi fides habenda eſſet, nomen trium antiquorum interpretum in fronte foret expreſſum, una cum fonte unde derivata ſit editio. Sed de his omnibus ne verbulum in ipſo libri rubro legitur. Liceat nobis typo latino, quantum fieri poteſt, quae typo Armenico expreſſa ſunt, hic exponere: *Áſtwaza Schuntz hnotz jew norothz gdagaranatz ner barunaghogh ſharagar Kuteamp nahneatzn merotz jew giſhmardaſſiratz tarkmanoghatz isg ſgni hramanaw wéhaparin dearn Agopa hajotz gatughigoſſi Klghagarkeal jew denadeal eſt taghmadatzotzn na jew ſhamatzainutiun hanurz krotz asdwazaſchentzitz ent irears arenter garkeal amenetzun newasdi umemn pani dearn ſbaſſawori Osgani erewantzo Amſterdam ner dbaranum Serpun etzmiatzni jew Serpun Sarkſi ſcrawari i twum prgzin 1666.-isg hajotz n. D. H. namſeann mardi medaſſani.*

i. e.

a) Lib. 2. cap. 16. hiſt. crit. V. T. Conf. *de Moni* ſ. idem *Rich. Simon* c. 12. hiſt. crit. de religione et ritibus populorum Oriental. p. 137.

b) In praefatione Obadiae Armeni.

c) *Le Long* p. 138. col. 2. A. ad p. 139. col. D.

i. e. *Divinitus inſpiratum Vetus et Novum Teſtamentum, concinnatum ab antiquis noſtris, et veritatem amantibus interpretibus, ex mandato inclyti Domini Agopi,* (Jacobi) *Armenorum Patriarchae, concordans cum veteribus divinitus inſpiratis Bibliis, ad communem omnium utilitatem editum per verbi Domini miniſtrum Osgan Erivanenſem. Amſterodami Typis Sancti Etzmiatzni et Sancti Sergii anno Redemptoris 1666. Armenorum 115. menſis Martii 11.* pp. 628. et 834. In tituli pagina verſa apparet Alphabetum Armenicum et notae numerales ab 1. usque ad centies mille. fol. 2. praefatio de indole Bibliorum Armenicorum et praefatio *Uſcani* de hac editione. fol. 3. ſequitur recenſio capitum religionis: *Deus, creatio, peccatum, Chriſtus, Lex, Decalogus, Chriſtus Deus Salvator,* appoſitis dictis e V. et N. T. probantibus: quibus ſuccedit catalogus librorum V. T. Pag. 1. Libri V. T. conſueto ordine. Librum ſecundum Chronicorum Liber I. Eſdrae, et II, ſeu Nehemiae, Tobias, Judith, Eſther, qui libri adimplent paginas 628. Ad librum Iobi paginae de novo numerantur. Poſt Canticum Canticorum ſequitur Liber Sapientiae et Syracides; Jeremiam excipit liber Baruchi, et Malachiam Maccabaeorum libri tres, et Eſdrae tertius et quartus. Pag. 429. Catalogus Librorum N. T. qui ordine conſueto ſequuntur ad pag. 744. Ad calcem N. T. adjiciuntur p. 745. Hieronymi prologi, pag. 755. Epiſtola ad Damaſum, p. 760. Teſtimonia de Chriſto e V. T. in Novo citata, p. 765. Expoſitio Nominum hebraicorum, p. 774. Index rerum, p. 829. Carmen Regis Haithonis, pag. 831. Admonitio ad lectorem et gratiarum actio, ad pag. 834. Qui Armenice *Agopus* dicitur, *Jacobus Caractri* (non *Characteri*) Armenorum Patriarcha circa annum 1662. *Uſkano* in commiſſis dedit, Biblia Armenica ut in Europa imprimi curaret. Abiit ille, qui a *Rich. Simon* Epiſcopus de *Yuſchuavanch* falſo dicitur, nomen enim ejus ab Armenis *Yuſchavan* pronunciatur, ſeipſum vero nullibi Epiſcopum, ſed tantummodo Verbi Domini miniſtrum, ex urbe *Erivan* ad Montem *Ararat*, appellat, eum in finem Romam; ſed cum ibidem per quindecim menſes fruſtra tempus conſumſiſſet, Amſtelodamum profectus, ibidem typographiam Armenicam exſtruxit, et manus operi admovit, in quo ſocios habuit *Salomonem de Leon*, Diaconum, et typographos *Etzmiatzneum* et *Sergium*, ibique opus nitidum anno 1666. finivit; et praeterlapſo biennio 1668. Novum Teſtamentum in forma octava addidit. Laudat hanc editionem *Rich. Simon* [d]) ſatis accuratam, ſinceram et non interpolatam, quae ad normam antiquorum Codicum, quos *Uſcanus* ex Oriente ſecum attulerat, exſcripta ſit. Verum idem ille Criticus ſibi haud conſtat, dum alio loco editorem verſionem ad Vulgatam accommodaſſe, et nonnulla loca, quae ab Armenicis codicibus abfuerint, e Vulgata reſtituiſſe, aſſerit. [e]) Ultimum vero ex parte verum eſt; et idem obſervavit *La Crozius* in Epiſtola ad *L'Enfantium* ſcripta: „Ce Prelat étoit ataché à „l'Egliſe Romaine, comme toutes ſes Préfaces en font foi. Il ſavoit un peu de La„tin, et n'avoit aucun goût, ni aucune critique. Il n'a la verité rien changé, ni „retranché dans ſon Edition; mais lorsqu'il a trouvé quelque choſe de plus dans la „Vulgate, il ne s'eſt fait aucun ſcrupule de le fourer dans ſon Edition. Il l'avoüe „meme dans une de ſes Préfaces, et s'en fait mal à propos honneur. Je l'ai remar„qué

d) Hiſt. crit. du V. T. p. 290. et Hiſt. crit. des Verſ. du N. T. p. 196.

e) Lettres choiſies tom. 2. p. 166. *Sainjore* Biblioth. crit. tom. 4. p. 194.

„qué ci-dessus par raport au 4. verset du Chap. V. de St. Jean. Je ne doute pas „qu' il n' ait fait la même chose par raport aux trois temoins dans le Chap. V. de la „premiere Epître du même St. Jean.„ f) Sed ex iis, quas supra §. III. de *Haïthonis* correctione Bibliorum Armenicorum observavimus, *Uscanus* certo modo excusandus videtur: nisi forte Locum illum Johanneum de tribus testibus de novo addiderit: uti ex iis quae *Wilk. Whistonus* ad *La Crozium* scribit, conjici potest: „Quae de „interpolatione editionis *Uscani* ex Vulgata editione latina dicis, ea vera esse depre„hendimus, cujus fidem non minus in Libris Veteris Testamenti, quam Novi desi„deramus. Porro quod suspicabaris de 7. versu Cap. V. Epist. primae Johannis testimo„nio *Sandii* in interpretationibus ejusdem paradoxis p. 376. ita se habere comperimus, „qui de versu hoc agens haec habet: *Codex praeterea Armeniacus ante 400. annos ex„aratus, quem vidi apud Episcopum ecclesiae Armeniacae, quae Amstelodami colligi„tur, locum illum non legit.* Cumque *Sandius* interpretationes suas in lucem emi„sit A. D. 1669. Bibliaque Armeniaca typis excusa fuere 1666. non in dubio est, „hunc codicem, de quo loquitur *Sandius*, ipsissimum fuisse, ex quo emanavit editio „*Uscani*. Habemus codicem Armeniacum MSS. quatuor Evangeliorum, in Biblio„theca Bodleiana apud Oxonium, quem vidi, in quo versus ultimus cap. 7. et prio„res undecim versus cap. 8. Evangelii Joannis, qui continent historiam mulieris in „adulterio deprehensae desunt, quamque deesse in antiquissimis Graecis exemplari„bus et *Nonni* paraphrasi tute observasti in erudita et perutili historia tua Christianismi „Indorum.„ g) Quae forte aliquo modo conciliari possunt. *Uscanus* plures secum apportavit codices; et si inter illos fuit unus tantae aetatis, quae ad 400. et amplius adscendit; reliqui fuere juniores et a *Haïthone* ad Vulgatam accommodati: priorem consuluit *Sandius*, posteriores tanquam in Armenia receptos sequutus est *Uscanus*. Typographia Armenica Amstelodami instructa, deinde *Massiliam* transportata est, et ex hac urbe *Constantinopolin* abiit. h)

[II.] Biblia sacra, Armenice ex LXX. Interp. Graeco idiomate translata a Moyse, Davide et Mampraeo, et ad versionem Syriacam revisa: Jussu Patriarchae Nahabet edita. Constantinopoli 1705. 4.

Se-

f) Epistola inserta legitur Praefationi N. T. a L'Enfantio editi.

g) Thesaurus Epistol. Lacrozianus, tom. 2. p. 290.

h) *Baumgartenii Nachrichten* von merkw. Büchern vol. 9. p. 198. *Dav. Clement* Biblioth. hist. crit. vol. 3. pag. 428. *Widekind Nachrichten* etc. p. 435. *Freytagii* analecta de libr. rar. p. 100. *Joh. Vogtii* Catal. libror. rar. p. 95. Nova Acta hist. ecclef. vol. 2. p. 500. *J. G. Hagemanni Nachrichten von den Uebersetz.* p. 106. *C. H. Tromleri* specimen Biblioth. Armen. Plauae 1759. 4. *Waltoni* proleg. XIII. p. 397. *J. A. Fabricii* Bibl. gr vol. 3. p. 193. De Bibliis Armeniacis suppositititiis, quae *Theodori Petraei* studio adscribuntur, sequentia habet *Le Long* pag. 139. col. 1. D. quae hic exscribimus, ne forte editionem aliquam omisisse dicamur: „Biblia Armenica studio Theodori Petraei edi„ta in fol. Amstelodami 1670. Hujus edi„tionis meminit *Saubertus* in prolegomenis „ad varias lectiones in S. Matthaeum pag. „50. Extat in Bibliothecae Leidensis Catalo„go p. 250. num. 16. Amstelodami excusa „sunt opera *Uscani* Erivanensis Biblia Sacra „V. et N. Testamenti in 4. eadem quae „perperam *Petraeo* adscripta. *Schröderus* p. „39. de antiq. ling. Armen.„

Secunda Bibliorum Armenicorum editio, quae priori absimilis iisdem typis Constantinopolin delatis expressa, iisdemque figuris aeneis ornata, iisdemque appendicibus locupletata. Titulum ejus ex *Clementii* relatione descripsimus; sed et verum libri titulum prioris editionis titulum repraesentare, non sine veri specie nobis persuademus. Quid sibi velit illa ad versionem Syriacam facta revisio, ignoramus; et forte ignoravit ipse *Lacrozius*, cujus inter manus utraque olim fuit editio. Loquitur ille de hac editione in epistola ad *Bengelium:* „Editio Bibliorum Armenica descripta „est ex codice Haithonis Regis Armeniae minoris, qui et praefationem metricam „Editioni suae addidit, quod ποιημάτιον latine verti ex editionibus Armenicis Am„stelodamensi et CPolitana. Utramque habeo. Vertit etiam ex latino Praefationes „omnes Hieronymi, quae in iisdem Editionibus Armenicis exstant. Itaque nihil du„bitandum est, Haïthonem multa addidisse in editione sua ex versione Vulgata, etsi „alias veteres lectiones nihil sollicitaverit. Ergo optandum esset ad integritatem „Editionis Armenicae, ut conferri possent editiones, quas habemus, cum codicibus „antiquioribus aetate Haïthonis, qui editionem suam paravit, ut in praefatione sua „testatur anno Christi 1295. Armenicae aerae 744. Editionis illius manuscriptae Haï„thonis fragmenta authentica supersunt in Bibliotheca Regia Parisiensi, ut mihi Schrö„derus olim nunciavit, iisque usus est Uscanus in editione sua Bibliorum Armeni„corum.„ i)

Quomodocunque vero res se habeat, maxima tamen pars hujus versionis antiquissima est, adeo non indigna, ut eruditi in eam curatius aliquantulum inquirant. Orientales sacrae scripturae versiones antiquiores omnes fere in latinum sermonem translatae sunt: qui vero versioni Armenicae eandem praestet operam, hactenus inventus est nemo. Jam vero inter Gallos eruditi viri, qui se *de l'Academie Clementine à la Rue St. Honoré à Paris* nominant, publice in sese susceperunt, Versionem Armenicam ex editione Constantinopolitana in latinum sermonem transferre, specimenque jam quoddam, quod infra laudabimus, publici juris fecerunt. Iidem de versione Armenica hoc tulerunt judicium: Ce precieux ouvrage, dont les Savans de l'Europe ont souhaité la traduction avec ardeur, est le fruit des veilles de plus savans hommes, qui dans le Vme siecle ayent fleuri chez les Armeniens, de concert avec S. *Isaac* IIe, qui tenoit alors le Siége Patriarchal d' Armenie. Les savans *Machetots*, *Mesrop* et *Daniel* avec d' autres habiles gens, qu' ils associerent à leur travail, commencerent, l'an de Jesus Christ 422. à traduire de Grec en Armenien, toute l'Ecriture sainte, et s'appliquerent d'abord à la Version du Nouveau Testament. On revit ensuite la traduction entiere de la Bible, et l'on y soin de retablir, sur le Syriaque, les endroits obscurs ou defectueux dans le Grec. Nous ne disons cependant point pour cela que cette Traduction soit exemple de tout defaut; mais nous pouvons assurer qu' il est peu de Versions, qui suivent si fidelement leur Original, et dans lesquelles il se trouve moins de difficulté pour les commentateurs. k)

Ar-

i) Thesaurus Epistolicus Lacrozianus tom. 3. p. 69.

k) Les Propheties de Habacuc. Paris 1775. 8. p. 402. Specimen illud, cujus mentionem injecimus, est canticum Habacuci, e contextu Armenico versum, cum notis philologicis et criticis. p. 412. etc.

Armenica itaque verſio omnium optime, qualis fuerit textus Verſionis Septuagintaviralis ſeculo quinto, quaeve ejus fuere lectiones, quam optime demonſtrabit. Ut itaque Viri Eruditi promiſſis ſtare, verſionemque latinam cum orbe erudito communicare velint, utique optandum eſt. Sunt in numero hujus ſocietatis Viri, qui operi ſuſcipiendo pares ſunt, inprimis Abbas *Villefroy*, qui per plures annos inter Armenos vixit, linguaeque Armenicae omni ex parte compos eſt. Quod denique editionem Conſtantinopolitanam Bibliorum Armenicorum attinet, illa in hiſce oris infrequentior eſt, quam antiquior Amſtelodamenſis. [l])

[III.] Biblia Sacra, Armenice, ex Graeco LXX. Interp. translata a Moyſe, Davide et Mampraeo, juxta editionem juſſu Jacobi Armenorum Proto-Patriarchae editam, ſtudio Oſkan, anno MDCLXVI. Recentiſſima editio, nitidiſſimis typis, cum figuris aeneis, locisque parallelis textui adjectis, juſſu Abrahami Patriarchae Armenorum, ſtudio Mikkitar. Venetiis ap. Anton. Portoli 1733. fol.

Editio, quantum ſcimus, recentiſſima, ad primam formata, quae in Bibliotheca Regia Pariſienſi adſervatur; in hiſce oris itidem rariſſima, quae vero, uti ex Miſſionarii *Kiernanderi* relatione conſtat, inter Orientales frequentior eſt. [m])

§. VI.

Pſalteria Armenica.

[I.] * Pſalmi, Armenice. Romae 1565. 8. [n])

[II.] * Pſalmi, Armenice. Venetiis anno Armenorum 1091. Chriſtianorum 1642. [o])

[III.] * Pſalmi, Armenice. Amſtelodami 1661. 4. [p])

[IV.] * Pſalmi, Armenice. Amſtelodami 1666. 24. [q])

[Servo inter reculas meas hancce editionem, corio rubro multo auro veſtitam, pp. 356. conſtantem. Primo loco ſeſe offert dedicatio latine *Friderico Guilielmo* Marchioni Brandenburgenſi Amſtelodami 19. Octobr. 1666. facta, et *Garabied Wartabied Sacerdos Armenus* ſubſcripta. Sequitur Elenchus Pſalmorum Armenice, et notae numerales ab 1 ad 100000. Titulus Libri figuram portae repraeſentat, in cujus medio legitur Armenice: *Jerknaragan Saghmos Tavoti Markarei or jew Saghmoſaran ghotzi kokoth pecheal hoſſi. jokis martgan artzowali.* i. e. *Canticorum liber. Pſalmus Davidis Prophetae, qui vocatur liber Pſalmorum in aedificationem animarum hominum.* Pagina verſa brevem ſiſtit praefationem de editione, cujus initium factum eſt die 22. Martii 1666. ſub pontificatu *Agopi* ſ. *Jacobi* Patriarchae. Pſalmi ipſi non una ſerie expreſſi, ſed figuris aeneis inſertisque aliis Canticis interrupti ſunt. Pſalmum 35. excipit Canticum Moſis et formula precum. Pſalmo 36. praemittitur figura globo terreſtri inſidens manumque ad globum coeleſtem attollens,

l) *Clement* Biblioth. hiſt. et crit. vol. 3. p. 432. *Widekindi* Verzeichnis von raren Büchern p. 435. *J. G. Schelhornii* amoenit. litterar. tom. 3. p. 24. *Hagemanni* Nachricht etc. p. 62.

m) Catalogue des Livres imprimés du Roi de France, Tom. I. p. 4. n. 41. ap. *Clement.* loc. cit. p. 435. not. *Tromlerus* l. c. Nov. Act. hiſt. eccleſ. vol. 2. p. 501. vol. 4. p. 116.

n) *Le Long* p. 139. col. 1. E.

o) Id. ibid.

p) Id. ibid.

q) Id. ibid.

lens, et Pſ. 49. excipit formula precum. Poſt Pſ. 88. ſequitur Canticum Amoſi: poſt Pſ. 105. Preces Heſeckiae; poſt Pſ. 118. Benedictio Eſaiae et Preces Jonae: et in fine Pſalmorum Canticum trium puerorum, Canticum Mariae, et Oratio Manaſſe. Haec omnia variis figuris aeneis interſtincta cum editione Veneta anni 1642. conſentiunt. Accedit Elogium Pſalmorum, Confeſſio Fidei ſeu oratio *Narſis Catholici* Patriarchae Armenorum; *Gregorii* Nazianzeni oratio, quae non in Veneta exſtat editione. Oratio, et Calendarium ab anno 1115 ad 1163. Subjungitur denique memoriale, ſeu Laudes Dei, qui editoribus benigne adfuit; quae etiam in editione Veneta leguntur. Nomen *Uſcani*, qui eodem anno Biblia Armenica edidit, nullibi expreſſum eſt, ejus loco Editor ſe ipſum nominat *Garabied Wartabied*, ſacerdotem Armenum: unde ſequitur, *Le Long* haud accurate editorem Bibliorum nominare *Oskan Wartabied*, *Epiſcopum Yuſchuaran*; *Wartabied* enim et *Uſcan* diſtincti fuere perſonae.

* Pſalmi, Armenice. Amſtelodami 1672. 24. [V.]
* Pſalmi, Armenice. Amſtelodami 1677. 24. [VI.]
* Pſalmi, Armenice. Maſſiliae 1673. 8.[r]) [VII.]
* Pſalmi, Armenice. Conſtantinopoli. [s]) [VIII.]

[Quatuor hasce recenſet auctor noſter editiones, ex relatione *Schroederi*; quae ſi omnes revera exiſtunt, ſibi invicem ſunt ſimillimae. Sed de Amſtelodamenſi Anni 1677. valde dubitamus: Typographia enim Armenica Amſtelodami exſtructa, jam ante annum 1677. Maſſiliam transportata eſt. Editionis Conſtantinopolitanae annus non notatus eſt: interim circa initium hujus ſeculi in publicum prodiiſſe videtur.

§. VII.

Obadias Armenice.

* Obadias Armenus, quo cum analyſi vocum Armenicarum grammatica et collatione verſionis Armenicae cum fontibus, aliisque maximam partem orientalibus verſionibus exhibetur. Primum in Germania ſpecimen characterum Armenicorum in celeberrima Academia Lipſienſi procuratorum a M. Andrea Acolutho Vratislav. Sileſ. Anno Epochae Armenorum MCXXIX. Meſſianae MDCXXC. Lipſiae typis Juſtini Brandii. 4.

Textus Armenicus impreſſus eſt juxta modo laudatam editionem Amſtelodamenſem anni 1666. cujus elegantiſſimum exemplum, quo ſcilicet *Acoluthus* uſus eſt, hodie in Bibl. Sen. Lipſ. aſſervatur. [t])

[*Andreas Acoluthus*, Profeſſor Gymnaſii Eliſabethani, quod Breslaviae eſt, anno 1704. defunctus, a *Reimmanno* linguarum multarum, quibus Oriens diſertus eſt, peritia nemini ſecundus ſalutatur. Edidit ille praeter alia orientalia hocce ſpecimen in tironum gratiam, et textui armenico typis armenicis expreſſo, praxin legendi typis latinis expreſſam appoſuit, cum appoſita verſione latina. Annotationes ſunt grammaticales. [u])

 §. VIII.

r) *Le Long* ibid.
s) Id. ibid.
t) Id. ibid.
u) *Reimmanni* catal Biblioth. theol. pag. 937. *Nachrichten von einer halliſchen Biblioth.* vol. 3. p. 377. *Tromleri* ſpecimen biblioth. armen. Plauae 1759. 4. Nova Acta hiſt. eccleſ. vol. 2. p. 501. *Allgem. Gelehrten - Lexicon* p. 66. *Hagemanni Nachrichten* von den Ueberſ. p. 62.

§. VIII.

Nov. Test. Armenice.

[I.] * Novum Testamentum Armenice. Amstelodami 1668. 8. [x])

[Vidi exemplar hujus editionis manibusque olim tractavi, quod in Bibliotheca Baumgartenii erat. Excipit titulum pagina versa catalogus librorum N. T. Quatuor Evangelia, quibus Evangelistarum imagines praefiguntur, adimplent paginas 405. Actis Apostolorum praemittitur figura aenea, effusionem Spiritus S. repraesentans, et Paulinis Epistolis effigies auctoris: Apocalypsis vero 20. figuris ornatur. Integrum opus pp. 934. constat. Textus idem est ac in Bibliis anni 1666. utriusque operis editor est *Uscanus*, qui hoc N. T. non 1688. uti per errorem forte typographicum a *Joh. Vogtio* est expressum, sed anno 1668. finito opere Biblico in vulgus emisit. [y])

[II.] * Novum Testamentum Armenice. Amstelodami 1698. 12.

Nitidissimis et accuratissimis typis editum sumptibus Thomae Golthanensis Archiepiscopi Armenorum, ac diligentia summa Lucae Nurigianidis, ejus ex fratre nepotis.

Illud neutiquam praetereundum, (*ait Millius*) [z]) quod nos per litteras monuit, in Armenica coeteraque omni litteratura orientali longe versatissimus Ludov. Pickius, Doct. Sorbonicus. Versio, *inquit*, Armenica est antiquissima, et ex genio suo ita ἑλληνίζει, ut de verbo ad verbum Graeca referat, unde ex ipsa jus est restituendi originale Graecum, unde profluxit. [a])

[Duae tantummodo nobis innotuerunt N. T. Armenici editiones, quas hic recensuimus. Quae ante aliquot annos de Abbate *Aya*, Armeno, publice relata sunt, novam versionem armenicam Bibliorum sacrorum illum nimirum parare, tantis referta erant erroribus, ut nullam plane mereantur fidem; siquidem novam versionem Armeni, qui antiquitatis maxime sunt studiosi, si ipsis oblata fuisset, quam certissime repudiassent. [b])

§. IX.

Orat. Dom. Armen.

Oratio Dominica. Armenice. Halae 1756. 4.

Non seorsim prodiit oratio Dominica, sed Cl. *Bodius*, qui nostris temporibus linguae Armenicae studium resuscitare conatus est, illam armenice quidem, typis tamen latinis expressam, una cum versione latina capitum IV. Matthaei edidit. Prostat opella sub titulo: Quatuor prima Capita Evangelii Matthaei, una cum Oratione Dominica cap. VI. v. 9-13. ex versione Armenici interpretis Amstelodami Anno 1698. edita, ex Armenica lingua in latinam transtulit, notas quasdam philologicas

x) *Le Long* p. 139. col. 2. A.

y) Nachrichten von einer hall. Biblioth. vol. 3. p 189. Nova Acta histor eccles. vol. 2. p. 502. vol. 13. p. 274. *Vogtii* Catal. libr. rar. p. 663. *Hagemanni Nachrichten*, p. 106. *Rich. Simon* hist. crit. des Vers. du N. T. p. 196. *Michaelis Einleitung* etc. p. 223. *Joh. Alb. Fabricii* Biblioth. gr. vol. 3. p. 193.

z) Pag. 152. prolegom. in N. T. Gr.

a) *Le Long* p. 139. col. 2. A.

b) Nova Act. hist. eccles. vol. 2. p. 502. *Hamb. Freie Urtheile* A. 1749. p. 38. Act. hist. eccles. vol. 13. p. 274. Nachrichten von einer hall. Biblioth. vol. 3. p. 193.

gicas subjunxit, et tam de lingua quam versione sacra Armenica generatim praefatus est *C. A. Bodius*. Halae 1756. 4. [c])

§. X.

Emendationes.

Hae sunt quae nobis innotuere librorum sacrorum editiones Armenicae. Quod si *J. G. Hagemanno* fides habenda esset, plures exstarent ejusmodi editiones.

1) Quatuor ille recenset Bibliorum integrorum editiones Amstelodamenses, nimirum 1664. 1666. 1670. 1705. Quarum in numero prima et tertia nunquam exstitit; secunda est Amstelodamensis, et quarta Constantinopolitana.

2) Quae de nova versione secundum antiquum exemplar, quam parabit Abbas *Aya*, scribit, intelligi nequeunt. Antiquum illud exemplar est Armenice scriptum, ex quo quidem nova editio, sed nullo modo *nova interpretatio* produci potest.

3) *Acoluthus* secundum *Hagemannum* auctor est versionis Armenicae, sed revera editor Versionis Armenicae. §. VII.

4) Novum Testamentum anno 1668. in linguam Armenicam translatum est Amstelodami editum; quod falsum. §. VIII. n. 1.

5) Quatuor Evangelia, secundum hunc auctorem Venetiis anno 1680. in sermonem Armenicum translata et typis expressa sunt. [d]) Notitiam suam hausit *Hagemannus* e *Chr. Kortholti* tractatu: sed haud probe circumspexit. Loquitur *Kortholtus* de codice MSto Armenico quatuor Evangeliorum, non vero de recenter condita Evangeliorum versione, aut de editione typis evulgata.

c) Nova Acta hist. eccles. vol. 2. p. 303. Gelehrte Zeitung, Lipsiae 1757. p. 316.

d) Nachrichten von den fürnehmsten Uebersetzungen der H. Schrift p. 62. 106. *Kortholtus* de variis Bibl. edit. cap. 20. p. 305.





SECTIO X.

DE

VERSIONE COPTICA. [a])

§. I.

Lingua.

* Lingua Coptica (*secundum Renaudotum*) ea est ipsa vetus qua utebantur Aegyptii, priusquam sub Alexandri Magni successoribus idioma Graecum vulgare esset his in regionibus ac familiare; mixta quidem est plurimis dictionibus sive nominibus sive verbis, praesertim in rebus Liturgicis et in Officiis divinis; at cum illae sunt ad antiquae linguae genium et normam constructae, haec ideo semper censenda est lingua originalis. [aa])

* Lingua Coptica (*inquit Ludovicus Pickius*) quam legi in MSS. ante hos 500. annos scriptis, certo certius est ipsa Pharaonica Abrahamo coaeva, nisi quod non est pura sed corrupta. Versio autem certo est anterior Islamismo, seu usu linguae Arabicae per Aegyptum i. e seculo VI. (*vel potius VIII.*). Jam ergo attingit Acephalorum et Jacobitarum tempora, imo et seculum quintum, in quo mortuus est Hieronymus. Lingua sane tota sui juris est, plane singularis, sicut Hungarica inter tot Slavonicas. Versio non adhaeret Graeco ad verbum, sed sensum tantum refert, licet literas Graecorum, imo et verba ipsa adhibeat, non tamen magis Graeca, quam versio Muscovitica. [b])

* Coptica lingua (*inquit Joh. Harduinus*) [c]) nec in usu uspiam terrarum est ab annis saltem, ut in confesso est, amplius quingentis, nec in libris quidem existit, nisi recentioribus et admodum dubiae vetustatis ac foede corruptis (quales sunt interpretationes Veteris Testamenti ex Graeco in lin-

a) Sectioni de lingua Coptica, praemisit *Jacobus Le Long* p. 139. Sectionem *de Bibliis Georgianis seu Ibericis*. Hausit sua ex itinerario *Johannis Chardini*, qui ex itineribus in remotissimas Orientis regiones; de Georgianis, exstare inter illos codicem sacrum in Georgianum idioma translatum, et de Colchensibus, esse inter illos Novum Testamentum lingua Iberica scriptum, retulit. Verum quae horum populorum inter manus versantur libri, manu tantum sunt exarati, non typis expressi, nec aliorum quam duorum Codicum IV. Evangeliorum recensionem offert auctor noster. Plura itaque de hisce versionibus dicere, a legibus, quas nobis praescripsimus, foret alienum. Versionem itaque Georgianam, ne aliquam intactam praetermisisse videamur, solummodo hic nominasse sufficiat.

aa) *Eusebius Renaudot* lib. 1. cap. 9. p. 71. de perpetuo Ecclesiae consensu circa Eucharist. gallice scripto. *Le Long* p. 140. col. 1. E.

b) Sic ille ad *Joann. Millium*, qui haec refert p 167. prolegom. in N. T. Gr.

c) Pag. 33. Chron. V. T. editionis Parisiensis.

linguas peregrinas) et habet praeterea voces plerasque omnes ex Graeco Hebraeoque deductas, deliberandum an ficta in otio cenſenda ſit. (*Haec ſunt veſtigia hominis delirantis.*) Nam Aegyptiaca veteris linguae, ſaltem pauca quidem, eaque certiſſima manent veſtigia in Hebraicis veteris Teſtamenti, in quibus et Joſephi Patriarchae cognomen, et Regum ſubinde nomina, et nomina denique menſium in libro II. Regum Aegyptiaca ſunt, Coptica vero lingua nusquam certe eſt in uſu. [d])

[Tria hic de lingua Coptica virorum clarorum judicia ſimul exhibentur; quorum ultimum ſummo jure inter ingenii portentoſi deliria refertur. Ex ſumma quidem antiquitate *Renaudotius* Copticae linguae originem repetit; verum quae hodie in Codicibus MStis ſuperſtes eſt, non ad tantam aſcendit grandaevitatem, ſed ad illa referenda eſt tempora, quae invaſionem et occupationem Aegypti a Saracenis anteceſſerunt. Iſtis vero temporibus non integra recens nata eſt, ſed multa cum vetuſtiſſima Aegyptiorum lingua communia habet, et multis graecis tum et hebraicis vocabulis interpolata eſt. [e]) Quae olim inter Aegyptios fuit dialectus ſacra et ſacerdotalis, a lingua Coptica omni ex parte eſt diſtinguenda. [f]) Litterarum ductus, quibus uſi ſunt Copti, ſunt revera graeci, et antiquiſſimarum graecarum litterarum formas repraeſentant, adeoque a typo Ruſſorum haud longe recedunt. Quales vero antiquiſſimae Aegyptiorum litterae, nemo forte depingere audebit. [g])

§. II.

Verſio Sacra.

* Biblia lingua veteri Aegyptiaca conſcripta tempore S. Antonii Abbatis, Aegyptii.

Tunc temporis aliquam fuiſſe in Aegypto ſacri codicis ſcriptam lingua vulgari translationem nullus eſt dubitandi locus; ſanctus enim Antonius ſive in colloquiis diurnis, ſive in paraeneticis ſermonibus infinita prope ſacrarum paginarum loca frequentiſſime uſurpabat. *Unde merito ſine ulla ſcientia litterarum Scripturas divinas et memoriter audiendo tenuiſſe et prudenter cogitando intellexiſſe praedicatur*, ut ſcribit *S. Auguſtinus.* [h]) Verum Graece neſciebat: *Horum itaque verborum fuit interpres* (inquit *Palladius*) [i]) *cum beatus Antonius Graece neſciret;* proindeque ſacras litteras in linguam maternam id eſt Aegyptiacam converſas didicerat.

Copti ſive Chriſtiani (*inquit Rich. Simon*) qui Aegyptum incolunt, ſua habuere Biblia ſcripta antiquo ſermone Coptico, quae adhuc retinent; ſed quia perpaucis cognita erat lingua Coptica, novas verſiones Arabicas concinnare, quae ab omnibus intelligerentur, neceſſe fuit; ita ut plerique eo-

d) *Le Long* p. 141. col. 1. B. C. D.

e) Vid. Theſaurum Epiſtolicum Lacrozianum tom. 1. p. 178

f) V. *P. E. Jablonski* pantheon Aegypt. prolegom. §. 57. etc. p. 130. etc.

g) Theſaur. epiſt. Lacroz. tom. 1. p. 379. ibid. p. 325. *J. D. Michaelis Einleitung in die göttl. Schr.* vol. 1. p. 192. *Joh. Henr. Hottingeri* Diſſ. de translat. Bibl. in lingu. vernaculas p. 188.

h) Prolog. Libri de Doctrina Chriſtiana.

i) Sub finem cap. 26. hiſtoriae Lauſiacae.

eorum libri, qui Ecclesiarum usui inserviunt, Coptice simul et Arabice descripti conspiciantur. — — Hae versiones Copticae videntur esse melioris notae, quam Arabicae, majorem enim illae prae se ferunt antiquitatem, et si P. Kirchero credamus, ad tempora fere concilii Nicaeni illas referimus. [k])

Quadringentis annis et amplius antequam desueta prorsus fuisset lingua Coptica, quaedam exstabant Arabicae Bibliorum conversiones. [l])

[*David Wilkinsius* in capite primo prolegomenon in N. T. Copticum totus in eo est, ut antiquitatem hujus versionis evincat. Provocat primo ad Evangelistam S. Marcum, primum Alexandrinorum Patriarcham, qui cum inter Nili accolas ageret, indoctis Aegyptiis ea, quae ad Regnum Dei et Vitam aeternam pertinebant, lingua vulgari proposuisse credendus sit: quod vero minime est de necessitate, Dialectus enim Alexandrinorum mere graeca fuit. Provocat deinde, (id quod ipse *Lacrozius* suppeditavit) ad *Antonium* juvenem 18. vel 20. annorum in Ecclesiam ingressum, qui Evangelium legi audivit, et exinde argumenta ad vitam asceticam ordiendam collegit; cum vero graeca ignoraret, Evangelium lingua Aegyptiaca praelectum audivit, unde jam tum versionem exstitisse colligendum sit. Factum hoc est circa Annum Christi 271. Sed quid inde sequitur? Jam tum aliquam exstitisse sacri codicis versionem ex hisce, si omnia vera sunt, concludendum est, quis vero exinde eam Copticam fuisse demonstrabit? Provocat porro ad Theodoretum seculi V. scriptorem, qui Hebraeum codicem non solum in Graecum, sed et in Romanum, Aegyptium, Persicum, Indicum, Armenicum, Scythicum, et Sarmaticum idioma translatum fuisse testetur: qui tamen de iis, quae seculo quinto fuere, versionibus loquitur. Singula itaque a *Wilkinsio* in medium prolata, nihil amplius, quam olim versionem Aegyptiacam exstitisse, evincunt. Utrum vero illa ad nostra transierit secula, an vero quae jam exstat, recentior ab illa antiquissima diversa sit, ex iisdem haud dijudicari poterit argumentis. [m])

§. III.

Aetas Versionis.

* Quo tempore sacrorum voluminum in linguam Copticam facta fuerit translatio, huc usque cognoscere non licuit; quantum tamen e Martyrologio Coptico, quod Arabice scriptum in Maronitarum Collegio conservatur, colligere licuit, ea facta est abhinc mille circiter et trecentis annis, (*i. e. anno Christi* 336. *Haec scribebat Kircherus anno* 1636.) quo tempore, teste Nicephoro, studium sacrarum literarum in Thebaide, et per totam passim Aegyptum, maxime florebat; quod et dictum martyrologium, in prima prolusione mensis Toth aperte dicit, praecipuam Monachorum ejus temporis occupationem fuisse sacra Biblia e Graeca, Chaldaica et Hebraica, in lin-

k) *Rich. Simon* disq. crit. de variis Bibliorum editionibus cap. 21.

l) *Eusebius Renaudot* in observat. suis mss.

m) *Wilkinsii* prolegom. ad N. T. Copticum cap. 1. p. 5. Conf. *Kortholti* tract. de variis S. S. editionibus cap. 21. p 306. *Joh. Alb. Fabricii* Biblioth. graec. vol. 3. p. 191.

linguam ipsis propriam, Coptam nimirum transferre; quae prototypa deinde succedentibus seculis, alii et alii identidem describentes, numerum librorum pro multitudine Coenobiorum, Monachorumque in immensum auxerunt. [n])

Hic Auctor rerum Copticarum non fuit admodum gnarus, ejus proinde testimonio non facile credendum est. [o])

[Ad idem Martyrologium provocat *Wilkinsius* l. c. et sua ex *Kirchero* hausit. Addit vero *Lacrozius*: „Idem ex regulis S. Pachomii aliorumque a „Luca Holstenio expositis et post mortem ejus editis demonstrari potest.„ Et *Jablonskius*: „Chrysostomus homilia 1. in Johannem testatur, Syros, Ae„gyptios, Indos, Persas etc. usos Evangelio Johannis in suam translato „linguam.„ [p]) Quae nuper *Wetstenius* de Coptica versione sententiam tulit, eo tendit, ut illam aliquantulum recentiorem esse ostendat, quam foret secundum sententiam *Wilkinsii*; siquidem illam post *Origenis* et *Eusebii* tempora demum natam esse judicat exinde, quod in omnibus exemplaribus Evangeliorum habeat distinctionem Titulorum et Capitum Eusebii, numerosque illorum margini appositos, in Epistolis vero numerum versuum i. e. linearum sive στίχων numeret: quae numerandi ratio vix ante quintum a Christo nato seculum obtinuerit: et denique quod ipsa versio lectiones *Origenis*, *Eusebii*, *Cyrilli* et Codicem Alexandrinorum sequatur. [q]) Nuperrime Cl. *Woidius* accurate in versiones sacras Aegyptiacas tum Copticas tum Sahidicas accurate inquisivit, et valorem et auctoritatem, aetatem et usum criticum harum versionum accurate exposuit. [r])

§. IV.

Fontes Versionis.

* Arabicae sacrarum litterarum translationes e regione Copticarum vulgo collocantur, ut utriusque collatione Copticae, quarum lingua jam a mille annis non amplius vulgaris sola librorum lectione discitur, a viris ecclesiasticis possint intelligi. Copticae Veteris Testamenti versiones ex Graeca LXX. Interpr. concinnatae fuerunt, nec ulla unquam juxta Hebraicam veritatem facta fuit apud Coptitas in usu. Vetustissima est sane Pentateuchi traductio, jamque a primis Christiani nominis temporibus confecta esse judicari potest, siquidem Anachoretae, qui loca deserta Thebaidos, Scetae et Nitriae incolebant, in assidua sacrarum scripturarum meditatione vitam agebant, immo

n) *Athanasius Kircherus* cap. VIII. Prodromi Coptici pag. 186.

o) *Eusebius Renaudot* not. mss. *Le Long* p. 140. col. 2. C. D.

p) Ad marginem Exemplaris N. T. Coptici, quod rebus nostris inservit.

q) Prolegom. in N. T. p. 110. edit. Fol.

r) In parte tertia Collectionis variorum tractatuum, quae sub titulo prostat: Beyträge zur Beförderung theologischer und anderer wichtigen Kenntnisse von Kielschen und auswärtigen Gelehrten, herausgegeben von Joh. Andr. Cramer. 1777. 1778. 8. Conf. *Hirtii* neue orientalische und exegetische Biblioth. Vol. 2. p. 487. Conf. infra §. XI.

immo et illas memoriter callebant, licet plerique in primis S. Antonius Magnus nec graece ſcirent, nec niſi interpretum ope cum alienigenis colloquerentur. Verum quo tempore facta fuerit haec verſio, nullo modo determinari poteſt. s)

[Diu ille Pentateuchus Copticus Textui Graeco ſeptuaginta Interpretum in omnibus accurate reſpondens, una cum Pſalterio, Daniele et omnibus Prophetis minoribus exſpectatur, et a *Wilkinſio* promiſſus, tandem ſolus, ſine reliquis Libris ſacris, in publicum productus eſt. Latuit diu, quamvis editor omnia in promptu haberet, quia Bibliopolae ſumptuum periculum facere recuſarunt. t)

§. V.

Pentateuchus.

Quinque Libri Moſis Prophetae in lingua Aegyptia, deſcripti ac latine verſi a Davide Wilkins S. T. P. Londini typis Guil. Bowyer MDCCXXXI. 4.

Cum publicata jam Anno 1716. rariore novi Foederis Verſione Coptica editor rempublicam litterariam locupletaſſet, denuo per aliud aeque pretioſum et aeſtimabile veteris linguae Aegyptiacae, venuſto litterarum charactere editum monumentum, verſionem ſcilicet Pentateuchi, illam ſibi obſtringit. Contulit in eo adornando tres Codices MStos, Vaticanum, Pariſienſem et Bodleianum, at, cum omnes quam plurimis ſcribarum ſcaterent mendis, earum correctio multum ei negotii fecit, et cum Bodlejanus maxime integris interdum careret vocibus, eas ex alio Codice ad ſenſum commatis reſtituendum adjecit. De horum MStorum aetate annotavit, quod Vaticanum a *Gabriele* Monacho ſcriptum fuerit A. 1115. Aerae Martyrum h. e. A. Chriſti 1399. Pariſienſis vero Regii Codicis a Cl. Montfauconio ſecum communicati, aetatem notare per feſtinationem oblitus eſt. Bodlejanus A. 1390. Aerae Martyrum h. e. A. C. 1674. ſcriptus fuit. Sectiones, in quas Copti Pentateuchum dividunt, cum eae medium nonnunquam comma ſecent, ne ſenſum imperfectum reddant, neglexit, ac receptam in Europa capitum et verſuum diviſionem potius exprimere voluit. Coeterum de ipſa verſione obſervat, quod graecam verſionem κατὰ πόδα tenaciter adeo ſequatur, ut verbum verbo reddere potius, quam ſenſum dictionis graecae recte vertere ſtuduerit. Quam ob cauſam verſionem hanc legens, Graecam ſemper ad manus habere debet, ex qua transſcripta eſt, et cujus antiquam lectionem in locis dubiis et obſcuris confirmat. Alteram vero Veteris Teſtamenti Coptici partem, quae in Europam venit, nimirum Pſalterium, Danielem et Prophetas minores, idem *Wilkinſius* praelo adaptavit, atque ſimul Grammaticam Copticam et Lexicon Copto-Latinum conſcripſit. Deſunt vero, qui hisce edendis ſumptus ſubminiſtrare velint. u)

§. VI.

Pſalteria.

[I.] Pſalterium Coptico-Arabicum. Romae 1744. 4.

Pſal-

s) *Euſebius Renaudot* loco ſupra laudato p. 72. *Le Long* p. 140. col. 2. E.

t) Scribit haec *Wilkinſius* ad *Lacrozium.* v. Theſaurus Epiſtolicus Lacrozianus, tom. 1. p. 365. 367.

u) Nova Acta Eruditorum Lipſienſia. A. 1734. Menſe Februar.

Psalterium Alexandrinum Coptico-Arabicum. Romae 1749. 4. [II.]

Utraque editio typis Congregationis de propaganda fide eum in finem, ut ad Aegypti incolas transmitteretur, expressa est. Arabica versio Copticae ad latus posita est, ut viris Ecclesiasticis ad intelligendum Copticum sermonem subserviat. Utriusque editionis jam supra inter Arabica mentionem fecimus. x)

§. VII.

Fragmenta Psalterii.

Psalmi primi versiculus primus et secundus, Coptice et Latine ex editione Joh. Henr. Hottingeri. Heidelbergae 1660. 4. y) [I.]

Specimen hocce insertum legitur Dissertationi de translatione Bibliorum in linguas vernaculas, tribusque distinctum est columnis, quarum prima exhibet textum Copticum typis graecis expressum, secunda lectionem typis latinis expressam, et tertia versionem latinam. Jam anno 1660 evulgavit *Hottingerus* hoc specimen, attamen *Petraei* ejusque editionis mentionem fecit; quod nullo modo conciliari poterit, nisi *Petraeum Hottingero* specimen hoc manuscriptum communicasse praesuponamus.

* Psalterium Davidis in lingua Coptica seu Aegyptiaca, una cum versione Arabica: nunc primum in Latinum versum et in lucem editum a M. Theodoro Petraeo, Cimbro, Linguarum orientalium propagatore. Quintilian. Perditarum artium instauratio non minus aestimanda est, quam novarum inventio. Lugduni Batavorum, sumptibus Auctoris. CIↃIↃCLXIII. 4. plagul. 1. [II.]

De Petraei editione haec habet Hottingerus. z) „Theodorus Petraeus specimen Psalt. Coptici, cujus editionem integram cum versione Arabica et Latina Anglia jam meditatur, communicavit.„ Versiculus 1. et 2. Psalmi 1. speciminis loco characteribus Graecis expressi hic referuntur. a)

[Non primum et secundum Psalmi primi versiculum, sed integrum Psalmum primum Coptice, litteris majusculis graecis expressum, cum versione latina ad verbum de Copt. expressa, et versione Arabica evulgavit *Petraeus*: de quo *Wilkinsius*. „Nihil dicam de Clar. Petraei notitia linguae Copticae, qui plurima scitu dignissima „ex Aegypto nos edocere potuisset, nisi res angusta domi et invidia fortunae mu„saeum ac studia ipsius distraxisset, sapientiamque venalem fecisset.„ Interim omnium est primus, qui quidquam lingua Coptica scriptum typis evulgavit, et *Hottingerus* sua *Petraeo* tantummodo debet. Praetermittendus enim est *Athanasius Kircherus*, qui vanae gloriae cupidus cognitionem litterarum Aegyptiarum ostentavit, at publico risui expositus est. b) *Thomas Mareschallus* quatuor Evangelia Coptica praelo adaptarat, sed praematura morte, quo minus illa emitteret, impeditus est. *Bonjourius* Evangelia Coptica cum versione Latina et Arabica exspectari jussit, sed promissis haud

x) Sect. V. §. XVIII. n. 14. 15.

y) Differt. de translat. Bibl. in lingu. vernac. p. 189.

z) Diff. de translat. Bibl. in lingu. vernaculas p. 189.

a) V. Catal. Bibl. Golii p. 88. *Le Long* p. 43. col. 2. D. et p. 144 col. 1. A.

b) Thesaurus Epistol. Lacrozianus tom. 1. p. 325.

haud ſtetit; et a Scaligero promiſſum Pſalterium Aegyptium lucem nunquam vidit. Duumviri itaque *Petraeus* et *Wilkinſius* ſunt, quibus Coptica typis exſcripta in publicum emittere contigit: quibus recentiori tempore Romana Societas de propaganda fide accedit. [c])

[III.] Pſalmus CXXXII. Coptice. Romae, 1772. Fol.

In Romana editione Danielis ſecundum LXX. pag. 370. exhibetur Pſalmus centeſimus trigeſimus ſecundum charactere coptico et latino expreſſus.

§. VIII.

Novum Teſtamentum.

* Novum Teſtamentum Aegyptium, vulgo Copticum. Ex MSS. Bodlejanis deſcripſit, cum Vaticanis et Pariſienſibus contulit et in Latinum ſermonem convertit David Wilkins Eccleſiae Anglicanae Presbyter. Oxonii e Theatro Sheldoniano typis et ſumptibus Academiae. 1716. 4. maj.

Ex prolegomenis: „Verſionem Novi Teſtamenti in linguam Aegyptiacam „primis a Chriſto nato ſeculis, ſcilicet vel ſecundo, vel tertii initio factam eſſe nul„lus dubito aſſerere. — Scriptores equidem illius aevi alto ſilentio annum et au„ctores pii hujus operis nobis haud detegunt, non obſcuro tamen argumento ex „Athanaſio et Palladio elici poteſt Novum Teſtamentum Aegyptium jam circa medium „ſeculi tertii exſtitiſſe.„ Conſule hunc locum. Cl. Editor Codices mſſ. Copticos XI. Bodlejanos, quibus uſus eſt, accurate deſcribit, ſicut et ſex Romanos et quatuor Pariſienſes, verſionem latinam quantumcumque potuit, literaliter confecit. [d])

[Scripſerat anno 1714. ad *Lacrozium* Editor, e Theatro Sheldoniano nunquam amplius prodituros eſſe libros: [e]) ſed brevi poſt ex eodem Theatro ſplendidum hoc in publicum exiit opus, ipſum in fronte Theatrum repraeſentans. Epiſtolam nuncupatoriam *Guilielmo* Archiepiſcopo Cantuarienſi inſcriptam excipiunt prolegomena, quorum *primum* caput de Antiquitate verſionis hujus Aegyptiae vulgo Copticae, *ſecundum* de Antiquitate Manuſcriptorum, quae vel deſcripſit vel contulit, *tertium* de Abbreviaturis in verſione hac Novi Teſtamenti obviis agit, et *quartum* denique loca inſigniora ab originali diſcrepantia illuſtrat. Ad calcem prolegomenon addit: „—Lexicon vocum mere Aegyptiarum ex Novo Teſtamento his ſuperadde„re cogitavi, ſed commodiore loco illud Grammaticae et Lexico meo Copto-Latino „reſervabo, quod ſimulac ſtudiorum meorum fautoribus viſum fuerit, publico „haud invidebo. Quod Aethiopicas diverſas Lectiones propriis typis non expreſſe„rim, et paucos aut ſaltem non omnes Aethiopum Characteres ſine ordine in Typo„grapheo conjunctos non adhibuerim, haud aegre feras, cum parcere potius Typo„thetae labori quam taedium Orientalium litterarum varietate creare voluerim.„ Singulae paginae in duas diſtinctae ſunt columnas, quarum interior eaque latior Textum Copticum, exterior verſionem latinam in Commata Stephaniana diſtinctam exhibet. Ad calcem operis ſubjiciuntur ſequentia Coptice et Latine: „Finitum eſt „Novum Teſtamentum in Lingua Aegyptia cum verſione latina *Oxonii* in Academia Angliae

c) Conf. *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern, vol. 6. p. 4.

d) *Le Long* p. 144. col. 1. A.

e) Theſaur. Epiſt. Lacroz. tom. 1. pag. 367.

„Angliae per *Davidem Wilkins* Ecclefiae Anglicanae Presbyterum Anno MDCCXVI. „poft Chriftum natum, qui eft MCCCCXXXII. Martyrum fanctorum Menfe Thoth. „Gloria, Laus et honor Deo uni foli fapienti et immortali Patri et filio et Spiritui „fancto in aeternum Amen.„ Hiftoria Adulterae Joh. VIII. quae a Syriacis Codicibus abeft, in verfione Coptica exftat: Comma vero feptimum Capitis V. primae Epiftolae Johannis hic defideratur. Comma denique 26. Cap. XI. Evangelii Marci, quod in antiquioribus editionibus Erafmianis defideratur, et in hac editione fruftra quaeritur, ad marginem vero in uno aut altero MS. Coptico comma dictum effe obfervat editor. De ipfo opere conaminibusque *Wilkinfii* judicat *Lacrozius:* „Ego „meum exemplar a capite ad calcem cum manufcriptis noftris contuli et emendavi, „additis nonnunquam difpunctionibus ad *Wilkinfii* verfionem. Nihil omnino in ea „verfione eft, quod non praevidiffemus: omnia fummam Copticifmi ignorantiam „produnt, ut lugendum fit linguae illius fatum, toties tentatae, et nunquam illuftra-„tae ut par erat. Inter eminentiffimos *Wilkinfii* errores hunc fere inter priores de-„puto. Cap. XVIII. Johannis verfu primo vertit *torrentem plantatoris*, quam varie-„tatem ut rem alicujus momenti in praefatione fua pag. 28. ftudiofe obfervat. At-„qui ftultus effem, fi te hic docere aggrederer (vocem copticam) pro plantatore „ufurpari non poffe, et interpretem Aegyptiacum του κέδρου legiffe, quam lectionem „veteres quidam Graeci codices agnofcunt. Hujusmodi turpibus et foedis linguae „Copticae ignorantiis nulla omnino pagina vacat, ut taceam barbarifmos et foloeci-„fmos verfionis; in quam vel oculos injicere pudet.„ *f*) Permulta *Lacrozius* in hoc novo Teftamento emendanda invenit, quae in noftro Exemplari colore rubro in margine frequentiffime notata funt, quibus aliae accedunt emendationes, quarum Auctor eft *Jablonskius*, viri qui huic labori omni ex parte pares fuere. *g*)

§. IX.

Appendix de Verf. Punica.

* Cum fermo Punicus fuerit in ufu apud quasdam duntaxat Africae nationes, Punicam Pfalmorum Davidis verfionem, fi quae unquam fuerit, hic poft Aegyptiacas verfiones referre confultius mihi vifum eft.

Punica Pfalmorum Davidis verfio tempore S. Auguftini. Circa finem expofitionis fuae in Pfalmum 118. S. Auguftinus haec dicit: „Omnes octo-„nos verfus in Hebraicis codicibus ab ea quae illis proponitur, litera incipe-„re, ab eis qui illas noverunt literas nobis indicatum eft, quod noftri vel La-„tine, vel Punice, quos ABECEDARIOS vocant, Pfalmos facere confue-„verunt.„

Hunc locum objiciunt plurimi, ut probent, Davidis Pfalmos Punice verfos effe tempore Sancti Auguftini. Verum ibi non loquitur omnino hic Sanctus de Pfalmis Davidicis, fed de Canticis feu Cantilenis Abecedariis. (Pfalmum ejusmodi contra Donatiftas a fe confcriptum memorat ipfe Sanctus

 lib.

f) Ibid. tom. 3. p. 154. etc.

g) *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern, vol. 6. pag. 1. Acta Eruditor. Lipfienfia A. 1717. pag. 436. 437. *Hagemanni* Nachrichten von den fürnehmft. Ueberfetz. p. 107. ubi per errorem typographicum annus editionis 1706. loco 1716. annunciatus eft.

lib. 2. retract. cap. 20.) Praeterea, „ſi tempore illius verſio Punica Afris uſi-„tata fuiſſet, mentionem ejus facere ille non intermiſiſſet, cum in libris de „Doctrina Chriſtiana ex profeſſo doceat, quae praeſidia ſibi comparare de-„beat, qui ſacrarum literarum intelligentiam conſequi velit.„ h)

§. X.

Verſio Sahidica.

Praeter verſionem Copticam exſtat inter Aegyptiacos alia verſio, et quidem, ut creditur, antiquior, Sahidica dicta. Nonnulla hujus verſionis fragmenta in MStis hactenus latuerunt, nec, qui illa typis evulgaret, quisquam fuit. Jam vero Cl. *Woidius*, quem ſupra §. III. jam laudavimus, Eccleſiae Germanicae apud Londinenſes V. D. M. in eo eſt, ut Fragmenta Sahidicae Verſionis Novi Teſtamenti exſpectari juſſerit. Studio hujus Viri Eruditi jam Lexicon Copticum, ut et ejus linguae Grammaticam a B. *Scholzio* elaboratam debemus. Jam vero, quae in Bibliothecis Oxonienſibus adſervata fuerunt monumenta Sahidica ab illo exſpectamus. i)


§. XI.

Emendationes.

De verſione Coptica vel Aegyptiaca agit *Joh. Georg. Hagemannus* duabus vicibus; ſed ita ut ſumma brevitate ſeſe expediat. In recenſione Verſionum Veteris Teſtamenti diſerte aſſerit, nunquam quidquam typis eſſe expreſſum; nonnulla vero MSta exemplaria in Bibliothecis Europaeorum inveniri. Ignoravit itaque, ut alia praetermittamus, Pentateuchum a *Wilkinſio* jam 1731. in publicum emiſſum. Novum vero Teſtamentum ab eodem *Wilkinſio* emiſſum, ad annum 1706. remittit, quod vero 1716. e Theatro Sheldoniano prodiit.

h) Ita *Gretſerus* lib. 2. defenſionis Controv. Bellarmini. cap. 15. p. 814. *Le Long* p. 144. col. 1. D. [Conferatur de lingua Punica *Thomae Reineſii* ἱϛορούμενα linguae Punicae, in *J. G. Graevii* collect. Diſſertat. rariſſ. n. 1. p. 1-91.

i) Conf. *Michaelis* orient. und exeget. Biblioth. part. 3. p. 199.



SECTIO XI.

SECTIO XI.

DE VERSIONIBVS ORIENTALIBVS RECENTIORIS AEVI.

§. I.

Historia.

Populorum, qui remotiſſimas terrae orientales plagas incolunt, linguae ſuperiori et praeſenti ſeculo ita innotuerunt, ut, dum ſacrorum Librorum verſiones recenſemus, et verſiones linguis orientalium conſcriptas ſilentio praetermittere, minime nobis liceat. Lux ſalutaris Evangelii populis, quibus fortaſſis et olim revelatio divina verusque cultus innotuit, ita de novo exorta eſt, ut Verbum Divinum nunc propria ſua lingua quaelibet fere gens audire, legereque poſſit. Tam ſalutari negotio Belgarum ad Indos mercaturae cauſa inſtitutae navigationes terrarumque occupationes anſam exordiumque dedere. Qui quamvis mercaturae proxime intenti, tamen ab omni cognitionis ſalutaris promovendae ſtudio non plane abſtinuerunt; ſed cum mercatoribus ad facienda ſacra Orientem verſus miſſi Verbi Divini miniſtri ſacras litteras in linguas populorum vernaculas transtulerunt, et qui Societati Mercatorum praeſunt Viri benevole, quo libri ſacri typis exſcribi poſſint, ſumptus haud leves ſubminiſtrarunt. [a]) Accedit inter Anglos utraque Societas illa ſatis celebris, tum de promovendo Evangelio in partibus transmarinis, tum de propaganda Cognitione Chriſti apud exteros, quae poſterior anno 1661. fundata, poſteriori tempore Regia auctoritate ſuffulta, et a *Roberto Boylio*, aliisque beneficiis legatis et donationibus ornata, collectas opes fini, cui deſtinatae erant, magna liberalitate dicavit, et inprimis libris in uſum Orientalium edendis multum aeris conſecravit. [b]) Inter noſtrates celebre eſt inſtitutum Miſſionis Religioſae Tranquebari in ora Coromandelenſi, auctoritate Regis Daniae *Friderici IV.* Anno 1705. confirmatum regiisque opibus ſuffultum. Juſſu Regis, cui ſalus gentium aeterna et Veritatis Chriſtianae propagatio curae cordique fuit, primi Miſſionarii *Bartholomaeus Ziegenbalgius*, Pulſnitio-Miſnenſis, et *Henricus Plütſchovius* Megapolitanus A. 1706. Tranquebariam appulerunt, quos ſuccedente tempore plures ſequuti ſunt, qui rei ſacrae convertendisque libris ſacris omnem impenderunt operam.

a) Conf. *Joh. Alb. Fabricii* ſalutaris Lux Evangel. c. 35 p. 586. *Benthemii* Engliſcher Schul- und Kirchenſtaat, cap. 6. §. 18. etc. p. 141.

b) Conf. *Fabricius* ibid. p. 588. *H. L.*

ram. [c]) Nec Pontificii defuerunt convertendis Gentilibus; et Jeſuitae inprimis, una cum Franciſcanis et Dominicanis, cum quibus tamen prioribus crebrae exorſae ſunt lites, id inprimis, ut gentilibus ſacra annunciarent oracula, in diverſas Orientis plagas abeuntes, ſibi ſumſerunt. [d]) Proteſtantes vero, quorum erat, ipſa Oracula divina manibus gentilium tradere, ut quae annunciarent et praedicarent, ipſi legere poſſint, frequentiores fuere in convertendis Libris ſacris, quam Miſſionarii, qui Romanae Eccleſiae caſtra ſequuntur.

§. II.

Linguae.

In ſpatioſo Aſiae meridionalis littore, nec non in inſulis adjacentibus varii vitam agunt incolae, quorum alii ſunt indigenae, alii vero alienigenae. Poſterioris generis ſunt inprimis Europaei, qui eo mercandi cauſa profecti domicilium ibidem fixerunt, quorum poſteri jam nativum in Aſia habent ſolum. Hi vernaculas ſuas, gallicam, anglicam, danicam, luſitanicam, belgicam, et quae aliis nativae fuere linguae, eodem transplantarunt. Prioris generis variae ſunt linguae, pro ratione diverſorum populorum, qui ab oſtiis maris rubri uſque ad Chinenſes et ultra terram vel continentem vel in mari diſperſas incolunt inſulas. Linguae itaque in hiſce terris vel ſunt nativae vel transplantatae. Quae in linguis Europaeis in Orientem transplantatis exſtant verſiones Bibliorum ſacrorum, commode iis ſectionibus ſubnectuntur, quae de linguis Europaeis agunt. Ipſi enim libri non in populorum Aſiaticorum, ſed Europaeorum in Aſia degentium uſum expreſſi ſunt. Inter linguas nativas autem primo loco nominamus *Linguam Malaicam*, quae in Inſulis *Borneo*, *Java*, *Celebes*, *Sumatra*, *Ternate* et in promontorio *Malacca* vernacula eſt, quamvis non ſit dialectus popularis, ſed linguâ eruditorum et mercatorum. Filia eſt quidem linguae Arabicae, quae et characteribus Arabicis pingitur, ſed undequaque deſumtis verbis peregrinis interpolata, et a lingua *Malabarica* ſeu *Damulica* omni ex parte diverſa. Antiquiſſimae et primae ſacrarum litterarum verſionis ſunt *malaicae*, a Belgis in uſum populorum ſubjectorum emiſſae. Secunda eſt lingua *Malabarica* ſeu *Damulica* vel *Tamulica*, frequens in Oriente et potiſſimum in littore Coromandelenſi; ab aliis diverſa, nec ex commixtione aliarum orta, etiamſi varia, quae Perſicae ſunt originis, in illa deprehendantur. In conſtructione et compoſitione vocum hoc habet ſingulare, ut quae in aliis linguis praemittendae ſint propoſitiones, in hac poſtponantur, quam ob cauſam ipſa lingua interpretationem de verbo ad verbum ferre recuſat; nec ipſa Biblia ſacra eodem modo in *Damulicum*

c) Conf. *Fabricius* ibid. p. 608. Berichte der Königl. Däniſchen Miſſionarien, quae prodire coeperunt Halae 1710. 4. ſub rubro: *Bartholomaei Ziegenbalgii* ausführlicher Bericht, wie er nebſt ſeinem Collegen, Hrn. Heinrich Plütſchau, das Amt des Evangelii zu Trangebar auf der Küſte Coromandel unter den Heiden und Chriſten führe; et deinde promovente D. *Gotth. Aug. Franckio*, Theologo quondam Halenſi continuata, in epitomen vero redacta ſunt, tum Auguſtae Vindelicorum 1730. 8. tum ab *J. L. Niekampo* et *Michaele Meiero*, Halae 1740. et 1772. 4.

d) Conf. *Fabricius* l. c. cap. 32. p. 550. etc. *Joh. Georg. Walchii* Biblioth. theolog. ſelect. tom. 3. c. 7. §. 4. p. 507. etc.

licum idioma transferri potuerunt. Lingua eſt gravis et verboſa; voces ſingulae ſunt breviores, ſed ita componuntur, ut nimis longae evadant. Literas habet 32, in quarum numero 18. ſunt conſonantes; characterem amat proprium et plane ſingularem. Tertia eſt lingua *Warugica*, aut *Gentovica* aut *Telugica*, *Cuduluri* et *Madraſae* vernacula; quae a *Damulica* ita, ut lingua Danica a Germanica differt: typum habet itidem ſingularem. Tertia eſt lingua *Hindoſtanica* in Bengaliae finibus uſitata. Quarta eſt *Singalica*, quae Inſulis Ceilon, Columbo, aliisque communis eſt. Quinta lingua *Sinica*, plane ſingularis, quae in ſcribendo non litteras, ſed voces ſingulas certis characteribus exprimit; ſolis Romanae Eccleſiae Miſſionariis regnum Sinenſium adire, ibique eccleſiam plantare licuit, quibus et libri in linguam Sinicam translati debentur. Sexta eſt lingua *Formoſana*, incolis inſulae *Formoſa* vernacula. Ordine, quo linguas Orientis diſpoſuimus, et librorum ſacrorum verſiones recenſebimus. De Bibliis Malaicis itaque ordiendum eſt.

§. III.

Biblia Malaica.

Elkitab ija itu Sepula Surat Perdjandjian, lama dan baharuw Atas Titah ſegula Titwan Pemarentah Kompania ters alin kapada báhaſa Malajuw. Dibendar Amiſterdam. Tertara awleh R. dans D J Wetſtein pennara Kompanija. M. DCC. XXXIII. 4. maj. pp. 1208. [I.]

Ukka Wlu-'Ldjadid, Jja Ita Segula Surat Perdjandjian Baharuw Atas Titah Segola Tuwan Pemmarentah Kompania — MDCCXXXI. 4. pp. 382.

Titulum editionis primae et ſplendidiſſimae Bibliorum Malaicorum Amſtelodami typis Wetſtenianis impreſſorum nobis ſuppeditavit Cl. *Goezius* Hamburgenſis; qui vero, cum editoribus ita viſum eſt, ut ne verbulo quidem latino aut belgico ulla libri ipſius detur notitia, per ipſam linguam Malaicam a recenſione editionis pauciſſimis viſae prohibetur, unicum tantummodo addens, adeſſe Bibliis Pſalterium notis muſicis inſtructum, cum nota anni 1735. pp. 184. Noſtrum itaque erit, ut hiſtoriam operis exponamus. Cum variae ſacrorum Bibliorum partes jam ab anno 1638. ſeorſim prodiiſſent, integra demum Biblia ſacra ſermone Malaico curante *Georgio Werndly* Amſtelodami typis exſcripta ſunt. Ipſam verſionem conficiendam mandato Conſiliariorum, qui Bataviae rebus ſacris praeſunt, jam anno 1691. exorſus eſt *Melchior Leidekkerus*, qui morte anno 1701. praeventus opus ad Epheſ. 6. perduxit; *Petrus van der Vorm* vero eodem anno, quae transferenda adhuc erant, addidit, integrumque opus finivit. Anno 1723. *Petrus van der Vorm*, *Arnoldus Brandt*, *Engelbert. Cornel. Ninaher*, et poſt mortem hujus *Johann. Hardtholtius*, una cum *Georgio Werndly* verſionem *malaicam* ad textus originales revocarunt: quo labore finito *Georg Werndly* Amſtelodamum, ut verſionem prelo committeret, abiit. Typis latinis expreſſa eſt ipſa verſio, et Bataviam transmiſſa; ſed hisce litteris gentes quarum uſibus potiſſimum deſtinata erat, a lectione ipſa prohibentur. [e])

Bi-

e) *J. L. Niekampii Miſſionsgeſchichte*, cap. 15. §. 3. p. 168. c. 36. §. 4. pag. 285. *Mich. Meieri* Miſſionsgeſchichte, cap. 22. § 12. p. 458. *J. H. Callenbergii* Nachricht von einem

[II.] Biblia Malaica. Bataviae 1758. 4.

Eadem ac praecedens verſio, quae vero, quo communi plurium uſui magis inſerviat, typis arabicis expreſſa eſt; cum priorem editionem ii tantum, qui latina legere didicerant, legere potuerunt. Atque ſic lites inter Conſiliarios Eccleſiaſticos Bataviae exortae ita compoſitae ſunt, ut nullum exinde rei ſacrae detrimentum provenire potuerit. Mirum ſane eſt, quod et inter noſtrates innotuit, Bataviae fuiſſe viros, qui rebus ſacris praeſunt, et omni ex parte edendis Bibliis Malaicis ſeſe oppoſuerunt. Mirum eſt, viros quibus gentium ſalus curae cordique eſſe debet, iisdem argumentis, quibus Pontificii uti ſolent, dum Laicos a lectione ſacrae ſcripturae prohibent, ſeſe promulgandis hisce Bibliis oppoſuiſſe; ſacra nimirum Biblia ſine interpretatione intelligi non poſſe, et ideo in convertendis ad veram religionem hominibus nullius eſſe uſus, et quae alia ejusdem ſunt generis. Bona tandem cauſa triumphavit. Prodiere Biblia Malaica, et ſi verum eſt, quod adverſarii objecerunt, Biblia lingua Javanenſium verſa et expreſſa majoris fore utilitatis, ut immenſae Societatis mercatorum orientalium opes eum in finem ex parte impendantur, ut ejusmodi Biblia excudantur, omnes, qui rebus ſacris favent, nobiscum optabunt. f)

§. IV.

Geneſis Malaice.

[I.] * Geneſis malaice, interprete Daniele Browerio, addita etiam verſione Belgica juxta editionem anni 1637. Amſtelodami 1662. 4. g)

[Hagae Comitum *Browerium* Geneſin malaice emiſiſſe refert *Thomas Marshallus* in praefatione ad quatuor Evangelia et Acta Apoſtolorum malaice edita: cum quo conſentit *Joh. Alb. Fabricius.* h)

[II.] Geneſis Malaice et Belgice edente Daniele Browerio. Amſtelodami 1687. 4.

Editio ab *Jacobo Le Long* praetermiſſa, quam *Fabricius* i) annunciat; quam tamen ignorat *Marshallus.*

§. V.

Pſalmi Malaice.

[I.] Pſalterium lingua Malaica et Belgica per Jo. van Haſel et Juſtum Heurnium. Amſtelodami 1689. 4.

[II.] Pſalmi quinquaginta priores Malaice et Belgice, per Jo. van Haſel et Juſtum Heurnium. Amſtelodami 1648. 4.

Utramque editionem a viris, quibus plures debentur Librorum ſacrorum verſiones Malaicae, publici juris factam recenſet *Fabricius.* k)

Pſal-

nem Verſuch die verlaſſenen Muhammedaner zur heilſamen Erkenntnis Chriſti anzuleiten, Halae, part. 3. A. 1740. Acta hiſtorico-eccleſiaſtica, vol. 4. p. 929. *J. M. Goezii* Fortſetzung des Verzeichniſſes ſeiner Bibelſamml. p. 131.

f) *Mich Meieri* Miſſionsgeſchichte, c. 22. §. 12. p. 458. *J. H. Callenbergii* Nachricht von einem Verſuch etc. part. 4. Acta hiſtorico-eccleſiaſtica vol. 4. p. 929. vol. 9. p. 947. vol. 13. p. 273. Nova Acta hiſtorico-eccleſiaſt. vol. 4. p. 117. vol. 6. p. 533.

g) *Le Long* p. 144. col. 2. B.

h) Salutaris Lux Evangelii, cap. 35. p. 595.

i) Ibid.

k) Ibid.

Pſalterium Malaice, cum notis muſicis. Amſtelodami 1735. 4. maj. l) [III.]

§. VI.

Novum Teſtamentum Malaice.

* Teſtamento barou, attan ſegalla Kitab derri tuan cami Jeſu Chriſto pounja cauwoul barou. Derri baſſa greeco, latino daen hollanda berſalin betul, adil, daen benar dallam baſſa Maleyo, derri pada Daniel Brouwerius, Daulou Pandita daen Jeſu Chriſto pounja Souroang de Negri Helvoet-Sluys, daen Comediën de Negri India nang ca Timor, de dallam Alam Hollanda daen Sacaran de Negri Geertruyden-Bergh. De Negri Amſterdam, bapra derri ſabda daen Balanja derre Cauwoul Taman Hollanda pounja Pongoulou Toudjou-Blas. Pada bouca Alla Thalla pouja Cattahan, daen pada oundjo Djallan derri Radjat Surga pæda orang cuibana daen matta bouta de dallam Alam Timor. Bapra de dallam Paulo Matthéo pounja rouma bapra-pada tauon. 1668. 8 maj.

[Malaicam Libri inſcriptionem interpretatur *Marshallus*: *Novum Teſtamentum, vel totus liber novi foederis Domini noſtri Jeſu Chriſti. E graeca latina et belgica lingua accurate omni cura et fidelitate in linguam malaicam translatus a Daniele Brouwerio — — Amſtelodami impreſſus mandato et impenſis ſeptendecim Plenipotentiorum Societatis Belgicae; ut verbum altiſſimi Dei manifeſtetur et via regis coelorum coecis in Oriente degentibus populis demonſtretur. E Typographia Pauli Matthaei. Brouwerius* primo in Belgio miniſterio ſacro praefuit: deinde in Orientem abiens, ibidem eodem munere functus eſt. Editio publicis impenſis expreſſa, in Orientem transmiſſa, nec in noſtris oris venalis expoſita eſt: quae vero ipſis gentibus, qui latina legere nequeunt, parum accommodata fuit. *Robertum Boylium*, virum inter Anglos ſatis celebrem, ſumptus verſionis et impreſſionis Novi Teſtamenti Malaici ſuſtinuiſſe refert e Diario Anglico *Joh. Alb. Fabricius*: verum hoc tantummodo de quatuor Evangeliis *Oxonii* editis intelligendum eſſe exinde apparet, quia haec Editio Amſtelodamenſis publicis impenſis procurata dicitur. m)

§. VII.

Partes Novi Teſtamenti Malaice.

* Evangelia SS. Matthaei et Marci Malaice, litteris Arabicis, ex verſione Alberti Cornelii Ruyl, et Belgice. Enchuſae 1629. 4. [I.]

* Evangelia SS. Matthaei et Marci Malaice — — et Belgice. Amſtelodami 1638. 4. n) [II.]

[Utramque editionem recenſent *Le Long* et *Fabricius*, ſed *Marshallus* priorem Enchuſanam ſilentio praetermittit. Primus qui ſacras litteras in Malaicam linguam transferendi periculum fecit, eſt *Johannes van Haſel*, Director Societatis In-

 diae

l) *Goezii* Fortſetzung des Verzeichniſſes p. 132.

m) *Marshalli* praefat. in quat. Evangel. malaic. §. 4. *Fabricius* l. c. p. 596. *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern, vol. 4. p. 388. *F. G. Freytagii* analecta litteraria de libris rarioribus, p. 959. *J. J. Baueri* Biblioth. libr. rar. univerſ. vol. 4. p. 172.

n) *Le Long* p. 144. col. 2. B. *Fabricius* l. c.

diae Orientalis, qui per tempus aliquod *Sangorae* in littore Patani vixit, ibique linguam Malaicam sibi familiarem reddidit. Matthaei Evangelium in linguam Malaicam versum Societatis Praefecto *Petro Carpenterio* tradidit. Eodem tempore circa annum 1612. *Albertus Cornelii Ruyl* eundem Evangelistam veste Malaica donavit, eidemque Praefecto versionem tradidit, ut quae sit praestantior, typis mandaretur. Utraque versio per aliquod tempus latuit; posterior vero cum successu temporis dignior, quae publicaretur, judicata est: addidit itaque et Versionem S. Marci; atque sic duo Evangelia Amstelodami in publicum exiere. o) Idem auctor et versionem reliquorum Evangeliorum, quin et reliquorum Novi Foederis librorum, ut Indianis in Batavia, Banda, Amboyna, Insulis Moluccis, et littore Patani Verbum Dei legendum exhiberi possit, promisit: sed coeptum opus non ad finem perduxit.

[III.] * Evangelia SS. Lucae et Joannis Malaice ex versione Joannis van Hasel. Amstelodami 1646. 4. p)

[Addit *Le Long: recognita et emendata a Justo Heurnio, addita etiam versione belgica, jussu et sumptibus Curatorum Societatis Indiae Orientalis.* Sed duas diversas confundit editiones. *Haselius*, qui omnium primo Matthaeum Malaice versum *Carpenterio* tradidit, deinde tria quoque Evangelia Marci, Lucae et Johannis in eandem linguam transtulit; et versio ab ipso confecta, olim fuit in Bibliotheca *Jacobi Golii.* Sed duo tantum Evangelia, Lucae et Johannis nimirum, ex hujus versione in lucem sumptibus publicis emissa sunt, adjuncta itidem versione belgica antiqua. Duo itaque volumina quatuor continent Evangelia ex versione *Ruylii* et *Haselii*, cum versione antiqua Belgica ex versione germanica *Lutheri* translata. q)

[IV.] * Evangelia IV. Malaice versa juxta translationem Belgicam Anni 1637. et Actus Apostolorum Malaice ex versione Justi Heurnii, cum versione Belgica. Amstelodami 1651. 4. r)

[Medelam poscunt, quae hic ex auctore nostro exscripsimus, ne quis *Heurnium* ex versione Belgica Evangelia in linguam Malaicam traduxisse sibi persuadeat. *Heurnius*, qui per quindecim annos Ecclesiae in India Orientali praefuit, non de novo Evangelia quatuor vertit, sed versiones a *Ruylio* et *Haselio* elaboratas de novo ad Textum graecum revocavit, et Versioni Belgicae Statuum A. 1637. prima vice editae conformem reddidit. Addidit vero Evangeliis Actus Apostolorum Malaice, ex sua ipsius versione. Versioni Malaicae juncta est ad marginem versio Belgica Statuum, retentis tamen ad Matthaeum et Marcum singulorum capitum argumentis ex antiquiore versione Belgica. Integrum opus jussu Curatorum Societatis Indiae orientalis, eorumque impensis editum est. s)

[V.] * Jang ampat Evangelia derri tuan Kita Jesu Christi, daan Berboatan derri jang Apostoli berfacti, bersalin dallam Passa maleyo: that is the four Gospels of our Lord Jesus Christ, and the Acts of the holy Apostles, translated into the malayan tongue. Oxford, printed by H. Hall Printer to the University. 1677. 4. t)

[Qua-

o) *Marshalli* praefat. §. 2. p. 2;
p) *Le Long* p. 144. col. 2. C.
q) *Marshalli* praefat. *Fabricius* l. c.
r) *Le Long* p. 144. col. 2. C.
s) *Marshalli* praefat. §. 3. *Fabricius* ibid.
t) *Le Long* p. 144. col. 2. D.

[Quatuor Evangelia et Acta Apoſtolorum Malaice accurate repraeſentant editionem a *Heurnio* procuratam, omiſſa tamen verſione Belgica. Praemittitur Epiſtola Nuncupatoria *Roberto Boyle* Equiti inſcripta a *Thoma Hyde. Boylius* enim ſumptus huic editioni procurandae ſubminiſtravit. Sequitur *Thomae Marshalli* praefatio erudita, quae ſingulas editiones Malaicae verſionis accurate recenſet. u)

Jang Ampat Evangelia derri tuan Kita Jeſu Chriſti — — translated into the Malayan tongue. The ſecond Edition, Oxford. printed for Henry Clements. 1704. 4. [VI.]

Editio ſecunda priori ita ſimilis, ut paginae paginis et lineis reſpondeant, ſervata Epiſtola *Th. Hyde*, et praefatione *Marshalli*. Utraque editio typis latinis columnis diviſis inſcripta eſt. x)

§. VIII.

Dicta Biblica.

Sourat A, B, C, Jang bergaina banja capada anac bouda bouda. Door ordre van de EE. Heeren Bewindhebberen der geoctroyerde Ooſt-Indiſche Compagnie. Gedruckt t' Amſterdam, by Paulus Matthyſz. 1682. 12.

Libellus continet inter alia Decalogum, Orationem Dominicalem, 1 Cor. XI, 23-26. Deut. VIII, 10. 11. et Pſalmum C.

§. IX.

Biblia Damulica.

Biblia Damulica, ſeu quod Deus omnipotentiſſimus ſemet ipſum ex ſua aeternitate clarius manifeſtaturus de coelo eſt locutus. Veteris Teſtamenti pars prima, in qua Moſis Libri quinque, Joſuae Liber unus, atque liber unus Iudicum, ſtudio et opera Bartholomaei Ziegenbalgii Miſſionarii ad Indos Orientales in linguam Damulicam verſi continentur. Tranquebariae in littore Coromandelino, typis et ſumptibus Miſſionis Danicae MDCCXXIII. 4. [I.]

Biblia Damulica, ſeu quod Deus ſapientiſſimus in ſua divina oeconomia cum populo Iſraelitico et egit et locutus eſt. Veteris Teſtamenti pars ſecunda, in qua libellus Ruth, Samuelis liber prior et poſterior, liber Nehemiae, liber Eſther, liber Iobi, liber Pſalmorum Davidis, liber Proverbiorum, liber Eccleſiaſtae, et liber Cantici Canticorum, ſtudio et opera Bartholomaei Ziegenbalgii et Benjamini Schultzii Miſſionariorum ad Indos orientales in linguam Damulicam verſi continentur. Tranquebariae in littore Coromandelino. Typis et ſumptibus Miſſionis Danicae. MDCCXXVI. 4. [II.]

Biblia Damulica, ſeu quod Deus omniſcius de gratia in Jeſu Chriſto tempore Novi Teſtamenti revelanda per ſanctos ſuos Prophetas eſt vaticinatus. Veteris Teſtamenti pars tertia, in qua Prophetae majores, Eſaias, Jeremias, ejusdemque Lamentationes, Ezechiel, Daniel; Prophetae mi- [III.]

u) *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern, vol. 4. p. 390. *Knochii* hiſt. crit. Nachrichten p. 653. *Fabricii* ſalut. Lux p. 595. *Hagemanni* Nachrichten etc. p. 399.

x) *Fabricius* l. c.

minores, Hoseas, Joel, Amos, Obadia, Jona, Micha, Nahum, Habacuc, Zephania, Haggai, Zacharias et Malachias studio et opera Bartholomaei Ziegenbalgii et Benjamini Schultzii Missionariorum ad Indos orientales, in linguam Damulicam versi continentur. Tranquebariae in littore Coromandelino, literis et sumptibus Missionis Danicae MDCCXXVII. 4.

[IV.] Libri Apocryphi, seu libri a quibusdam piis viris ecclesiae antiquae judaicae post Prophetas Veteris Testamenti scripti, continentes partim varias regulas vitae utiles, partim Supplementum historiae ecclesiasticae veteris Testamenti, scilicet liber Sapientiae, Ecclesiasticus sive Sirach, liber Esdrae, liber Tobiae, liber Judith, adjectiones ad librum Esther, liber Baruch, epistola Jeremiae, adjectiones ad Danielem seu trium virorum hymnologia, historia Sosannae, item Belis et Draconis, Maccabaeorum liber primus, secundus et tertius, denique Oratio Manassis, studio et opera Barth. Ziegenbalgii et Benjam. Schultzii Missionariorum ad Indos Orientales in Linguam Damulicam versi. Tranquebariae typis et impensis Missionis Danicae. MDCCXXVIII. 4.

[V.] * Novum Testamentum D. N. Jesu Christi, ex originali textu in Linguam Damulicam versum, in usum gentis Malabaricae, opera et studio Bartholomaei Ziegenbalg et Joan. Ernesti Gründleri Serenissimi Daniae Regis Friderici IV. ad Indos Orientales Missionariorum. Tranquebarae in litore Coromandelino, typis malabaricis impressit G. Adler. 1714. 1715. 4.

Solius Novi Testamenti mentionem facere potuit auctor noster, et quidem sequentibus: „Cum primis hic commemoranda est versio Novi Testamenti Malabari-„ca; opus est plane novum, sic, si usum speraveris, prorsus eximium, idque duo-„bus comprehensum tomis, quorum prior IV. Evangelia et Actus Apostolorum „continens Tranquebarae anno 1714. posterior vero Epistolas Apostolicas, san-„ctamque complexus Apocalypsin, anno sequenti, uterque in forma quarta, ille „majusculo Halensi, hic vero minore Tranquebarensi charactere, expressi sunt. „Ipsum Novi Testamenti vertendi laborem non prius aggressi sunt Missionarii, quam „donec Damulicae Linguae sufficientes sibi comparassent opes; quo quidem effectum „est, ut stilus versionis non adscitititius sit, sed nativus, accuratus ac Malabaricae „genti ad intelligendum facilis. Desudavit autem in ea concinnanda praecipue Zie-„genbalgius, perfecitque auxilio Dei opus die 31. Mart. 1711. quod die 17. Octob. „1708. occoeperat.„ y)

[In recensendo opere Biblico in hisce oris rarissimo, quia Novi Testamenti editio Veteri Testamento praecessit, temporis ratio habenda est. *Bartholomaeus Ziegenbalgius* Pulsnitzo-Lusatus una cum *Henrico Plutschovio* Wesemberga-Megapolitano Anno 1706. in Orientem veniens, quo gentibus verbum divinum annunciare posset, ante omnia linguam populorum nativam addiscere allaboravit; qua percepta Versionem sacrae scripturae aggressus est. Initium vertendi Novi Testamenti in lin-

y) Acta Erudit. Lips. 1717. p. 251. *Le Long* p. 144. col. 2. E.

linguam Damulicam seu Malabaricam Tranquebarae communem, mense Octobr. 1708. factum est. Ipsam versionem ad cap. 22. Matth. perduxerat, cum die 19. Novembr. carcere duraque custodia a continuatione operis coepti prohiberetur. Liberatus manum iterum operi admovit, et anno 1710. ad Epistolam ad Galatas in vertendo progressus erat: Anno denique 1711. die 31. Martii integrum opus bono cum Deo finivit. Singula vero adjuvante *Johanne Ernesto Grundlero* iterum sub examen vocavit, et facta revisione totius operis Novi Testamenti versionem prelo excudendam submisit. Titulus libri solummodo Malabarice est expressus. Praemittitur epistola nuncupatoria *Friderico IV.* Daniae Regi a *Bartholomaeo Ziegenbalgio* et *J. E. Gründlero* die 25. Sept. 1714. Tranquebarae malabarice et germanice scripta.

Veteris Testamenti versionem idem *Ziegenbalgius* anno 1717. aggressus est, et Libros Mosaicos librumque Josuae et Judicum ad finem perduxit: sed morte Ao. 1719. ex hac vita evocatus, reliquum laborem successori *Benjamino Schultzio* consumendum reliquit. Interim jam eodem anno, quo interpres multis laboribus fere exhaustus ad superos abiit, initium primi Veteris Testamenti tomi imprimendi factum est. *Schultzius*, fidelis ille ac strenuus Dei servus, quem ex Oriente reducem, vitam debilem Halae Saxonum agentem, olim ex ore novimus, labori derelicto ita sese dedit, ut anno 1724. e numero Prophetarum Ezechiel et Zacharias, et libri Apocryphi vertendi superessent. Singuli tomi cum successu temporis prodiere, quantum hic tum ratio typographiae tum charta ex Europa in Indiam transportanda permisit. Apparet in titulis Veteris Testamenti nomen *Ziegenbalgii* in memoriam hujus viri, qui primus viam reliquis, qui eum sequuti sunt, aperuit, et primum tomum prelo adaptavit. Reliquorum vero librorum versionem *Benjaminus Schultzius*, Halae Saxonum die 25. Nov. 1760. pie placideque defunctus, elaboravit, atque ita multo labore exantlato verbum divinum gentibus orientalibus in lingua illorum nativa, tradidit. [z])

§. X.

Psalterium Damulicum.

Psalterium Damulice ex versione Benjamini Schultzii. Tranquebarae 1724. 8. [I.]

Cum Biblia Damulica sub prelo sudarent, Psalterium seorsim excusum in publicos usus distributum est. [a])

Psalterium Damulice ex versione B. Schultzii. Tranquebarae 1746. [II.]

Prio-

z) Conf. *J. L. Niekampii* Missionsgeschichte p. 187. 202. 219. 251. etc. *Baumgartenii* Nachrichten von merkw Büchern, vol. 9. p. 283. 286. *Knochii* hist. crit. Nachr. p. 662. *Goezii* Verzeichnis p. 90. Nova Acta hist. eccles vol. 1. p 104. *Fabricii* salut. Lux evangel. c. 35. p. 611. Vitam *Ziegenbalgii* recenset *Niekampius*; *Schultzii* vero vitam vid. in Novis Actis hist. eccles. vol. 4. p. 122. Adde *Freytagii* analect. litter. p. 959. *Reimmanni* catal. Biblioth. p. 218. *Hagemanni* Nachrichten von den fürnehmsten Uebersetz p. 397.

a) *Niekampius* l. c. cap. 34. §. 5. p. 270.

Priorem editionem *Waltherus* in navi iter faciens jam anno 1739. de novo ad textum originalem revocaverat, quam *Dahlius* prelo deinde commisit, plagularumque emendandarum curam suscepit. [b])

§. XI.

Siracides Damulice.

[I.] Siracides Damulice ex versione B. Schultzii. Tranquebarae 1727. [c])

[II.] Siracides Damulice ex versione B. Schultzii. Tranquebarae 1761. [d])

§. XII.

Novum Testamentum Damulice.

[I.] Novum Jesu Christi Testamentum ex originali Textu in linguam Damulicam versum opera et studio Bartholomaei Ziegenbalgii et Joh. Ernesti Grundleri, Serenissimi Daniae Regis Friderici IV. ad Indos Orientales Missionariorum. Editio secunda correctior et accessione Summariorum cujusvis capitis auctior. Tranquebariae in littore coromandelino typis Damulicis missionis danicae. MDCCXXII. 8. maj.

Instituta revisione prodiit secunda editio cum epistola nuncupatoria prioris editionis germanice et damulice, et nova *B. Schultzii* die 16. Octobris 1722. scripta praefatione. Accesserunt capitum argumenta, quae in Evangelio Matthaei *Gründlerus* e Bibliis Latinis *Sebast. Schmidii* Damulice reddidit, reliqua vero a *Schultzio* una cum variis locis parallelis addita sunt. Imprimendi initium jam anno 1722. factum est; sed anno 1724. opus demum finitum est. [e])

[II.] Novum Jesu Christi Testamentum ex originali Textu in linguam Damulicam versum — Tranquebariae MDCCLVIII. 8.

Editio tertia. Jam ab anno 1734. Missionarii *Pressierius* et *Wormius* in eo laborarunt, ut editionem secundam de novo ad Textum originalem revocarent. Singulas N. T. partes ita revisas Missionariis, qui Madrassae erant, ut et hi iterum singula sub examen vocarent, transmiserunt: *Widebrokius* tandem singula ultima vice recognovit. Initium imprimendi jam 1738. factum est, et anno 1739. Matthaei Evangelium in lucem exiit; sed cum typographia aliis libris exprimendis esset occupatissima, post decennium, nimirum anno 1749, accessit Evangelium Marci et Lucae; Johannis Evangelium 1751. Acta Apostolorum 1752. reliqua vero 1758. finita sunt. *Pressierius* Evangelio Matthaei nova argumenta et loca parallela plura addere inceperat, sed morte immatura praeventus, non nisi decem priora capita absolvere potuit; quo in negotio *Obuchius* ei successit. [f])

No-

b) *Mich. Meieri* Missionsgeschichte, cap. 3. §. 19. p. 91. cap. 10. §. 11. p. 247.

c) v. *Niekampius* l. c. c. 37. §. 11. p. 296.

d) v. *Meierus* l. c. cap. 25. §. 7. p. 41. Nova Acta histor. Eccles. vol. 7. p. 6.

e) *Niekampii* Missionsgeschichte, cap. 34. §. 5. p. 270. *Baumgartenii* Nachrichten etc. vol. 9. p. 285. *Knochii* historisch crit. Nachr. p. 656. Index Biblior Wernigerod p. 11.

f) *Mich. Meieri* Missionsgeschichte c. 12. §. 8. p. 281. Acta historico-eccles. vol. 18. p. 762. Nova Acta histor. eccles. vol. 4. p. 121. Vitam *Andreae Wormii*, Megapolitani, recenset *Niekampius* Missionsgesch. cap. 45. §. 2. p. 453.

Novum Teſtamentum Jeſu Chriſti ex originali Textu in linguam Damulicam verſum. Impreſſum Columbo 1743. 4. maj. [III.]

Accedit huic editioni, quae ſub auſpiciis Praefecti Inſulae Ceylon L. B. *ab Imhof* Columbo e Typographia Societatis mercatorum Indiae Orientalis, ſeu Societatis Indiae Orientalis prodiit, ad Tranquebarienſem anni 1722. formata, introductio in Novum Teſtamentum, una cum capitum ſummariis, et Ordine Salutis. Typis Damulicis impreſſum opus implet paginas 590. g)

§. XIII.

Matthaeus Damulice.

Matthaei Evangelium Damulice. Tranquebariae 1739. 8. [I.]

Pars prima editionis tertiae Novi Teſtamenti. h)

Matthaei Evangelium Damulice. Colombo in Inſula Ceylon. 1740. [II.]

Prodiit ex officina typographica a *Guſtavo Wilhelmo L. B. ab Imhof* ibidem exſtructa. Miſſionarius *Wetzelius* exemplar hujus editionis Tranquebariam transmiſit. i)

§. XIV.

Biblia Telugica.

Biblia Telugica ex hebraico et graeco textu, adhibitis multis aliis verſionibus in linguam Telugicam translata a Benjamino Schultzio Miſſionario ad Indos Orientales. Ao. 1732.

Telugica lingua, ſive Warugica, ſive Gentovica diverſa quidem eſt dialectus linguae Damulicae, quae tamen ab hac deflectit, ut lingua Danica a Germanica. Idem *Schultzius,* qui multo ſtudio et labore Biblia Damulica edidit, et verſionem Telugicam elaboravit. Arduum et difficile opus aggreſſus eſt Anno 1726. et primo Evangelium Johannis veſte Telugica donavit, integrumque Novum Teſtamentum Anno 1727. abſolvit. Unde factum eſt, ut *Joh. Alb. Fabricius* k) Novum Teſtamentum Telugicum ad hunc annum referat. Eodem anno aliquot Geneſeos capita Telugice vertit, integrum vero laborem anno 1732. finivit; uti e Catalogo librorum et tractatuum, quos partim in Tamulicam, Telugicam et Hindoſtanicam, Luſitanicam etc. linguas transtulit, partim ipſe conſcripſit Benj. Schultze Sonneburgo Neo-Marchicus, l) apparet. Finito labore ipſe *Schultzius* typographiam Telugicam Tranquebariae exſtruendam curavit, juvenesque aliquos, ut operariorum vices ſuſtinere poſſent, inſtruxit, ad reviſionem verſionis vero *Braminum* aliquem, qui jam edendis Bibliis Damulicis adfuerat, in ſubſidium vocavit. Quo vero tempore in publicum prodituri ſint Biblia Telugice impreſſa, divinae providentiae reſervatum manebit. m)

§. XV.

g) Critiſche Sammlungen, Vol. 2. p. 392.

h) *Meierus* l. c. cap. 2. §. 5. p. 51. cap. 3. §. 14. p. 88.

i) *Meierus* l. c. cap. 5. §. 15. p. 132. *Hagemanni* Nachrichten pag 168. Acta hiſt. ecl. vol. 4. p. 899. vol. 8. p. 603. vol. 10. p. 869. vol. 12. p. 255.

k) Salutar. Lux Evangel. cap. 35. p. 613.

l) N. 20. Inſertus legitur catalogus *Baumgartenii Nachrichten* vol. 9. p. 291. ubi p. 288. recenſentur Biblia Telugica MSta.

m) *Niekampii* Miſſionsgeſchichte, c. 37. §. 11. p. 308. cap. 42. § 14 p. 394. *Joh. Ge. Hagemanni* Nachrichten von den fürnehm- ſten

§. XV.

Versio Indostanica.

Idem *Benjaminus Schultzius*, cujus immensos labores, insigniaque merita in promovenda salutaris veritatis cognitione modo celebravimus, cum Missioni, quae Madrassae est, praeesset, sacras litteras in linguam Indostanicam, quae Aethiopum est vernacula, transtulit; D. *J. E. Callenbergius* vero typos Arabicos Instituti Judaici quam lubentissime, quo ederentur interpretationes factae, subministravit: quin et ipse brevem Narrationem de edito Novo Testamento Indostanico Halae 1758. 8. una plagula evulgavit, qua non solum historiam versionis et editionis singularum ejus partium, sed et multa quae ad historiam sacram Orientis spectant, accurate exponit. Breve quidem est Schediasma, quod exiguitate sua quam facillime intercidit, nec publice emptoribus expositum, at dignum, quod hic integrum memoriae et posteritati consecremus. Prostat sub Titulo: D. *Joh. Henr. Callenbergii* Prof. Theol. et Phil. Publ. Ord. narratio de edito Novo Testamento Indostanico. Halae CIↃ IↃ CCLVIII.

„Ante viginti annos in primaria Indiae Belgicae urbe Batavia inter Ecclesiastas controversia exorta est, sitne momentosum in negotio propagandae in India religionis Christianae, tradi Indis Biblia Sacra in ipsorum linguas translata? Controversiae id ansam dedit, quod viri aliquot cordati in conventu quodam sacro suaderent, ut summo Senatui, cujus ibidem sedes est, ac per hunc illustribus commercii Indici in Belgico dominis, Malaicorum Bibliorum editio, propriis linguae huic litteris, nempe arabicis, peragenda, commendaretur. Edita illa anno CIↃ IↃCC XXXIII. fuerant adhibitis litteris latinis: sed harum peregrinitate Muhammedani a lectione arcebantur. [n]) Pars Ecclesiastarum, collegis melioribus [o]) adversa, negans, quod in allata quaestione

sten Ueberſetzungen der H. Schrift p. 398. Typographia Telugica Halae Saxonum etiam optime instructa est, ex qua prodiit: Explicatio doctrinae Christianae secundum ordinem quinque capitum Catechismi majoris ex lingua Tamulica in Telugicam versa a Benjamino Schultzio Missionario Evangelico. Halae Magdeburgicae MDCCXXXXVII. 8. typis Telugicis.

n) Conf. relatio nostra, cujus titulus hic est: Nachricht von einem Versuch, die verlassenen Muhammedaner zur heilsamen Erkenntnis Christi anzuleiten, I. Stück 1739. p. 6-11. II. Stück p. 1-42. III. Stück p. 11-14.

o) Hi de collegis apud me in epistola d. XI. Novembris CIↃIↃCCXXXVIII. Bataviae scripta, cui fasciculus documentorum actae hucusque litis additus erat, querebantur: Miraberis fortasse, hoc litterarum e multum a vestris remotis regionibus ad te dari; porro si argumentum nostrarum etc. litterarum sano perpendatur judicio, necessario stupor admirationis loco in animis bene doctis locum obtinebit. Quum rumor assidui vestri laboris, a Domino tanto cum successu benedicti, ad nostras pervenisset aures, nobis calcar addidit, ut quantum in nobis esset, omnia etc. dirigantur ad regni Christi terminos extendendos. Qua de causa necessum duximus, ut Biblia Malaica non solum suo imprimantur idiomate, sed etiam suis propriis litteris; quia omnibus sat superque notum est, quaslibet linguas suas etiam proprias habere litteras, quae si mutentur, legentium intellectui summam adferunt difficultatem etc. Inter nostros etc. fuere quatuor, qui septendecim votis in Synedrio nostro, pro Malaicorum Bibliorum

ſtione eſt, enixiſſime obſtitit, quo minus fieret commendatio; hoc inter alia pugnans, parcendum eſſe Societatis mercatorum aerario, nec hoc tanta impenſa, ſex circiter millium imperialium, gravandum. p) Cui ineptiſſimae ac profanae adulationi maſculus ille Theologus Hagenſis, *Henricus Velſe*, adſcitis *Baldaei* et *Valentyni* teſtimoniis, cum alia, tum computationem oppoſuit immenſorum theſaurorum, Indiis exportatorum; et ex his adjectae privilegiis conditioni propagandi Evangelii hucusque minime ſatisfactum arguit, ac profeſſus eſt candide, aperte, graviter, cum dolore. q) Melius ſentientium virorum praecipuus *Georgius Henricus Werndly*, in Europam reverſus, ſummo loco bonam cauſam egit; ſatis tamen diu fruſtra. Inter haec Sinenſium et aliorum barbarorum conſpiratione ac rebellione cum res Belgica in magnum veniſſet diſcrimen, atque ſub hoc illius Gubernator, Liber Baro ab *Imhof*, in Belgicum apportatus, cauſam ſuam feliciter peroraſſet; ejus et *Werndlii* ſocia cauſae Chriſti commendatio adeo Belgici procerum permovit animos, ut hanc omnibus viribus provehendam eſſe, decerneretur. Nulla interpoſita mora, typographia Arabica publicis ſumptibus paratur: *Werndlius* cum hac remittitur in Indiam, Malaici in urbe coetus conſtitutus doctor; praeſes condendi ſeminarii formandorum Legatorum ſacrorum, a quibus doctrina Chriſtiana per loca Belgica paganis et Muhammedanis nuntiaretur; ac typographiae praefectus, pro ſuo judicio illa uſurus ad libros evulgandos, quibus miſerarum gentium ad Chriſtum converſio juvaretur. Laeta hactenus retuli, eaque certa ex *Werndlianis* ad me perſcriptis litteris. Praeclaris illis decretis hoc etiam eodem tempore additum fuit, ut Evangelici, qui a Luthero cognominari ſolent, tam Bataviae, quam in *Bonae Spei* promontorio aedes ſacras exſtruendi haberent facultatem. Verum enim vero triſte ſequutum eſt tempus. *Werndlius* paulo poſt, quam advenerat Bataviam, morbo correptus exſpiravit; et annis aliquot interjectis, reſciſcebatur, non eſſe, qui perageret, quae illi fuiſſent commiſſa. Bini Eccleſiaſtae, quos, aede ſacra exſtructa, adſciverat coetus Evangelicus, privato conſilio, linguas Malaicam et Luſitanicam, earum partiti ſtudium, addiſcere coeperunt, ipſas, data oc-

 ca-

rum impreſſionis neceſſitate cum aut in propria ſua littera, pro viribus conati ſunt non ſolum contradicere, ſed etiam illius memoriam ad interitum redigere, etc. Figimus hic ulteriorem calami greſſum etc. rogantes, ut nos in clientium tuorum numero eſſe non deſinas.

p) Citata relatio II. Stück p. 42-64.

q) In praefatione libri, ita inſcripti: Naauwkeurige Berigten nopens de Grondveſting des Chriſtendoms onder de Heidenen op de Kuſt van Choromandel, door de Deenſche Miſſionariſſen op Tranquebar; Behelzende ook veel aanmerkelyke Byzonderheden aangaande het Land, den Aart, Godsdienſt, Gewoontens, Kunſten en Weteñſchappen de Malabaaren: Uit het Hoogduitſch vertaalt, en verciert met een Kaart en de noodiſche Plaaten. Eerſte Deel, met eene uitvoerige Hiſtoriſche Voorrede, opzigtelyk tot het geheele Werk door Hendrik Velſe, Bedienaar des Goddelyken Woords in's Hage Midsgaders een Loffelyk Ouſtel van de Engelſche Societeit de propaganda fide in partibus Transmarinis. In's Gravenhage, by Daniel van Luneburg, en Mattheus Gaillard CIↃIↃCCXXXIX Met Privilegie. Conf. dictae Relationis noſtrae part. III. p. 51-97. et part. II. p. 65-126.

casione, adhibituri ad instillandam Christi ignaris hujus veritatem. Sed brevi postea alter querebatur, morte exstinctum esse collegam, qui Lusitanicae operam addixisset. Ita jacet, quantum novimus, etiamnum in urbe primaria Institutum Werndlianum. Contra in Coromandelini littoris sedibus, Danica et Anglica, melius successit amplificandae cognitionis Christi labor: illa quoque ejus portio, quae circa versiones sacri codicis versatur. Anno CIƆ IƆCC XXI. Tranquebariam, Regis missu, venit vir eruditus, *Benjamin Schültzius*, a Theologo *Augusto Hermanno Franckio* lectus atque commendatur. Is, necquicquam obstante negotiorum mole, quae tum maxime gravissima erat, cum ei soli aliquandiu totius Evangelicae illius legationis perfunctio incumberet, Tamulicae versionis a b. *Ziegenbalgio* inchoatae, reliquam partem impigre perfecit. Nactus ex Europa in opere dominico socios, his satis praeparatis, duas novas Legationis condidit sedes in terris, quas Anglica natio possidet, nimirum Madrastensem ac Cudulurensem; natione illa tribuente auctoritatem et symbolam conferente ad impensas. Duplex perstat institutum; non permissum mercatoribus, sed a religiosa bonorum virorum Societate in Anglia curatum. Huic instituto non minus, quam Tranquebariensi, r) liberalissime succurrit Germania; tam tenuis, si cum gentibus, maritima potentia et opulentia instructis comparatur. Haec primum a memorato Theologo, vere Augusto, ad hanc faciendae ad propagandum Evangelium impensae communionem munificam excitata fuit; et post illum a *Filio* Venerando collega nostro s) in hac sacrandae redituum, parvulorum quoque, partis alacritate retenta est, et ad ampliorem, in America etiam, regno divino progressum conciliandum producta, illo ipso spontaneam et gratuitam in hoc fideliter ac studiosissime obeunte procurationem, eamque multiplicis laboris plenam. Madrastum delatus ven. *Schultzius*, integra Biblia transtulit in Sermonem Telugicum, quem vocant quoque Warugicum; sed nondum versio haec in lucem potuit emitti. Nimis longum esset, et ab hoc loco alienum, reliqua viri industrii scripta enarrare; sunt in illis Tamulica XII. Telugica XV. Lusitanica II. et totidem Anglica. t) Per menses aliquot, antequam in Indiam proficiscebatur, in schola Arabica *Dadichi*, Antiocheni, fuimus commilitones, unde natum deinceps est aliquod litterarum commercium; ab eo imprimis tempore, quo in usum Muhammedanorum libellos edere coepi Arabicos, et eorum exemplaria in Indiam quoque curare inferenda. Quum intelligerem esse ibi linguam, Mauricam dictam, et Mauros appellari Muhammedanos; die XII. Aug. CIƆ IƆCC XXXVIII. ad amicum, *Schultzium*, scri-

r) Hujus exemplo excitatus ecclesiastes quidam Belgicus in vicina insula Ceylano, scholam aliquam condidit, paganis quoque inservientem; et libri, quos hi intelligant, coepti sunt typis exscribi.

s) [*Gotthilf August. Franckio*, Th. D. et Pr.

t) [Catalogus Librorum et tractatuum, quas partim in Tamulicam, Telugicam, et Hindostanicam, Lusitanicam etc. linguas transtulit, partim ipse conscripsit Benj. Schultze, Sonneburgo Neo-marchicus, insertus legitur in *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern vol. 9. p. 291-297. qua p. 48. diversa enumerantur viri meritissimi scripta.

ſcripſi: optare me, ut Tamulice adverſus Muhammedanos evulgatus libellus, cujus auctor eſt *Theodorus Walther*, olim collega illius Tranquebarienſis, in linguas, Arabicam, Perſicam vel Mauricam verteretur, me curaturum, ut verſiones typis inſtituti noſtri orientalis, quo Muhammedanis etiam ſervitur, exſcriberentur. Vir, pro populorum bono vigilans, ac animi indefeſſi, occaſionem avidiſſime amplexus, electo Mauricae linguae ſtudio, novam laboris ſeriem orditur, plura petito facturus. Adſcito laboris ſocio, Muhammedano docto (qui in hoc opere chriſtianae veritatis evaſit approbator) Grammaticam concinnat, catecheticam ſcribit Inſtitutionem, refutat Alcoranum, Novi Teſtamenti et quarundam Veteris partium conficit verſiones. Poſtquam in Europam reverſus eſſet, mihi ſcripta tradidit evulganda, aliud poſt aliud. Tum primum intellexi, Mauricam iſtam linguam uſitatius appellari Indoſtanicam, et, quod mihi majoris gaudii materia fuit, in Mogorico ſeu Mogulico Imperio vulgatiſſimam eſſe. Ita ex typographia Inſtituti noſtri ac ejus ſumtibus haec Indoſtanica, prout paſſae ſunt aliae operae, pedetentim prodierunt: anno ſeculi noſtri XXXXIII. ſummula doctrinae chriſtianae; XXXXIIII. compendiaria Alcorani Refutatio; XXXXV. Grammatica Indoſtanica, cum praefatione mea de ſuſcipienda linguarum barbararum cultura: et Quatuor priora Geneſeos capita; XXXXVII. Pſalterium; XXXXVIIII. Evangelium Lucae, Acta Apoſtolorum, Epiſtola ad Romanos, Liber Danielis, Epiſtolae ad Corinthios, Galatas, Epheſios, et Philippenſes; anno L. Epiſtolae ad Coloſſenſes, Theſſalonicenſes, Timotheum, Titum, Philemonem, Hebraeos, porro ſcriptae ab Apoſtolis, Jacobo, Petro, Joanne, Juda; anno LI. Evangelium Matthaei. Mortuo peritiſſimo Typotheta, *Jo. Zachario Eitzio*, Quedlinburgenſi, interruptum fuit negotium, donec reverſus *u*) e Turcia periodeuta noſter *Stephanus Schultzius*, (finita itinerum ſacrorum, XVIII. annos continentium, functione, nunc ad aedem Ulricianam Archidiaconus,) operoſe novum paravit. Duce igitur illo, qui ante etiam in quovis fere hibernorum trimeſtri ſpatio adjutrices manus praebuit, novitius Typotheta, intra annum, et quod excurrit, reliquam operis partem abſolvit, Marci et Joannis conſtantem Evangeliis, ac hujus Apocalypſi. Multos nunc Dominus excitet ſatores, qui tam diuturno ſudore paratum hoc ſemen ſpargere velint in agro Indico ſpatioſiſſimo! Ut extet in potioribus illarum regionum emporiis exemplarium apparatus, curabitur. Utinam Eccleſiaſtae cumprimis, quos habent ibi Angli et Belgae, illis ſaltem mercatoribus, in quibus micam verae pietatis et ſtudii circa cauſam Chriſti fruſtulum eſſe vident, hanc bene merendi de gentibus, quorum opibus ditantur, velint demonſtrare ac inculcare occaſionem! Hoc ipſo tempore, quantas Anglica potentia in Indiae provinciis nanciſcatur acceſſiones, et quantum in Mogulica aula natio valere incipiat, ſubinde nos publicae ephemerides hucusque docuerunt. Ita januae patulae *x*) aperiuntur: nolit divinus Spi-

u) [Die 16. Octobr. CIↃ IↃCC LVI.

x) Patere libellis evangelici argumenti aditum ad Muhammedanos, teſtata res eſt, Petrus della Valle, eques Romanus, ſuperiori ſeculo ſcripſit (in Voyages III. 109. 111. 217. 276. 608.) *Pour moy je ſervis d'* ad-

Spiritus deesse, qui ingredi, et dum luce vitae hujus fruuntur, opus dominicum, quisque pro modulo suo, tractare haud graventur! Idem verbo huic suo

advis, que nos Peres eussent toujours avec eux quelques petits livres bienfaits et bien foudez de ces matieres (de religion) *en langage du Païs: qu' ils pussent presenter pour reponse au Roy* (de Perse) *et aux autres, qui les en interrogeroient; leur faisant entendre, qu'il n' est pas facile de repondre en peu de mots à ces demandes; mais que s'ils veulent prendre la peine de lire un de ces livres, ils y trouveront la reponse, et toute la satisfaction, qu' ils peuvent desirer. Et je suis asseuré, que ces livres seroient bien reçeus du Roy, et de tout le monde, qui les liroit avec beaucoup de plaisir et de curiosité. etc. Les Persans endurent patiemment de nous tout ce, qu' il nous plaist de dire ou d' ecrire contre leur loy etc. Les paroles sont comme les arquebuzades, et estans prononcées de bonne grace et avec efficacité et energie, elles ont une merveilleuse force, penetrent d' abord et donnent jusques au coeur, convainquent nos Adversaires, et renversent d'un coup les esprits les plus opiniatres; mais si elles manquent leur coup, elle se dissipent peu à peu, et ne frappent que les oreilles, sans produire aucun effet. Mais les livres ne s' evanuissent pas si tost, mais persistent, et durent long temps, on les list, on les relist à loisir, ils sont comme des poignards, ou des épées dans la main d' un homme vaillant et courageux, qui couchent de plus prés, et qui demandent plus d' addresse et de force de ceux, qui veulent s' en servir: que s'ils manquent leur coup à la premiere et à la seconde attaque, ils le font à la troisieme, à la quatrieme, ou à la cinquieme, et donnent si souvent de la pointe, qu' enfin l' ennemy percé de ses blessures tombe par terre. Aussi l' experience nous a fait voir jusques à present, que toutes les sectes, qui ont regné dans le monde, n' ont jamais esté combattuës, ny abbatuës autrement, que par la vertu des bons livres. Et je puis dire en particulier, que c' est une chose deplorable, qu' y ayant eu un si grand nombre de Chrestiens, qui ont fait des merveilles contre toutes les autres sectes; il ne s' en est pas trouvé un seul depuis plus de mille ans en ça, que la secte de Mahomet subsiste, et regne avec des progrez prodigieux, qui par je ne sçay quel assoupissement ait osé entreprendre de la Combattre par ecrit, au moins dans une langue, qu' ils puissent entendre.*

Aubertus Miraeus in Elogiis illustrium Belgii scriptorum cent. I. 1602. 12. *Cum — Societatis Jesu quidam ante annos plus minus XXV. Argivium Mauretaniae profectus esset, lytrum captivis reducendis laturus: Rex eum in suam duxit bibliothecam, varia librorum suppellectile instructam: varios hic illi codices visendos porrigit, atque in his libellum hunc* (Thomae Kempisii de imitando Christo) *vulgari Turcarum lingua redditum; adjecitque: pluris se unicum illum facere, quam reliquos omnes Muhametanorum. Praeclarum sane vel ab hoste expressum testimonium, quod, nisi gravissimis testimoniis niteretur, incredibile videri possit.*

Et de ipso magno Mogore, seu potentissimo Indostaniae Rege, haec est Petri Larrici Tholosani (in Thesauro rerum Indicarum p. 504-506.) narratio: *Legatum* etc. *cum litteris ad socios goanos* misit etc. In illis haec erant: *Meum ut in vos affectum, amoremque testatum faciam, Ebadolam, Legatum meum, simul et Dominicum Brizum, illius interpretem, ad vos misi; quibuscum ut duos vestrum, qui litterarum sacrarum cognitione excellant, mittatis,* (et ut hi) *simul* etc *praecipuos Legis Evangelicae libros secum deferant, inprimis rogo* etc. Cum igitur *legis divinae volumen, quo ille nomine scripturam sacram intelligebat, videre cuperet: Regia illi Biblia, aliquot distincta tomis, scite compacta et deaurata, ei dono dederunt.* (Cum, *magna ille recipere reverentia, et singula inspicere, et supplex exosculari, ac deinde in caput sustollere, quod magni honoris ac reverentiae apud eos signum est: fiebat hoc in optimatum praefectorumque conspectu, quorum potissima pars Mahommedica dogmata sequebatur.* Interrogabat *dein, quonam tomorum sacra contineremur Evangelia? quae demonstrata inspexit attentius, iterumque exosculatus est, atque* sicut antea fecerat, *capiti imposuit: ac deinde in conclave referri jussit, atque eleganti arcae inclusit* etc. *Pentateuchum quidem, Psalterium, et Evangelia omnes admittunt* (Muhammedani) *sed* etc. (non) *habent.* Subjungit Larricius: Regem saepe binos, qui missi ad eum fuerant, Jesuitas ad linguam, qua utebatur, ediscendam excitasse, ut solus sine interprete cum ipsis possit agere. Per quendam suorum

ſuo ita adeſſe velit, ut in lectoribus ſalutare lumen accendat! Hoc tandem quoque efficiat, ut, quibus licet convenitque propius, integris nationibus Chriſtiani nominis eſſe ſuaſores, monitores atque duces, exemplo etiam hoc noſtro, tenuium hominum, moniti, ſuo curatius officio ſatisfacere ſtudeant, apud illas maxime opulentiores et multiplicibus adfluentes opportunitatibus, ut Verbi divini uſus in ea etiam loca, quae illo hucusque caruerunt, inferatur, et, quod ipſi ejusque fructui paſſim ex parte Europaeorum obſtat atque opponitur, y) pro viribus tollatur. Scr. Halae d. 1. Junii CIↃ IↃCC LVIII. D. Joh. Henr. Callenberg.

§. XVI.

Editiones.

Hactenus verbis Venerandi *Callenbergii* Verſionis Indoſtanicae hiſtoriae expoſitae ſubjicimus editorum librorum ſacrorum recenſionem, omnes quidem debemus eidem *Schultzio*, at non omnes Veteris Teſtamenti libros in Indoſtanicum transtulit idioma. Novum vero Teſtamentum integrum ex ejus verſione luci expoſitum eſt.

§. XVII.

Veteris Teſtamenti Partes.

Geneſeos quatuor capita priora in linguam Indoſtanicam translata a viro plur. Reverendo Benj. Schulzio Evangelico in India Miſſionario. Edidit D. Jo. Henr. Callenbergius Theol. et Phil. Prof. publ. ord. Halae in Typographia orientali Inſtituti Judaici et Muhammedici. CIↃ IↃCC XXXXV. 8. [I.]

Verſionem ipſam abſolvit Interpres Madraſtae anno 1742. una cum Prophetia Danielis et libris apocryphis, Cantico nimirum trium puerorum, Hiſtoria Suſannae et de Belo et Dracone. z)

Pſalterium Davidis in linguam Indoſtanicam translatum a viro plur. reverendo Benj. Schulzio Evangelico in India Miſſionario. Edidit et praefatus eſt D. Jo. Henr. Callenbergius, Theol. et Phil. Prof. Publ. ord. Halae in Typographia orientali Inſtituti Judaici et Muhammedici. CIↃ IↃCC XXXXVII. 8. [II.]

Titulum Latinum ſequitur alter charactere Arabico majori ligno inciſo expreſſus. Ex praefatione: — Nunc divini codicis libros, patrio ipſorum (Moslemo-

rum illis etiam aperuiſſe, quamprimum ſuam intelligant linguam, ſe ipſis ſcrupulum aliquem indicaturum eſſe, a quo cupiat liberari.

y) De quo percepimus multos *Baldaei, Valentyni* ac *Velſenii* gemitus; *Werndlii* etiam obſervationes ex ſcriptione, cujus hic eſt titulus: Oratio inauguralis de linguarum Orientalium et Indicarum cognitione, neceſſaria Theologo ad Indos profecturo, habita Lingae A. D. XVII. Decembris anni CIↃ IↃCC XXXVII. quum extraordinariam profeſſionem in illuſtri gymnaſio Lingenſi ſolenni ritu auſpicaretur. Amſtelodami, ex officina Wetſteniana.

z) *Mich. Meieri* Miſſionsgeſchichte cap. 6. §. 19. p. 161.

morum Indoſtanicorum) ſermone expreſſos, illis exhibere aggredimur. Nuper quatuor priora Geneſeos capita acceperunt: in praeſenti traditur veteris Teſtamenti compendium, Davidis Pſalterium. Verſionem ope Viri Muhammedani, vulgo eruditioris, compoſuit — *Benjamin Schultzius*, cum Madraſtac in littore Coromandelino praeconis Evangelici munere fungeretur. Abſoluto Geneſeos ſpecimine, rogabat me, urgebatque, pro ſingulari ſuo in Indos ſtudio, ut ad evulgandam illam impenſis Inſtituti Judaici et Muhammedici — extemplo procederem. — Quod reliquum eſt, nec hoc tacendum puto virum admodum reverendum nullo eſſe pretii auctoramento conductum, ſed elucubratas iſtas ſcriptiones ſuas gratis Inſtituto noſtro addixiſſe. [a])

[III.] Daniel in linguam Indoſtanicam translatus a — Benj. Schultzio — Edidit D. Jo. Henr. Callenbergius. Halae — CIↃ IↃCC XXXXVIIII. 8.

Verſionem abſolvit Interpres die 6. Octobris 1742. Adhaerent apocrypha, Canticum trium puerorum, Hiſtoria Suſannae, et de Belo et Dracone. [b])

§. XVIII.

Novum Teſtamentum.

Novum Jeſu Chriſti Teſtamentum in Linguam Indoſtanicam translatum a Viro Plur. Reverendo Benjam. Schultzio Evangelico in India Miſſionario. Edidit D. Jo. Henr. Callenbergius Theol. et Phil. Prof. Publ. ord. Halae in Typographia Orientali Inſtituti Judaici CIↃ IↃCC LVIII. 8.

Duplici ornatur Titulo Novum Teſtamentum, altero latino, quem hic damus, altero Arabico et quidem typo majori ligno inciſa. Initium vertendi N. T. factum eſt A. 1739. et finis menſe Majo 1741. Integram verſionem ex Oriente ſecum Halam apportavit Interpres, quo in loco ſinguli Libri ſeorſim prodiere; quibus in unum collectis Titulus praefixus eſt. [c])

§. XIX.

Evangelia.

[I.] Evangelium Matthaei in Linguam Indoſtanicam translatum a Viro Plur. Reverendo Benj. Schultzio Evangelico in India Miſſionario. Edidit D. Jo. Henr. Callenbergius Theol. et Phil. Prof. publ. ord. Halae in Typographia orientali Inſtituti Judaici et Muhammedici MDCCLI. 8.

[II.] Evangelium Marci in Linguam Indoſtanicam translatum — Halae — MDCCLVIII. 8.

[III.] Evangelium Lucae in Linguam Indoſtanicam translatum — Halae MDCCXXXXVIIII. 8.

[IV.] Evangelium Johannis in Linguam Indoſtanicam translatum — Halae MDCCCLVIII. 8.

Sin-

a) *Meieri* Miſſionsgeſch. p. 160. Index Biblior. Wernigerod. p. 42. Catal. Biblioth. Baumgart. p. 46. *Hagemanni* Nachrichten von den fürnehmſten Ueberſetzungen der h. Schrift, p. 63, 399. Acta hiſtor. eccleſ. vol. 13. p. 278.

b) *Meierus* l. c. Acta hiſtor. eccleſ. vol. 15. p 289.

c) *Meierus* l. c.

Singula ita expressa sunt, ut in unum colligi queant volumen, duplexque cuique Evangelistae praefixus est titulus. d)

§. XX.

Acta Apostolorum.

Acta Apostolorum in Linguam Indostanicam translata a Viro plur. Reverendo Benj. Schultzio Evangelico in India Missionario. Edidit D. Jo. Henr. Callenbergius Theol. et Phil. Prof. publ. ord. Halae in Typographia orientali Instituti Judaici et Muhammedici CIↃ IↃCC XXXXVIIII. 8.

Cum duplici titulo latino et Indostanico.

§. XXI.

Epistolae Apostolicae.

Pauli Apostoli Epistola ad Romanos, in linguam Indostanicam translata a Viro plur. Reverendo Benj. Schultzio Evangelico in India Missionario. Edidit D. Jo. Henr. Callenbergius Theol. et Phil. Prof. publ. ord. Halae in Typographia orientali Instituti Judaici et Muhammedici. CIↃIↃCC-XXXXVIIII. 8. [I.]

Singulae Epistolae Apostolicae eadem forma prodiere. Distinguuntur vero a quatuor Evangelistis externa forma. Titulus enim in superiori parte Arabice seu Indostanice, in inferiori vero latine scriptus est.

Pauli Apostoli prior Epistola ad Corinthios — Halae — CIↃ IↃCC XXXXVIIII. 8. [II.]

Pauli Apostoli posterior Epistola ad Corinthios — Halae — CIↃ IↃCC XXXX-VIIII. 8. [III.]

Pauli Apostoli Epistola ad Galatas — Halae — CIↃ IↃCC XXXXVIIII. 8. [IV.]

Pauli Apostoli Epistola ad Ephesios — Halae — CIↃ IↃCCXXXXVIIII. 8. [V.]

Pauli Apostoli Epistola ad Philippenses — Halae — CIↃ IↃCC XXXXVIIII. 8. [VI.]

Pauli Apostoli Epistola ad Colossenses — Halae — MDCCL. 8. [VII.]

Pauli Apostoli prior Epistola ad Thessalonicenses — Halae — MDCCL. 8. [VIII.]

Pauli Apostoli posterior Epistola ad Thessalonicenses — Halae — MDCCL. 8. [IX.]

Pauli Apostoli prior Epistola ad Timotheum — Halae — MDCCL. 8. [X.]

Pauli Apostoli posterior Epistola ad Timotheum — Halae MDCCL. 8. [XI.]

Pauli Apostoli Epistola ad Titum — Halae — MDCCL. 8. [XII.]

Pauli Apostoli Epistola ad Philemonem — Halae — MDCCL. 8. [XIII.]

Pauli Apostoli Epistola ad Hebraeos — Halae — MDCCL. 8. [XIV.]

Apostoli Jacobi Epistola — Halae — MDCCL. 8. [XV.]

Apostoli Petri Epistola prima — Halae — MDCCL. 8. [XVI.]

Apostoli Petri Epistola secunda — Halae — MDCCL. 8. [XVII.]

Apostoli Johannis Epistolae — Halae MDCCL. 8. [XVIII.]

Apostoli Judae Epistola — Halae — MDCCL. 8. [XIX.]

§. XXII.

Apocalypsis.

Apocalypsis S. Johannis in Linguam Indostanicam translata a Viro plur. Reverendo Benj. Schultzio, Evangelico in India Missionario. Edidit D. Jo. Henr. Callenbergius, Theol. et Phil. Prof. publ. ord. Halae in Typographia orientali Instituti Judaici et Muhammedici. MDCCLVIII. 8.

Sic

d) Acta histor. eccles. Vol. 15. p. 289.

Sic ultimo libro Sacrae Scripturae ultimo edendo loco integro operi colophonem imposuere Viri beatae memoriae, qui propagandae salutari veritati vitam et impensas consecrarunt. Non sine prudenti consilio factum est, ut singuli libri sacri seorsim emitterentur. Non nostratibus, nec Europaeis, sed Orientalibus destinati sunt, quorsum et data occasione Exemplaria transmittuntur; quae cum minoris sunt molis, commode a Missionariis in itineribus secum ferri, et aliis distribui possunt. Nec Muhammedani magnitudine molis a lectione sacrarum litterarum deterrentur. Concedat Deus seminibus ita sparsis largam denique messem!

§. XXIII.

Oratio Dominica.

Oratio Dominica in octo linguas orientales translata 1729.

Versiones in Oriente procuravit modo laudatus Missionarius Evangelicus *Benj. Schultzius*, ibidemque illas evulgavit. Easdem versiones beneficio ejusdem habemus in collectione omnium locupletissima diversarum versionum Orationis Dominicae, quae prostat sub titulo: Orientalischer und occidentalischer Sprachmeister, welcher nicht allein hundert Alphabete nebst ihrer Aussprache, so bey den meisten Europäisch- Asiatisch- Africanisch- und Americanischen Völkern und Nationen gebräuchlich sind, auch einigen Tabulis Polyglottis verschiedener Sprachen und Zahlen vor Augen leget, sondern auch das Gebet des Herrn in 200. Sprachen und Mund-Arten mit dererselben Characteren und Lesung nach einer geographischen Ordnung mittheilet. Aus glaubwürdigen Auctoribus zusammen getragen, und mit dazu nöthigen Kupfern versehen. Leipzig, zu finden bey Christian Friedrich Gessnern. 1748. 8. [e])

§. XXIV.

Singalica.

[I.] Het Heylige Evangelium onses Heeren en Zaligmakers Jesu Christi na de Beschryvinge van de Mannen Gods en H. Evangelisten Mattheus, Marcus, Lucas en Johannes, uyt het oorspronkelyke Grieks in de Singaleesche Tale overgebracht en behoorlyk gerevideert. Gedrukt to Colombo in s' Compagnies Boek-Drukkerye. Ao. 1739. 4.maj.

Lingua Singalica est vernacula incolarum insulae Indiae Orientalis, *Ceylon*, quam Societas mercatorum Belgicorum, vulgo Societas Indiae orientalis dicta, sibi subjectam reddidit. Praefectus Insulae *Gustavus Wilhelmus L. B. ab Imhof* non solum rebus publicis praeesse summa cura et quam felicissime, etiamsi in judicium vocatus sit, studuit, sed et rei sacrae prodesse, cognitionemque Evangelii propagare allaboravit. Instruxit itaque in urbe *Columbo* typographiam Singalicam, ex qua primo A. 1737. liber precum, et anno sequenti brevis fidei confessio impressa prodiit: quo opere finito, Versio quatuor Evangelistarum dirigente *Joh. Philippo Wetzelio*, Rectore Seminarii et Verbi divini Ministro anno 1738. praelo submissa est, ut et inter Ceylonenses verbum divinum celebrius redderetur. Praefationem belgice scriptam praemisit *Wetzelius*, qua, versionem quatuor Evangeliorum inter manuscripta defuncti *Guillelmi Konyn*, V. D. M. inventam fuisse testatur, quae beneficio Praefecti L. B. *ab Imhof* typis Singalicis exscripta procedit. Titulus operis est duplex, alter Belgicus, alter Singalicus. [f]) De

e) Vid. Part. I. Cap. III. §. XXXIX. n. 24. Nachricht von den fürnehmsten Uebersetzungen der H. Schrift, p. 400. Critische Nachrichten, vol. 2. p. 392.

f) Acta historico-ecclesf. vol. 5. p. 905. Neue genealogisch historische Nachrichten part. 17. Lipf. 1752. pag. 390. *Hagemanni*

De Handelingen der Apoſtelen beſchreven door den Evangeliſt Lucas, wel eer in de Singaleeſche Tale overgezet, door Twee Singaleeſche taalekundige Tolken onder opzigt van den wel eerwarden Simon Cat, nu met gunſtige Toeſtemminge van de Hoge Overheid deezes Eilands ter Bevordering van het E. Welzyn der Singaleezen behorlyk gerevideert, gecorrigeert en in het Light gegeven door de Predikanten Johann Joachim Fybrands en Henricus Philipsz. Te Colombo in's Compagnies Drukkery, door Johann Fredrik Chriſtoph Dornheim. Anno 1771. 4. maj. [II.]

Secunda pars Verſionis N. T. Singalicae. Utrum et Epiſtolae Apoſtolicae una cum Apocalypſi jamjam prodierint, definire nolumus. g)

Singaleeſche Pſalmen en Lofzangen op de gewoone Zangmaate onzer Kerke overgezet en bereimd — Colombo 1755. 8. [III.]

Singaleeſche Pſalmen en Lofzangen op de gewoone Zangmaate onzer Kerke overgezet en bereimd, en tot ſtigtinge de Singaleeſche Chriſtenen met volle Toeſtemminge van de Hooge Overheid deeſes Eilands nu merkelyk vermeerderd en verbeterd op nieuv in t'ligt gegeeven onder opzigt van Sig. Abr. Bronsweld Bedienaar des H. Evangeliums, en Rector in t' Colombo's Kweek - School. Gedrukt te Colombo in 's Compſ. Boekdrukkery door J. F. C. Dornheim. Anno MDCCLXVIII. 8 maj. [IV.]

Secunda editio priori aliquantulum locupletior continet Orationem Dominicam, Decalogum, Canticum Simeonis et Pſalmos I. II. VI. XXIII. XXIV. XXV. LI. LXXXVI. CIII. et CXVI. cum notis muſicis et ſubſtrato textu Singalico. h)

§. XXV.

Sinica.

* Pſalterium Sinice. [I.]

Pars Breviarii Romani a Ludovico Buglio in hanc linguam translata. i)

* Evangelia et Epiſtolae totius anni Sinice, interprete eodem Ludovico Buglio. [II.]

V. Miſſale Romanum lingua Sinenſi ab ipſo redditum. k)

* Evangelia Dominicalia totius anni Sinice ex Verſione Emanuelis Dias cum ejus commentariis. XIV. Vol. l) [III.]

* Oratio Dominica Sinice, charactere Sinico, cum latina verſione et notis Andreae Mülleri Greiffenhagii. 1676. 4. [IV.]

Orationem Dominicam „Sinicam hanc edo, ſcilicet ut ſpecimen quoddam ſit et omnium, quae editurus eram, et cujuscunque peritiae in litteratura Sinica. — Praeter hanc verſionem noſtram alia eſt, quam *Angelus Roccha* m) edidit, quamque ipſe in Comment. de Monumento Sinico accentibus ornatam, at typographi culpa minus emendate recudi feci. Praeſentem autem verſionem e MSto edo, et e *Wilkii* opere ſupra laudato. Ambae hae editiones ex amuſſi conſpirant. Id quod tanto magis mirandum eſt, quod MStum a Patribus Societatis Jeſu ſit, et *Wilkii* apographum

Dd 2 e

g) Critiſche Nachrichten, Bützov. vol. 2. p. 392.

h) Critiſche Sammlungen, Bützov. vol 2. p. 394

i) V. Catalogus Patrum Soc. Jeſu, qui apud Sinas fidem Chriſti propagarunt, p 24. Pariſiis 1686 4. *Le Long* p. 145. col 1. C.

k) V. Catalog. cit. p. 24. *Le Long* ibid.

l) V. Catalog. citat. p 13. *Le Long* ibid.

m) Bibliotheca Vaticana p. 376.

e Catechiſmo operariorum Reformatae religionis.„ Haec ſub initio notarum ab editore referuntur. [n])

[V.] Oratio Dominica Sinice, typis latinis, edente Andrea Müllero Greiffenhagio. Berolini 1672. 4.

Quam modo laudarat *Mullerus* Orationis Dominicae verſionem Sinicam e *Rocchae* Bibliotheca Vaticana, addidit, ne pagina vacet, Indici locorum monumenti Sinici, quem excipit Commentarius novenſilis de Monumento Sinico. Multa de rebus Sinicis et ſcripſit, et promiſit *Müllerus*. Prioris generis ſunt, quae ſub titulo proſtant, et inter manus noſtras ſunt: *Andreae Mulleri Greiffenhagii de Sinenſium rebus aliqua nonnulla opuſcula. Eorum ſeriem oſtendet averſa pagina*, quae 25. recenset opuſcula, quorum in numero primo ſeſe loco offert *Abdallae* Perſae hiſtoria Sinenſis perſice, et deinde latine, et n. 13. Monumenti Sinici, quod anno Domini CIↃIↃCCXXV. terris in ipſa China erutum; ſeculo vero octavo Sinice, ac partim Syriace, in ſaxo perſcriptum eſſe, adeoque dogmatum et rituum Romanae Eccleſiae (ante annos quippe mille in extremo Oriente receptorum) antiquitatem magnopere confirmare perhibetur lectio ſeu phraſis, verſio ſeu metaphraſis, translatio ſeu metaphraſis plane uti Celeberrimus Polyhiſtor P. Athanaſius Kircherus, Soc. Jeſu Presbyter, Romanus, in China ſua illuſtrata anno CIↃIↃCLXVII. ſingula ſingulariter edidit. Ceterum tonos vocibus addidit, inque nonnullis novae hujus Editionis Exemplis Kircherianae Defectus ſupplevit, Errata ſuſtulit, omnia vero minio indicavit Andreas Müllerus Greiffenhagius. Berolini ex officina Rungiana Anno CIↃIↃCLXXII. Quod ipſum denique Orationis Dominicae verſionem Sinicam attinet, inſerta illa legitur Collectionibus polyglottis, quae eandem in variis exhibent linguis. [o])

[VI.] * Sententiae S. Scripturae et SS. Patrum in ſingulos anni dies Sinice, ex interpretatione Jacobi Rho. [p])

§. XXVI.

Verſio Formoſana.

* Evangelia Matthaei et Johannis in linguam Formoſanam translata, cum verſione Belgica, opera Dan. Gravii, cum ejusdem praefatione. Amſtelodami 1661. 4. [q])

[Inſulam Formoſam usque ad annum 1653. in poteſtate habuerunt Luſitani, hinc Belgae, qui anno 1662. a Sinenſibus viciſſim exinde pulſi ſunt. Tempore, quo Belgarum poteſtati ſubjecta fuit, *Robertus Junius* Delphenſis incolis religionem chriſtianam annunciavit. Acceſſit ipſi *Dan. Gravius*, qui duo Evangelia in linguam Inſulae vernaculam transtulit: qua verſione ad fidem Chriſtianam converſis, quorum quinquies mille et nongenti fuiſſe dicuntur, haud conſului potuit, quia antequam liber iſte Amſtelodami impreſſus, inſulae oram attingere potuit, Belgae jam exinde repulſi fuerunt. [r])

n) *Le Long* p. 145. col. 1. D.

o) V. Part. I. Cap. III. §. XXXIX.

p) V. Catalogum citat. p. 23. *Le Long* p. 145. col. 1. E.

q) *Le Long* p. 145. col. 2. A.

r) *Fabricii* ſalutaris Lux Evang. cap. 35. p. 594. cap. 42. p. 698.

PARTIS II. VOLVMINIS I.

INDEX CHRONOLOGICVS.

Geneſ.

Judae

A.

A. MDCLVI.

Jonas chald. Leusdeni. Traject. 8. f. II. §. XXVII. n. 13.
Cant. Cant. arab. Niffelii. Leidae. 4. f. V. §. XX.
Cant. Cant. aethiop. Niffelii. Leidae. 4. f. VI. §. XIV. n. 2.

A. MDCLVII.

Tobias h. lat. Fagii. Lond. f. f. I. §. XVIII. n. 7.
Tobias h. lat. Munfteri. Lond. f. f. I. §. XVIII. n. 7.
Biblia Chaldaica. Lond. f. f. II. §. IX. n. 3.
Joel Chald. Leusdeni. Traject. 8. f. II. §. XXVII. n. 6.
Pentat. ex verf. Samarit. Lond. f. f. III. §. V. n. 2.
Biblia Syriaca. Londin. f. f. IV. § XIII.
Apocryph. Syr. Lond. f. f. IV. §. XVIII. n. 1.
Liber Baruch. Syr. Lond. f. f. IV. §. XVIII. n. 3.
N. T. Syriacum. Lond. f. f. IV. §. XXIX. n. 2.
Biblia Arabica. Londin. f. f. V. §. XII.
Pfalt. Aethiop. Caftelli. Lond. f. f. VI. §. XII. n. 3.
Cant. Cant. Aethiop. Caftelli. Lond. f. f. VI. §. XIV. n. 3.
N. T. Aethiop. Caftelli. Lond. f. f. VI. §. XVI. n. 3.
Pentat. perfic. Tavofi. Lond. f. f. VII. §. III. n. 2.
Evangel. IV. Perfice. Wheloci. Lond. f. f. VII. §. VI. n. 1.
Evangel. IV. Perfice. Waltoni. Lond. f. f. VII. §. VI. n. 3.

A. MDCLVIII.

Eclogae N. T. Syr. Dilherri. Jen. 12. f. IV. §. XXXV. n. 5.
Dicta SS. Syr. Beveridgii. Lond. 8. f. IV. §. XXXVI. n. 4.
Genef. c. XI. fragment. arab. Heidelb. 4. f. V. §. XVI. n. 4.

A. MDCLX.

Evangelia IV. hebr. Hutteri. Norimb. 4. f. I. §. V. n. 2.
Cant. Cant. chald. Amft. Tartas. 8. f. II. §. XXXVI. n. 2.
Genef. c. IV. aethiop. Petraei. Leidae. 4. f. VI. §. X. n. 2.
Ruth aethiop. Niffelii. Leidae. 4. f. VI. §. XI.
Jonas aethiop. Petraei. Leidae. 4. f. VI. §. XV. n. 2.
Sophon. aethiop. Niffelii. Leidae. 4. f. VI. §. XV. n. 4.
Pf. I, 1. 2. copt. Hottingeri. Heidelb. 4. f. X. §. VII. n. 1.

A. MDCLXI.

N. T. hebr. Robertfonii. Lond. 8. f. I. §. IV. n. 5.
Evang. anniverf. hebr. Robertfonii. Lond. 8. f. I. §. XIII. n. 10.
Joel aethiop. Petraei. Leidae 4. f. VI. §. XV. n. 3.
Malach. aethiop. Petraei. Leidae. 4. f. VI. §. XV. n. 5.
Pfalt. Armen. Amft. 8. f. IX. §. VI. n. 3.
Matth. Johan. Formofan. Amft. 4. f. XI. §. XXVI.

A. MDCLXII.

Eclogae N. T. Syr. Dilherri. Jenae. f. IV. §. XXXV. n. 6.
Genefis Malaice. Amft. 4. f. XI. §. IV. n. 1.

A. MDCLXIII.

Evang. et Epift. anniverf. hebr. Hutteri. Lipf. 8. f. I. §. XIII. n. 6.
Epift. anniverf. hebr. Hutteri. Lipf. 8. f. I. §. XIV. n. 1.
Targum Onkelofi. Hamb. Rebenlini. 12. f. II. §. XIV. n. 5.
Jobus Chald. Terentii. Franeck. 4. f. II. §. XXXII.
N. T. Syr. Gutbirii. Hamb. 8. f. IV. §. XXVII. n. 1.
Matth. Syr. Longofaliffae. 8. f. IV. §. XXXI. n. 3.
Pfalt. Arab. Petraei. Leidae. 4. f. V. §. XVIII. n. 16.
Pfalt. Copt. Petraei. Leidae. 4. f. X. §. VII. n. 2.

A. MDCLXIV.

N. T. Syr. Gutbirii. Hamb. 8. f. IV. §. XXVII. n. 2.
o Biblia Armenica. f. IX. §. X.

A. MDCLXV.

Evangel. anniverf. hebr. Claji. Lipf. 8. f. I. §. XIII. n. 4.
Dicta SS. Syr. Grafunderi. Witt. 8. f. IV. §. XXXVI. n. 2.


A. MDCLXVI.

N. T. Turcice Seamanni. Oxon. 4. f. VIII. §. III. n. 2.
Biblia Armenica. Amft. 4. f. IX. §. V. n. 1.
Pfalt. Armen. Amft. 12. f. IX. §. VI. n. 4.

A.

Bi-

Apocal.



INDEX SVPPLENDORVM.

A. 1504. Apocalypseos cap. VI. priora. Venet. ap. Aldum. 4.
A. 1520. Epistola Pauli ad Galatas. gr. Witebergae. 8.
A. 1528. Precationes selectiores gr. et lat. Lugd. ap. Gryphium. 12.
A. 1538. Aggaeus polyglottus. Salingiaci apud Soterum. 8.
A. 1544. N. T. gr. lat. Basileae apud Brylingerum. 8.
A. 1555. Pentateuch. cum V. Megill. et Haphth. Ferariae.
A. 1589. Evang. Johann. gr. Nansii. Lugdun. 8.
A. 1614. Pentat. hebr. et chald. Hanov. 8.
A. 1627. Evang. Johann. gr. Heinsii. Lugdun. 8.
A. 1684. Psalterium triglott. in opp. Hieronymi. Francof. F.
A. 1708-19. N. T. gr. et angl. E. Welsii. Oxon. 4.
A. 1717. N. T. gr. Leusdenii. Amstelod. 12.
A. 1720. N. T. gr. Gezelii. Aboae, per errorem ad annum 1728. relatum.
A. 1739-41. Biblia hebraica. Venetiis. Bragadini. Fol.
A. 1743. Biblia Grusiniana seu Georgiana. Moscov. F.
— Psalt. hebr. ex edit. Houbigantii expressum. Lugd. 12.
A. 1745. Biblia Hebr. Venetiis. Vendramini. 8.
— N. T. graecum. Venet. 8.
A. 1746. Psalmi XIV. priores h. et lat. Baueri. Witteb. 4.
A. 1749. N. T. gr. Basileae. 8.
A. 1759. Acta Apost. gr. lat. ad usum Gymnas. S. J. Augustae. Vind. 8.
A. 1767. Pentat. hebr. Metis.
A. 1769. Ps. LXVIII. et CXLIV. Starckii. Regiom. 4.
A. 1774. Genes. et Ps. VI. Ravii. Regiom. 4.
A. 1779. Specimen Psalterii ad metrum revocati, Antonii. Witteb. 4.
— N. T. gr. Koppii, inchoatum, et nondum penitus editum.

BIBLIOTHECA SACRA

POST

CL. CL. V.V.

JACOBI LE LONG

ET

C. F. BOERNERI

ITERATAS CVRAS

ORDINE DISPOSITA, EMENDATA, SVPPLETA, CONTINVATA

AB

ANDREA GOTTLIEB MASCH,

SERENISS. DVCI REGN. MEGAPOL. A SACRIS ET CONSIL. ECCLES., ET ECCLESIAR. CIRCVLI STARGARD. ET DVCATVS RACEBVRG. SVPERATTENDENTE.

PARTIS SECVNDAE VOLVMEN SECVNDVM DE VERSIONIBVS GRAECIS.


HALAE,

SVMTIBVS JOANNIS JAC. GEBAVERI,

MDCCLXXXI.



PRAEFATIO.



Alterum dum partis secundae Bibliothecae sacrae volumen publice exponimus, perpauca sane forent, de quibus L. B. praemonendus esset, si ipsum quod excusum sistitur, opus nostrum respicimus. Idem est in hoc volumine ordo, et eadem oeconomia, uti in voluminibus, quae, uti non sine grati animi significatione confitemur, Viris Doctis haud displicuere; et, quod dicendum nobis liceat, eadem solertia, industria et studio hoc elaboratum sistimus. Possemus itaque sine ulla longiore praefatione volumen hocce manibus illorum, quorum studiis consecratum est, permittere, nisi ipsum voluminis argumentum jamjam aliud nobis suaderet. Reposuimus in hoc secundae partis Volumen secundum editiones celebratissimae illius versionis graecae, quae tum in universa Ecclesia Christiana, tum et apud exteros Versio Septuagintaviralis salutatur; quae cum omnium versionum sit antiquissima et celebratissima, digna est, ut ejus historia quam accuratissime exponatur. Placuit Auctori nostro, cujus vestigia a nobis accurate pressa sunt, brevem versionis historiam praemittere; quam cum lectoribus nostris, accessionibus, quas nec inutiles, nec superfluas judicavimus, adauctam et locupletatam, communicamus Adsunt praeterea permulta Virorum Doctorum scripta, quae in historiam et fata Versionis graecae accurate inquirunt, atque singula fere exponunt, ut post messem vix spicilegium ei, qui adhuc historiam versionis graecae antiquissimae scribere velit, instituendum supersit. Verum qui nuperas de Versione Graeca inter Viros Doctos obortas controversias accurate pensitabit, jam in aliam partem se vergere de hac versione disputationes, procul dubio intelliget. Quae olim inter Viros doctos disputata sunt, concernunt ipsam versionem graecam, atque quaestionem, utrum publica *Ptolemaei Philadelphi* auctoritate, an vero privato studio Judaeorum Alexandrinorum confecta sit? Multa de utroque quaestionis membro disputata sunt, et qui ab utraque parte steterunt, solummodo de versione aliqua seu

Ratio instituti.

de translatione textus Hebraici cogitarunt. Jam vero ſtudio Cl. *Tychſenii* ipſa de verſione graeca diſputatio, aliam nacta eſt faciem, dum ipſe variis et haud levibus argumentis, litteras Codicis Hebraici omnium primo in litteras graecas eſſe transformatas, et deinde e Codice Hebraeo-graeco verſionem graecam eſſe confectam probavit. Inventum eſt novum, aliis, et quod doleo, bilem movit, aliis vero, uti fas eſſe videtur, arriſit. Noſtrum erat, cum originem verſionis graecae cum Auctore noſtro exponeremus, et in hanc Hypotheſin inquirere. Verum cum videremus, longiorem hanc inquiſitionem requirere tractationem, quam quae ſuo loco commode inſeri poſſit; praefatione hiſtoriam hujus controverſiae, et argumenta a Cl. *Tychſenio* prolata, nec non alia obſervata exponere maluimus; et cum juſto brevior ſit auctor noſter in iis, quae ad hiſtoriam verſionis graecae faciunt, in eam paulo curatius inquirere noſtrum eſſe judicavimus. Accedit inter manus noſtras verſans elegans illa et omni eruditione abundans Apologia verſionis Septuagintaviralis, quae Romae, una cum Daniele ex verſione Septuaginta interpretum, ſtudio *Simonis de Magiſtris* prodiit. [a]) Plura continet illa Apologia pererudite tractata, lectu jucunda, ſed hactenus non ab omnibus accurate obſervata: quae tamen hiſtoriae Verſionis Graecae plurimum lucis ſubminiſtrant. Non ingratum itaque, ſi ex opere iſto eximio, quae ſunt ſcitu digniſſima, in noſtros aliorumque uſus convertimus, credimus fore lectoribus.

Variae ſententiae. Variae ſunt de origine Verſionis graecae virorum doctorum ſententiae, quae quamvis in minutioribus aliquantulum a ſe invicem diſcedant, ad duo tamen potiſſimum capita revocari poſſunt. Antiquiores omnes, et e recentioribus nonnulli in eo conſentiunt, opus iſtud auctoritate et ſuffragiis *Ptolomaei Philadelphi* eſſe confectum, vel a LXXII. ſenioribus eum in finem Alexandriam evocatis, vel a quinque viris eruditis eundem in finem ad eandem urbem delegatis. Recentiores vero Critici contra hanc verſionis originem inſurgunt, et quae antiquitus relata et credita ſunt, rejicientes, ipſam verſionem incerti auctoris nominant opus, et a Judaeis Alexandrinis privato auſu, in commodum Judaeorum Helleniſticorum Hebraica ignorantium, confectam eſſe ſtatuunt. Accedit hisce tertia hypotheſis, quae aliquo modo utramque priorem ſententiam conjungit, nimirum quod auctoritate *Ptolemaei Philadelphi* Hebraici codicis ſacra graecis litteris transſcripta, et deinde in graecam linguam translata ſint. Quid vero ſtatuendum ſit, tum ex auctoritate teſtium, tum ex ipſa verſionis natura et indole dijudicandum erit.

Nomen. Liceat nobis Verſionem Graecam, de cujus origine ſatisque antiquiſſimis diſputatur, illo nomine inſignire, quo in veneranda antiquitate honorata eſt, et quod in hunc usque diem retinuit. Liceat nobis illam, ut ab aliis diſtingui poſſit, ſeptuagintaviralem appellare, quamvis, num nomen illi competat, adhuc ſub judice lis ſit. Commendatur nobis a ſumma antiquitate. Plures quidem olim exſtiterunt codicis Veteris Teſtamenti verſiones graecae, quarum fragmenta noſtris ſervata ſunt temporibus, ſed nulla integra ſervata eſt, niſi illa, quae ſeptuagintaviralis dicitur, nec ulla unquam inter primaevos ſcriptores tam celebrata et commendata fuit, quam haec, cujus hiſtoriam brevi ſermone concinnare, noſtrum eſt propoſitum.

Si

a) Daniel ſecundum Septuaginta, Romae CIƆIƆCCLXXII. fol. p. 309. ſeq.

Jactura monumentorum.

Si omnia, quae antiquitus fuere, et a ſcriptoribus antiquiſſimis, quorum ſcripta ad noſtra tranſiere ſecula, olim conſulta ſunt, prioris aevi monumenta, a nobis conferri et in ſubſidium vocari poſſent; multa ſane non tam dubia tamque ſuſpecta credenda forent, quam hodie poſt tot tantaque tabularum naufragia eſſe videntur. Variae circumſtantiae, quae nos fugiunt, tunc temporis vero erant notiſſimae, rebus antiquitus geſtis longe aliam induunt veſtem: et quae hodie abſona videntur, fortaſſis ſi omnia et ſingula perſpecta haberemus, vero quam maxime conſentanea judicarentur. Celebrantur ab *Appiano Alexandrino* Acta *Ptolemaei Philadelphi*, quae regii commentarii (εκ των βασιλικων αναγραφων) ab ipſo ſalutantur: quae ſi ad noſtras perveniſſent manus, certo quid de verſione Graeca ſtatuendum ſit, definirent. Quae ſi, quae ab aliis de *Ptolemaei* conatibus in promovenda verſione relata ſunt, ſilentio praetermitterent, fabulis omnia, quae ſcripta ſunt annumerare poſſemus. Sin vero Regem ob inſigne in Judaeos collatum beneficium celebrarent, certiora de origine verſionis haberemus. Jam vero dum illa antiquiſſima monumenta periere, atque variae circumſtantiae, facta et eventus nos praetereunt, facile ut integram antiquorum relationem tanquam ſuſpectam et fabuloſam rejiciamus inducimur, quia variis difficultatibus nos preſſos ſentimus, quae forte non forent, ſi nos in ipſa illa tempora transferre, et omnium eventuum factorumque accuratam adquirere poſſemus cognitionem.

Argumentum tractationis.

Quid igitur nobis poſt tot ſeculorum decurſum, multorumque monumentorum jacturam ſupereſt? Nil certe, quam ut ea quae noſtris temporibus ſervata ſunt Antiquorum ſcripta attente evolvamus, quae relata ſunt, num fidem mereantur, examinemus, et ex iis, quae affirmanda quaeve ut fabuloſa rejicienda, determinemus. Antequam itaque recentiores ſcriptores, qui plerumque Veterum relationem oppugnant, audiamus, antiquiſſimos excitabimus ſcriptores, ut ex iis, quid antiquitus traditum ſit, cognoſcamus. Jam vero nobis perinde ſit, ſive ſint fabulae, ſive veritati conſentaneae relationes. De eo, quod antiquitus relatum et creditum eſt, primo loco diſpiciendum erit.

Quis Ariſteas.

Antiquiſſimum ſane, quod de Verſione Graeca lectorem inſtruit, ſcriptum eſt illud, quod ſub *Ariſteae* nomine venit, quod ſive ſit genuinum, ſive ſuppoſititium, tamen non recenter eſt effictum, ſed antiquiſſimum proxime ad *Ptolemaei* aetatem accedens, uti *Philonis*, *Joſephi*, et Scriptorum Eccleſiaſticorum calculo adprobatur. Quis, qualisve ille fuerit *Ariſteas*, cujus nomen Epiſtola oſtendit, non tam plane incertum et incognitum eſt, uti *Anton. van Dale* ſibi perſuadet. Ex Inſula *Cypro* oriundus videtur, quod non obſcure indicatur, dum fratrem *Philocratem* alloquitur: Πϱοσφατως παϱαγενημενον εκ της νησου πϱος ἡμας και βουλομενον ὑπακουειν ὁσα πϱος επισκευην ψυχης ὑπαϱχει: *Quoniam nuper ex inſula ideo veniſti ad nos, ut ſcires omnia, quae eſſent utilia ad informationem animi.* Cyprus vero *Ptolemaeorum* tempore Aegyptiorum poteſtati ſubjecta fuit, atque ipſa plures Judaeorum aluit colonias. Nomen *Ariſteae* non perſonae ſed dignitatis fuiſſe videtur, quod ipſi propter bellicam virtutem impoſitum fuit. Teſte enim *Helladio* [b]) „*Ariſtus* proprie de iis dicitur, qui in bello aliquid praeclare geſſerunt, ideo et *Ariſteas* eos vocamus;„ et ſecundum *Hodium Ariſteas*, *Ariſtaeas*, *Ariſtius*, *Ariſtaeus*, Ἀϱιστευς, *Ariſtaeon*, *Ari-*

b) Apud Phot. cod. 279.

Aristevas, *Aristas*, et *Aristhus* pro uno eodemque habentur nomine. Consentit hoc quam optime cum dignitate, quam sibi ipsi vindicat, dum se ὑπερασπιστὴν *Philadelphi*, id est, unum e custodia corporis Regis appellat; quam dignitatem sine dubio ut mercedem bellicae virtutis tulit. Quod religionem attinet, procul dubio fuit Proselytus, qui a gentili ad Judaicam religionem transiit, et legationem ad Eleazarum in se suscepit, ut legem divinam, quae in membranis perscripta apud Judaeos exstabat, ab illo efflagitaret. Idem *Aristeas* cum fratre altero *Themistone*, *Berenicen Philadelphi* filiam, *Antiocho* Syriae Regi nuptui traditam comitatus est, atque deinde *Antiocho* vinoso in administrando regno cum fratre adfuit. [c])

Aristeae scripta. Sed mittimus *Aristeam* bellica virtute clarum, atque illum ut eruditum, qui scriptis celeber redditus est, consideramus. Commentaria eum de Judaeis et sacra historia edidisse, ex iis apparet, quae *Eusebius* nobis servavit fragmenta ex historia Jobi, e commentariis nostri: Ἀριστείας δὲ φησιν ἐν τῷ περὶ Ἰουδαίων etc. *Aristeas in sua de Judaeis historia etc.* [d]) Sed ista commentaria, fragmentis hisce exceptis, poenitus periere. Restat tantummodo ejus ad *Philocratem* fratrem epistola, de qua nobis inprimis sermo. Innotuit illa antiquissimis scriptoribus, uti et ii, qui integram epistolam supposititiam credunt, nunquam negabunt. Sic et scriptoribus posterioris temporis notissima fuit, et tanti facta, ut jam primis sub typographiae incunabulis versio ejus latina typis divulgata sit. Primus qui *Aristeae* epistolam, seu si mavis, de LXX. Interpretibus historiam, latina veste donavit, *Matthias* est *Palmerius:* cujus versionem *Johannes Andreas*, Episcopus Aleriensis, dignam judicavit, quae Bibliis sacris jungeretur. Sub ejus itaque auspiciis prodiit una cum Bibliis latinis *Romae* MCCCCLXXI. a typographis *Conrado Sweynheym* et *Arnaldo Pannarz* excusis: atque iterum cum Bibliis Latinis *Norimbergae* per *Andream Frisner* et *Johannem Sensenschmidt* A. MCCCCLXXV. Ex eadem versione prodiit iterum Erfordi A. MCCCCLXXXIII. 4. sub titulo: *Tractatulus de LXXII. interpretibus et de eorundem maxima sapientia et nominibus*, cum epidoto ad calcem: *Tractatulus et vitam et mores ptolemei egiptiorum regis preclarissimi. Quove studio ordine loco et tempore sacras mosayce legis literas in grecum sermonem LXXII. interpretes legalissime traduxerint. Eorundemque interpretum et nomina et sapientiam maximam, qua inquisitione responsioneque alternatis [illegible]usi sunt, in se complectens. In preclara Erffordiensi achademia opere pervigili. Ann[illegible]XXIII. impressus finit feliciter.* Eandem *Palmerii* Pisani versionem iterum evulgavit *Henricus Stephanus* Anno MDXII. una cum Ecclesiaste et Olympiodoro in Ecclesiasten, 4. quam opellam auctiorem recusam dedit *Johannes Bebelius* Basileae MDXXXVI. 8. eique iterum *Aristeae* libellum de LXXII. Interpretibus legis Hebraicae, latine, ex interpretatione *Matthiae Palmerii* adjunxit. Latinas hasce editiones denique suscepit editio Graeco-Latina, eaque omnium prima: *Aristeae historia de legis divinae ex Hebraica lingua in Graecam translatione, per septuaginta Interpretes, nunc primum graece edita cum Versione Latina Matthiae Garbitii. Basileae apud Joannem Oporinum.* MDLXI. 8. Accessit *secunda: Aristeae historia de legis divinae ex Hebraica lingua in Graecam translatione per septuaginta interpretes: Graeco-latina ex versione Matthiae Garbitii. Editio emendata juxta* *Exem-*

c) Apologia, Differt. V. §. XX.
d) *Euseb.* Praepar. Evang. Lib. IX. c. 25. Apologia Diff. V. §. XXI.

Exemplar Vaticanum, ex recensione Eldani de Parchun obotritae. Francofurti apud Petrum Musculum, MDCX. 8. *Tertia: Coloniae* MDCXCI. una cum operibus *Josephi*, quae cura *Johannis Alberti Fabricii*, Coloniae, uti titulus habet, revera vero Lipsiae, prodiere, ubi editor notas breves ad compendium *Aristeae* in *Josephi* historia Lib. XII. cap. 2. obvium addidit. *Quarta*, quam *Eduardo Bernardo* debemus: *Aristeae historia* LXXII. *Interpretum. Accessere veterum Testimonia de eorum versione. Oxonii e Theatro Sheldoniano.* MDCXCII. 8. *Quinta Humfredi Hodii*, s. t. *Humfredi Hodii Linguae Graecae Professoris Regii et Archidiaconi Oxoniensis de Bibliorum Textibus originalibus, Versionibus Graecis, et Latina Vulgata. Libb. IV. videlicet I. contra Historiam LXX. Interpr. Aristeae nomine inscriptam dissertatio, quo probatur illam a Judaeo quodam fuisse confictam, et Isaaci Vossii aliorumque doctorum virorum defensiones ejusdem ad examen vocantur. In hac Editione diluuntur Vossii responsiones. II. De versionis quam vocant LXX. Interpr. auctoribus veris, eamque conficiendi tempore modo et ratione. III. Historia scholastica Textuum Originalium, Versionisque Graecae LXX. dictae et Latinae Vulgatae; qua ostenditur qualis fuerit singulorum auctoritas, per omnia retro secula, et Textus Originales, maximo in pretio semper habitos fuisse. IV. De ceteris Graecis versionibus, Origenis Hexaplis, aliisque editionibus antiquis, cum collectione indiculorum Librorum Biblicorum per omnes aetates, quae historiam Canonis SS. Scripturarum quam brevissimam, sed plenam ac luculentam continet, ordinisque librorum varietatem indicat. Praemittitur Aristeae historia Graece et Latine Oxonii e Theatro Sheldoniano An. Dom.* MDCCV. fol. *Sexta* denique editio eodem prodiit anno: s. t. *Antonii van Dale Dissertatio super Aristea de LXX. Interpretibus, cui ipsius praetensi Aristeae textus subjungitur. Additur historia Baptismorum tum Judaicorum tum potissimum priorum Christianorum, tum denique et rituum nonnullorum. Accedit et Dissertatio super Sanchoniathone. Amstelaedami apud Jo. Wolters.* MDCCV. 4. Mittimus alias editiones hujus opellae in Collectionibus majoribus, ut, Micropresbyticon Basileae MDL. fol. Bibliotheca Patrum Parisiis MDLXXV. et MDLXXXIX. et Coloniae MDCXVIII. nec non Graece et Latine in Bibliotheca Patrum Parisiis MDCXXIV. in quibus omnibus vel *Palmerii* vel *Garbitii* versio Latina servata est: sed tantummodo hic nominamus editionem plane singularem et a jam recensitis diversam, quam *Jacobo Middendorpio* debemus: *Historia Aristeae, Ptolomaei Philadelphi, Aegyptiorum Regis ad Eleazarum pontificem Judaeorum Legati, de Scripturae sacrae per LXX. Interpretes translatione, et de pulcherrimis septuaginta duabus quaestionibus, quas Rex ipsis proposuit: ex manuscriptis Graecis atque Latinis Codicibus et SS. Patrum libris diligenter restituta, et commentariis atque adnotationibus illustrata per Jacobum Middendorpium Theologum et Jurisperitum. Coloniae apud Maternum Cholinum* MDLXXVIII. 8. In varias denique linguas translata est *Aristeae* opella, et sine textu graeco edita. Duplicem habemus ejus versionem germanicam; alteram *Justini Gobleri de Sanct. Gwere* U. J. D. anni 1561. et iterum Amstelodami 1631. 12. alteram *Simonis Schardii* A. 1619. 8. editam. Gallice prodiit opella per *Georgium Paradin*, Lugduni A. 1552. 12. Italice vero ex versione latina *Palmerii*, una cum Bibliis Italicis *Nicolai Malermi* Veneti, A. 1471. 1477. 1541. In Hetrusca Lingua prodiit Florentiae 1550. 8. Anglice denique bis prodiit: primo interprete *J. Done:* The auncient History of the Septuagint.

gint. Written in Greeke, by Aristeas 1900 Yeares since. Of his voyage to Hierusalem, as Ambassador from Ptolemaeus Philadelphus unto Eleazar then Pontiffe of the Jews. Concerning the first translation of the holy Bible by the 72 Interpreters. With mani other remarkable Circumstances. Newly done into English by J. Done. London printed by N. Okes. 1633. 12. Secundo exstat anglice versa per *Lewisium:* The history of the seventy two Interpreters: of their Journey from Jerusalem to Alexandria: their Entertainment at the Egyptian Court: their Version of the Septuagint: with all the Circumstances of that illustrious Transaction. Written in Greek by Aristeas, Embassador from Ptolomeus Philadelphus King of Egypt, to Eleazar, Hig-Priest of the Jews. Inscrib'd to his Brother Philocrates. To which is added, the history of the Angles, and their Gallantry with the Daughters of Men, written by Enoch the Patriarch. Publish'd in Greek by Dr. Grabe. Made English by Mr. Lewis of Corpus Christi College in Oxford. London printed for J. Hooke and T. Caldecott, against St. Dunstans Church in Fleetstreet. MDCCXV. 12. Ultimo denique loco hic nominamus versionem hebraicam, quam debemus R. *Azariae de Rossi*, vel *de Rubeis*. Scripsit ille elegantem Tractatum מאור עינים, cui *Aristeae* opella sub rubro הדרת זקנים inserta legitur.

Censurae. Plura per secula, quam apud antiquissimos scriptores et Ecclesiae Patres nactus erat, famam, gloriam, auctoritatem, fidem tuitus est *Aristeas*. Sed circa superioris seculi finem in censuram adeo vocatus est, ut rem omnem perdere videatur. Provocarat ad *Aristeam*, ut scriptorem omni fide dignum, *Brianus Waltonus* e), quem sequutus erat *Isaacus Vossius*. f) Qui cum *Aristeae* causam agerent, contra illum primus insurrexit *Humfredus Hodius* eleganti et pereruditа dissertatione, g) qua fidem hujus scriptoris multis et haud levibus impugnat argumentis. Opposuit ipsi *Isaacus Vossius* in appendice ad *Melam*, responsiones, quibus fidem et auctoritatem *Aristeae* tueri conatur; simulque, ut priorem dissertationem revisam et adauctam, immutatamque iterum sisteret, *Hodium* excitavit. Prodiit itaque Anno MDCCV. quod jam laudavimus egregium de Bibliorum textibus originalibus, versionibus Graecis et Latina Vulgata opus. In superiori dissertationis editione *Hodius* singula, quae ipsi contra historiam ab *Aristea* concinnatam dicenda erant, ad XXI. capita revocarat, atque variis argumentis ex historia tum *Eleazari* summi Judaeorum Pontificis, tum *Demetrii Phalerei*, tum *Ptolemaei Philadelphi* petitis, *Aristeae* librum ab auctore Judaeo paulo ante natum Christum esse confictum, demonstrarat. Quae vero in hoc opere majori aliquantulum mutata, abbreviata, aliis in locis adaucta et locupletata iterum apparent. Remota hoc modo *Aristeae* auctoritate, libro secundo operis majoris Versionis Graecae historiam condit, confectam nimirum illam fuisse intra illud biennium, quo cum Patre *Ptolemaeo Lagi* simul regnavit *Ptolemaeus Philadelphus*, non vero *Ptolemaeorum* auctoritate, nec *Demetrii Phalerei* studio, sed a Judaeis, qui sub regimine *Alexandri Magni* et *Ptolemaei Lagi* in Aegyptum devenerant; adeoque illam a Judaeis Alexandrinis et Dialecto Alexandrina esse conscriptam; solam vero

e) Prolegom. IX. §. 4.
f) Differt. de 70. Interpretibus, eorumque translatione, Hagae Comit. 1661. 4.
g) Contra Historiam Aristeae de LXX. Interpretibus Dissertatio. Oxonii ap. Sam. Smith. 1685. 8.

vero Legem Mosaicam primo Graece esse versam, et post *Ptolemaei* tempora Librum Josuae, Libros vero Propheticos sub *Ptolemaeo Philometore* denique in graecum sermonem translatos esse, cum *Antiochus Epiphanes* Judaeos a lectione Legis prohibuisset, in cujus locum lectio Prophetarum in Scholis Palaestinis successerit, quos imitatos esse Alexandrinos. Reliquos vero libros sacros, Samuelis, Jobi et rel. brevi ante *Philonis* Judaei tempora eadem lingua vestitos prodiisse. Ut adeo plures et diversi dentur librorum diversorum interpretes, qui et diversis temporibus singuli pro modulo suo Sacros Libros graece produxissent. Eodem anno calamum contra *Aristeam* strinxit vir eruditus in Belgio, *Antonius van Dale*, cujus librum supra quoque laudavimus. Multa eruditione, variisque digressionibus, e. g. de Bibliothecis Antiquorum, historiam *Aristeae* spuriam esse demonstrare allaborat auctor; duos vero, non unicum, eosdem admodum discrepantes *Aristeas* olim, alterum Judaeum, alterum Christianum pro versione septuagintavirali militantem fuisse docet, atque ultimo loco *Josephi Scaligeri* verbis, quae sibi de versione Graeca videntur, exponit: „Igitur Septuaginta Interpretum paraphrasis Graeca est, non autore Philadelpho, „sed Judaeorum suadente utilitate conscripta, qui parum Ebraice sciebant, Graece „autem loqui et scribere ab ipsis Regibus cogebantur. Ea sane, sive a LXX. sive ab „uno, quod verius est, conscripta, mendosissima et falsissima est.„ In eandem sententiam abiere plures scriptores, quamvis non id sibi sumserint, ut accurate *Aristeae* historiam examinaverint, ut *Johannes Wowerus*, [h]) *Richardus Simon*, [i]) *Du Pin*, [k]) *Joh. Franc. Buddeus*, [l]) *Joh. Christoph. Wolffius*, [m]) *Joh. Alb. Fabricius*, [n]) *Joh. Gottlob Carpzovius*, [o]) quorum ex sententia *Aristeae* historia fabulis et figmentis adnumeranda nullam meretur fidem; ipsa vero versio Graeca elaborata fuit non Regis *Ptolemaei* jussu, ut in Alexandrina reponeretur Bibliotheca, sed sponte a Judaeis quibusdam eruditis in gratiam popularium, vel suasu hortatuque rudiorum, qui hebraice non callebant, vel suopte motu ac privata pietate, vel ipsorum Synedrii jussu. Hisce adsensum quoque praebet Cl. *Joh. Aug. Starckius* [p]) et potissimum *Hodium* ducem sequitur; sed et ipsam hactenus superstitem versionem septuagintaviralem, non adeo puram et sinceram esse statuit, ac olim fuerit, cum e manibus interpretum prodierit. Hellenistae versionem eum in finem immutasse videntur, ut suis contra Palaestinenses, cum quibus perpetuum eis fere bellum sacrum fuit, gratificarentur. Accessiones aliae et immutationes a Christianis profectae videntur. Gravissimae vero immutationes corruptionesque a Judaeis Palaestinensibus adscitae et insertae sunt, ut contra Hellenistas inde argumenta petere possint; hinc illa scriptoribus Christianis frequens querela de diversitate inter Hebraeum et Graecum contextum. Accedunt denique errores permulti ex negligenti librorum descriptione nati.

h) Syntagma de Graeca et Latina Bibliorum interpretatione. Hamburgi 1618. 8.
i) Histor. crit. du V. T. cap. 2.
k) Prolegomena ad Biblia, Lib. I. cap. VI. §. 3. p. 176.
l) Historia Eccles. V. T. Per. II. Sect. VI. Vol. II. p. 833.
m) Biblioth. Hebr. Vol. 2. p. 440.
n) Biblioth. Graec. vol. 2. p. 319.
o) Critica Sacra V. T. p. 486.
p) Davidis aliorumque Poetarum Hebraeorum Carminum Libri V. vol. 1. p. 120.

ti. Quae ſingula ſi vera ſunt, uti Cl. Auctor variis probare allaborat inductis exemplis, triſtis ſane eſt verſionis ſeptuagintaviralis facies, ut, qui fieri poſſit, ut ex verſione tam corrupta et depravata textus Hebraicus integritati ſuae reſtituatur, mirum certe videatur.

Defenſiones. Ne vero *Ariſteas* per tot ſecula fama et fide celebris plane deſertus et amicis orbatus videatur: et ii, qui cauſam ejus egerunt, telaque in eum vibrata avertere conati ſunt, jamjam nominandi veniunt. Primus inter illos eſt jam laudatus *Lewiſius*, qui verſioni anglicanae hiſtoriae *Ariſteanae* praefationem praemiſit, qua authentiam hiſtoriae vindicat, verum primam illam verſionem ſub auſpiciis *Ptolemaei Philadelphi* elaboratam una cum Bibliotheca Alexandrina poenitus intercidiſſe et periiſſe: *Cleopatram* vero eo, ut alia inter Palaeſtinos Judaeos obvia verſio in Aegyptum transferretur, quo Helleniſtis illa in publicis praelectionibus inſervire poſſit, proſpexiſſe aſſerit. Ex parte conſentit, vir doctus cum *Uſſerio* Armachano, qui hodiernam verſionem graecam longe aliam eſſe ſibi perſuaſit, quam quae antiquitus fuerat. Secundus eſt *Guillelmus Whiſtonus*, qui cum ederet tractatum *The literal Accompliſhment of ſcripture Prophecies*, ut *Antonio Collinſio* reſponderet, appendicem addidit *to prove that Ariſtea's hiſtory of the verſion of the Pentateuch by the 72. Interpreters, ſtill exſtant, is genuine — London* MDCCXXIV. 8. qua inprimis *Ariſteam* contra *Hodii* objectiones defendit, de ipſa vero verſione ſtatuit, Legem *Moſis* tantummodo ſub auſpiciis *Ptolemaei Philadelphi* a LXXII. Interpretibus in graecam translatam eſſe linguam, cum libri reliqui hiſtorici et prophetici jam antea a LXX. electis interpretibus Alexandriae in eundem ſermonem converſi fuiſſent. Tertius eſt anonymus Anglus, cujus exſtat *a Vindication of the hiſtory of the Septuagint from the Miſrepreſentations of the Learned Scaliger, Dupin, Dr. Hody, Dr. Prideaux, and other modern Criticks. London printed for T. Woodward.* M.DCC.XXXVI. 8. Auctor omnia, quae contra *Ariſteae* fidem in medium prolata ſunt, ad decem revocat capita, oneroſam vero ſibi ipſi reddit defenſionem, dum et per miraculum interpretibus donum Prophetiae conceſſum eſſe ſtatuit. Quartus denique eſt Eruditus ille Italus, qui dum Danielem ſecundum Septuaginta edidit, ſimul pereruditam non ſolum *Ariſteae*, ſed et verſionis Septuagintaviralis apologiam ſcripſit. Quinque abſolvitur apologia Diſſertationibus, quarum prima de autographis verſionis graecae agit. Secunda, fieri non potuiſſe, quin ſacri codices Ebraeorum ſub *Philadelpho* Aegypti Rege converterentur, oſtendit. Tertia ex Danielis graeca verſione ſeptuagintavirali ipſius verſionis veritatem demonſtrat. Quarta *Demetrii Phalerei* curam, ut ſacrae ſcripturae verterentur, ejusque et *Menedemi Tretrienſis* aetatem aſſerit. Quinta denique, quid ſentiendum de *Ariſtea*, cujus exſtat hiſtoria verſionis graecae ſcripturarum, exponit. Singula ſatis ſollicite et ingenti eruditionis apparatu pertractata ſunt.

Aequior ſententia. Expoſitis duabus ſibi oppoſitis de *Ariſtea* ejusque verſionis Graecae hiſtoria Eruditorum Virorum judiciis, jam tertiam addimus ſententiam, quae nec hiſtoriam ipſam ut commentum poenitus rejicit, nec omnia, quae ſub *Ariſteae* nomine vel ab ipſo ſcripta ſunt, ut vera defendit, ſed media quadam et fortaſſis tutiſſima ingreditur via. Inquiſivit nuper Cl. *J. G. Eichhornius* q) in hiſtoriam Ariſteae, atque Anglorum

q) Repertorium für bibliſche und morgenländiſche Litteratur, Vol. I. Part. I. p. 266.

rum vestigiis insistens, r) diversas *Aristeae*, *Josephi*, *Philonis*, *Justini* Martyris et *Epiphanii* de origine versionis Graecae relationes, ut, qua ratione cum tempore fabulae concervatae et fabulis adauctae sint, ostendat, inter se contulit, et denique, quisquiliarum acervo quaedam subesse grana, judicavit. Fortassis illa sub fabularum acervo abscondita grana jam detexit et in publicum conspectum produxit Cl. *Ol. Tychsenius*. Rejicit ille, uti par est, fabulas illas ad rem colorandam adsutas, ipsamque relationem non de translatione Textus Hebraei in sermonem graecum sed de permutatione litterarum Graecarum cum Hebraicis interpretatur. *Ptolemaeus Philadelphus* Legatos Hierosolymam, misit, qui codicem sacrum ab *Eleazaro* summo Pontifice efflagitarunt, non transferendum, sed transscribendum, et quidem ita ut Textus Hebraicus charactere Graeco exprimeretur. Haec sunt quae tanquam facta indubitata admittantur; quae vero auctor Judaeus, ut rem coloratam redderet, et famam, gloriam atque auctoritatem versioni postmodum factae conciliaret majorem, pro ingenio gentis luxurianti, attexuit, non tanti sunt, ut integram suspectam reddere possint historiam. „Mihi, inquit V. Cl., omnino, salvo tamen aliorum judicio, „videtur esse exploratissimum, et Aristeae, Aristobuli aliorumque Veterum de hac „translatione, seu potius transcriptione cod. sacri graecis litteris instituta, relationes, „quoad causam principalem, omnem mereri fidem. Demus enim falsa veris mixta, „aut potius multa ad ornatum orationis, aut ut quidam opinantur, ad conciliandam „legi Judaicae inter gentes auctoritatem et aestimationem, stylo orientalium hyper„bolico, historiae intertexta fuisse, num inde jus habemus, totam relationem ut „fabulam anilem vendere, et quasi cum cane simul lorum exscindere? Hoc saltem „negari nequit, Ptolemaei Philadelphi tempestate tale quidquam fuisse tentatum, ut „scilicet Lex Judaeorum genuinis hebraicis characteribus scripta, non modo in Bi„bliotheca Alexandrina reconderetur, sed etiam in gratiam Judaeorum Aegypti grae„cis litteris et pronunciationi hebraeo-graecae conformiter transcriberetur, quo in „publicis praelectionibus legem, qua ad dictum tempus caruisse videntur, rite reci„tare possent. Cave vero existimes, tum temporis vere adornatam fuisse transla„tionem graecam, quum in promptu adsint argumenta, quae contrarium omnino „statuere suadent. Mirum enim videri posset, imo omnem fidem superaret, si le„gatos Hierosolymitanos Ptolemaei jussu sacram scripturam transtulisse, ut vulgo „creditur, contendamus, eos, licet Biblia genuinis characteribus scripta secum af„ferrent, ex transcripto exemplari hebraeo-graeco versionem adornasse, inque tali „ancipiti et fallaci codice fontes negligendo unice acquievisse. Nihil itaque aliud „superesset, quam quod vel veterum relationes de instituta ejusmodi legatione splen„dida pro fabula simpliciter reputemus, atque sic in difficultates inextricabiles nos „immergamus, vel ex fide priscorum et Talmudis assumamus, legatos dictos sive le„gem solam sive Biblia integra in Regis gratiam minime vertisse, sed solummodo „graece transcripsisse, atque ex eorum exemplari hebraeo-graeco Judaeos Alexan„drinos, aut quinam fuerint, sive superiorum jussu, sive privato studio, versionem „graecam adornasse, quoniam tum demum nodus optime solvi poterit, atque sic „Aristeae, Philonis rel. narrationes quoad caput rei neque elevantur, neque mirae „et incredibiles amplius esse videntur. Ergo omnibus probe perpensis ita fert mea „sen-

r) Allgemeine Welthistorie Vol. 8. p. 644.

„ſententia: exemplar Hebraeum a Legatis Judaeorum Regi oblatum, iis ideo redditum fuiſſe, ut litteras hebraicas in graecas transfunderent, quo ipſe fontes legere poſſet, minime vero ut ex hebraeo in graecum verterent ſermonem.„ s) Multo acumine et magna eruditione Vir Cl. quae hic breviori ſermone expoſuit, ita explicavit argumentisque variis probavit, ut adſenſum ei denegare haud poſſimus. Interim nos in ipſo de *Ariſtea* ferendo judicio aliquantulum recedere, fateri fas eſt. Scripſit *Ariſteas* quidem, quae vera ſunt, ſed non omnia ſcribit, quae dicenda fuiſſent: varias res, quin et verum *Ptolemaei* propoſitum, fallaces ejus cum Palaeſtinenſibus actiones, ſtudioſe, uti virum aulicum decet, occultat, colorat, fictionibusque abſcondit, ne, uti verum fuit, Rex Hieroſolymitanos quam callidiſſime induxiſſe videretur. Omnibus rebus veſtem induit coloratam, ut, dum Regis in Judaeos gratiam et immenſam benevolentiam exponit, ſimul Regis ſui apologiam ſcribat. Liceat nobis brevi totius rei ſummam exponere. Cum ingens Judaeorum multitudo Alexandriae et in Aegypto ſub imperio *Ptolemaei* viveret, Rex, qua ratione integram multitudinem ſibi ita devinciret, ut de reditu ad patrium ſolum nunquam cogitaret, et a Palaeſtinenſibus poenitus ſepararetur, conſilium iniens, id omne, ſi legem judaicam publica auctoritate munitam haberet, ſe conſequi poſſe perſpicit. Adeſt *Demetrius*, qui, ut Rex ſub ſpecie locupletandae bibliothecae, verſionem legis ab *Eleazaro* ſummo Pontifice peteret, eamque ob cauſam LXXII. ſenes integram rempublicam Judaicam repraeſentantes ad ſe evocaret, ipſi ſuadet. Mittitur legatus *Ariſteas* cum multis muneribus; annuit *Eleazarus*, veniunt Alexandriam LXXII. ſenes duodecim populi Judaici tribus repraeſentantes, eum quidem in finem, ut legem Judaicam Regi oblatam in graecam verterent linguam. Laute et benigne, ne quid mali aut doloſi ſubodorari poſſint, accepti in inſulam Pharos deducuntur, atque hic in cellulas incluſi, legem ipſam helleniſtice ſeu graece ſcribere coguntur, et ne quidquam falſi committere poſſent, ipſe *Demetrius* legis verſionem graecam ex ore interpretis ſcribit. Alii ſenes reliquos exſcribunt libros ſacros: et finito labore publice a LXX. ſenibus integrum opus approbatur. Hac itaque methodo, Rex, quae ſibi in animum ſumſerat, ſubminiſtrante *Demetrio*, qui hoc ipſo conſilio Regis in gratiam rediit, aſſequutus, regnum helleniſticum Judaeorum Alexandriae ſtabilivit. Haec ſunt, quae ſeſe, uti nobis quidem videtur, ſi relationes *Ariſteae*, Talmudis, *Philonis*, reliquorumque antiquitatis ſcriptorum inter ſe comparantur, manifeſte produnt. Eademque ſunt, quae *Ariſteas* aperte ſcribere debuiſſet; ſed vir iſte, regis ut honori conſuleret, Palaeſtinenſium oblocutiones refelleret, atque ſimul majorem legi in gratiam Helleniſtarum tranſcriptae famam conciliaret, alia ſilentio praeterit, alia haud ſincere repraeſentat, alia falſo colore dealbat, atque hoc modo aſtutum Regis conſilium optima veſte ornatum ſiſtit. Singula ex ipſa *Ariſteae* relatione cum aliis antiquitatis monumentis collata ſeſe manifeſtabunt.

Relatio Ariſteae. Expoſitis hactenus de *Ariſteae* hiſtoria Virorum Doctorum cenſuris ſententiarumque divortiis, ipſe demum *Ariſteas* audiendus eſt. Verum ſine dubio lectorum patientia abuteremur, ſi integram hic dare vellemus ejus hiſtoriam. Sufficiat itaque, ut, quae minoris ſunt momenti, ſilentio praetermittantur, et tantummodo

quae

s) Tentamen de variis Codicum Hebraicorum Vet. Teſt. MSS. generibus a Judaeis et Non-Judaeis deſcriptis. Roſtoch. 1772. 8. p. 54.

quae ſcitu ſunt neceſſaria, hic exponantur. Integram hiſtoriam ſcite et accurate in compendium redegit *Carpzovius* noſter, cujus verbis nobis uti liceat: „*Demetrius* „*Phalereus*, Bibliothecae *Ptolemaei Philadelphi*, Aegyptiorum Regis, praefectus, poſt-„quam conquiſitis undique libris, ultra viginti myriades voluminum, eam auxiſſet, „Regi exponit, fando ſe comperiſſe, Judaeorum leges dignas omnino eſſe, quae de-„ſcribantur, et in Bibliotheca ejus recondantur, modo ex lingua Judaeis vernacula „convertantur in Graecam. Ad haec Rex in ſe ſuſcipit, ſcripturum ad ſummum „Judaeorum Pontificem, ut quae expoſita eſſent, perficerentur. Hic tempeſtive in-„tercedit *Ariſteas*, regius miniſter, herum admonens, ut miſſurus ad Pontificem le-„gatos, Judaeos omnes, qui a patre ipſius in captivitatem abducti fuerant, liberos „in patriam prius remittat. Rex annuit conſilio, et cum plus quam centum millia „eſſe Judaeorum intellexiſſet, in Aegypto ſervituti addicta, captivos ſingulos vigin-„ti drachmis a dominis, qui hujusmodi famulitio utebantur, redemit et in liberta-„tem aſſeruit, ita ut ſumma λυτρου 660 aſſurgeret talenta. His peractis, *Deme-„trium* jubet ſcripto ſententiam ſuam exponere de libris Judaeorum deſcribendis, „qui Regi auctor extitit ſuaſorque, ut a ſummo Judaeorum ſacerdote et legis exem-„plar ſibi expeteret, et ſex e quaque tribu interpretes, honeſtate vitae, ſenio et le-„gum ſuarum peritia praeſtantes, quo plurium interpretatio facilius impetret fidem. „Oratores ergo Rex mittit, *Andream* ἀρχισωματοφύλακα et *Ariſteam* noſtrum, „ſplendidis muneribus et litteris regiis inſtructos, qui honorificentiſſime Hieroſoly-„mis habiti, voti facile compotes redduntur. Delectos quippe LXXII. Senes, He-„braice et Graece peritiſſimos, oratoribus comiter jungit *Eleazarus*, et una cum „Epiſtola, atque membranis, quae legem aureis deſcriptam litteris comprehende-„bant, ad Regem dimittit. Rex et legatos humaniſſime excipit, et legem venera-„bundus ſepties adorat, et quia eodem tempore victoria navali adverſus *Antigonum* „potitus erat, *) eam ſibi diem ſolennem et feſtum quotannis fore denunciat, ſeptem-„que dierum convivio Senes illos reficiens, arduis et gravibus ſingulos quaeſtionibus „tentat, qui appoſite et ſapientiſſime reſpondentes, ſuam Regi prudentiam ex aſſe „probarunt, ſinguli trium talentorum donum ab ipſo referentes. Triduo poſthaec, „Senes a *Demetrio* ad proximam inſulam Pharum deducuntur, et in ſplendida domo „locati, quotidie ad nonam usque horam interpretationi dabant operam, *Demetrio* „ſcribae munere fungente. Sicque collatis exemplaribus, unaque congregati LXXII. „dierum ſpatio interpretationem abſolvunt. Totam illam *Demetrius* Judaeis omni-„bus tum praeſentibus recitavit, qui et ſummis eam laudibus ſunt proſecuti, et com-„muni conſenſu diras imprecati iis, qui huic verſioni aliquid addere vel demere, „vel in ea immutare auſuri eſſent. Rex ubi praelectum accepiſſet, et legislatoris „ſapientiam miratus eſt, et Senes, rogatos ut in poſterum ſe crebrius convenirent, „cum donis et ampliſſimis muneribus *Eleazaro* ſummo Pontifici deſtinatis, domum „remiſit. Hoc palmarium operis *Ariſteae* eſt argumentum, reliqua ut ſunt interpre-„tum nomina, Regis quaeſita et ad illa ſenum reſponſa, Regis porro in Judaeos „munificentia, litterae ultro citroque miſſae, regiumque edictum, varii quoque „ſermones, et quae de Judaeae ſitu ac habitu, Hieroſolymorum urbe et ſacris Judaeo-„rum ſe obſervaſſe perhibet *Ariſteas*, ad ornatum ſpectant, nec faciunt ad inſtitu-

 „tum.

*) Haud accurate *Carpzovius* ſententiam *Ariſteae* hoc loco exprimit.

„tum." u) Quae varia quidem continent, quae ſi ad noſtra tempora noſtrosque mores examinantur, mirabilia et fictitia videntur. Verum ſi rite cum priſtinis temporibus orientaliumque moribus comparantur, etiamſi ad ornatum conficta ſint, non plane ab orientalium conſuetudine abhorrent, ſed antiquorum genio et moribus apprime reſpondent.

Axiomata. Antiquiſſima veteris aevi monumenta, quorum uſus noſtris conceditur temporibus, ſi cum illis, quae ex *Ariſteae* hiſtoria hauſimus, comparantur, unumquemque, qui ſine praeconcepta ſingula penſitabit opinione, nec laudem in eo quaerit, ut, quae antiquitus credita ſunt, rejiciat, facile docebunt: 1) antiquiſſimam eſſe *Ariſteae* hiſtoriam, eamque omnium primam factorum eſſe relationem; ſiquidem omnes ſcriptores vel ad ipſum provocant *Ariſteam*, vel certe ea proferunt, quae ex *Ariſteae* relatione hauſta ſunt: proxime itaque hujus ſcriptum ad *Ptolemaei Philadelphi* tempora adſurgit, neque ſequioris aetatis figmentum eſt; 2) neminem Patrum antiquorum *Ariſteae* hiſtoriam tam accurate deſcripſiſſe, uti, ſi ejus ſcriptum ante oculos habuiſſent, fieri debuiſſet; ſed ex ipſis eorum ſcriptis luculenter apparere, ſe *Ariſteam* quidem legiſſe, ſed lecta e memoria litteris mandaſſe, eaque acceſſionibus ex rumore famaque publica hauſtis locupletaſſe, aut ſi mavis, quae *Ariſteas* ſtudioſe occultarat, eos prodidiſſe: quo factum, ut et ipſi ſcriptores a ſe invicem diſcedant, et alius in dubium vocet, quae ab alio adfirmantur. Sic *Hieronymus*: „Neſcio quis primus auctor ſeptuaginta cellulas Alexandriae mendacio ſuo exſtruxerit, „quibus diviſi eadem ſcriptitarint, quum *Ariſteas* ejusdem *Ptolemaei* ὑπερασπιςής, „et multo poſt tempore *Joſephus* nihil tale retulerint, ſed in una baſilica congregatos contuliſſe ſcribant, non prophetaſſe. Aliud eſt enim vatem, aliud eſſe interpretem: ibi ſpiritus ventura praedicit, hic eruditio et verborum copia, ea, quae „intelligit, transfert. x) 3) Communem quidem eſſe omnium ſcriptorum opinionem, tempore et ſuffragiis *Ptolemaei Philadelphi* Biblia ſacra in Graecam linguam fuiſſe translata; nec hoc mirum, omnes quia *Ariſteam* ſequuntur; interim et nonnullos ſcriptores non ignoraſſe, non ſolum legem graece verſam, ſed et graece *transſcriptam* fuiſſe: ſiquidem nonnulli expreſſe interpretationis et transſcribendi negotium diſtinguunt. 4) Singularia *Ariſteae*, locutiones, verba, elogia, atque alia quae vel cum reverentia Regi debita, vel cum charactere ejus et religione pugnare videntur, vel vanum gentis Judaicae gloriae aucupium produnt, quorſum illa quae de lege Judaeorum ſapientiori et ſanctiori, utpote divina et a Deo profecta, ſcripſiſſe dicitur Rex ipſe, aut quae de profunda adoratione et lacrymis effuſis dicuntur, referenda ſunt, ea omnia ex ſingulari ſcopo et intentione ſcriptoris eſſe interpretanda. 5) Inanem et minus fundatam eſſe quorundam virorum doctorum opinionem, qui exinde, quod a Scriptoribus eccleſiaſticis aliae atque diverſae recenſeantur circumſtantiae, eos longe alium *Ariſteam*, ac hodiernum, ante oculos habuiſſe, ſibi perſuaſerunt. Scriptores enim ex traditione ea referunt, quae *Ariſteas* ſcribere vel noluit, vel non debuit. Si ex diverſitate et diſcrepantia plurium ſcriptorum ita concludendum eſſet, quot quaeſo antiquiores hiſtoriographi redarguendi forent? Hisce praemiſſis, antiquorum ſcriptorum relationes ſubjungamus.

Si

u) Loc. cit. pag. 483.

x) *Hieronymus* praefat. in Pentateuch.

Si omnia, quae antiquitus de hiſtoria verſionis ſeptuagintaviralis ſcripta ſunt, hic recoquere, ſingulaque accurate recenſere et exſcribere vellemus, lectoribus potius nauſeam creare, quam eorum gratiam mereri, nobis perſuademus. Quem enim in finem id fieret? Eadem decies repetenda forent. Sufficiat itaque ea tantummodo recitare, quae ſcopo noſtro proxime inſerviunt. Primo omnium itaque nominamus *Ariſtobulum*, Peripateticum, Judaeum, qui ſub *Ptolemaeo Philometore* claruit, atque aetate proxime ad illa tempora adſurgit, de quibus *Ariſteas* loquitur. Fatemur illum procul dubio erraſſe, quando aſſerit, jam ante *Demetrium Phalereum*, quin et *Alexandri* et Perſarum imperium, ab aliis volumina ſacra in graecam linguam eſſe converſa: et in hunc errorem inductus eſt perſuaſione, quod Graeci ſcriptores Judaeorum ſacra ſcripta legiſſent; quod non fieri potuiſſet, niſi in gratiam illorum, qui hebraice ignorabant, graece ipſis tradita fuiſſent. De verſione graeca vero teſtis eſt: Ἡ δε ὁλη ἑρμηνεια των δια του νομου παντων επι του προσαγορευθεντος Φιλαδελφου βασιλεως, σου δε προγονου, προσενεγκαμενου μειζονα φιλοτιμιαν, Δημητριου του Φαληρεως πραγματευσαμενου τα περι τουτων. *Integra autem univerſae legis interpretatio facta eſt ſub Rege cognomento Philadelpho, progenitore tuo, qui ſummo ſtudio id curavit, Demetrio Phalereo plurimum allaborante.* [y]) Nihil certe huic teſtimonio ſatis claro et diſtincto obverti poteſt. Quod ſi quis unquam ſcire potuit, quae paucos ante annos peracta erant, *Ariſtobulus* Judaeus ſcire potuit: ſuperſtites adhuc plures fuere, qui promulgationi legis publicae adfuerant, et quorum ante oculos *Ariſtobulus* figmenta ſcribere certe non auſus eſt. Non alio itaque modo *Antonius van Dale* ſuae hypotheſi conſulere potuit, quam ut unquam *Ariſtobulum* vixiſſe neget, [z]) ſed ipſi, quamvis communem cum ipſo faciat cauſam, contradicit *Hodius*, qui Alexandriae *Ariſtobulum*, eruditum Judaeum, floruiſſe negare haud audet. [a]) Si vero tunc temporis vixit *Ariſtobulus*, cur ſcripta ejus, quibus *Clemens* et *Euſebius* uſi ſunt, ſuppoſititia habenda ſint, nullus video. [b]) Utrum vero per *univerſam legem* omnia ſacra Judaeorum volumina, an vero ſola lex moſaica intelligenda ſit, ſcriptor ipſe non adcurate determinavit. Verum ex iis, quae infra dicenda veniunt, *Ariſtobulum*, tantummodo de lege, ſeu Pentateucho loqui, concludendum erit. Ariſtobulus.

Accedit *Ariſtobulo* Helleniſtarum celeberrimus, *Philo* Judaeus, qui et Alexandriae vixit, et rerum paternarum certe peritiſſimus fuit. Hic quidem cum *Ariſtea* in eo conſentit, ut *Ptolemaei Philadelphi* curae verſionem legis tribuat; duo vero ſunt plane ſingularia, quae hic in cenſum veniunt; primo verſionem factam eſſe e lingua chaldaica, et ſecundo ſolemnia ob verſionem confectam inſtituta, quotannis eſſe renovata. Primum quod attinet, expreſſe quidem linguam chaldaicam nominat, εις ἑλλαδα γλωτταν την χαλδαϊκην μεθαρμοζεσθαι διενοειτο; [c]) verum, cum ſatis certe paraphraſin Chaldaicam *Ptolemaei* tempore nondum exſtitiſſe, ſciverit *Philo*, non de lingua ſeu ſermone, ſed tantummodo de litteris eum loqui ſequitur. Notum eſt Hebraeos characterem quadratum אשורית i. e. Aſſyriacum ſeu Chaldai- Philo Judaeus.

[y]) Ap. *Clementem Alexandr.* Stromat. I. et *Euſebium* Praeparat. Evangel. Lib. IV. cap. 6. Lib. XIII. cap. 12.

[z]) Diſſertat. ſuper Ariſtea, cap. 28. p. 216.

[a]) De Text. origin. Lib. II. cap. 9. §. 3.

[b]) Conf. *Wolfii* Biblioth. hebr. Vol. I. n. 355. Apologia Diſſ. I. §. VIII-XIV.

[c]) De vita Moſis, lib. II.

daicum appellare, quem morem ſequitur *Philo*, atque hoc modo, characterem Hebraeum quadratum in graecam linguam eſſe *transformatum*, indicat. Quod ſi itaque Textus hebraicus non ſolum in graecum ſermonem translatus eſt, ſed et characteres quadrati et graeci ſunt permutati, et pronunciatio ad morem Helleniſtarum transformata eſt, factum eſt, quod verba indicant, et lex charactere quadrato ſcripta *in graecam linguam transformata eſt.* Habemus itaque *Philonem* de permutatione characterum, ſeu de Codice Hebraeo-Graeco *Ptolemaei* cura procurato, teſtem haud obſcurum. Alterum quod attinet, damus hic verba auctoris tantummodo latine expreſſa: „Quamobrem hodieque ſolennis celebritas renovatur in Pharo inſula, ad quam „non tantum Judaei ſed et alii plurimi trajiciunt, locum veneraturi, in quo primum „viſa eſt haec interpretatio, (ἐν ᾧ πρωτον το της ἑρμηνειας ἐξελαμψε) et pro tanto be„neficio quaſi recente acturi gratias Deo. Poſt autem vota actionesque gratiarum, „alii tentoriis fixis in littore, alii diſcumbentes in ipſa arena ſub dio epulantur cum „amicis et domeſticis, praeferendo tunc littus palatiis regiis.„ Vixit *Philo* Alexandriae, ſcripſit in eodem loco, enunciat, quae ipſe ſimul cum aliis vidit, et quae publice geruntur, quis ſibi, aut *Philonem* falli, aut fallere voluiſſe, imaginari poterit? Si vero ipſum Judaeorum Helleniſticorum ſtatum conſideramus, non ſine ratione iteratis ſolemnibus memoriam factorum renovaſſe, facile intelligimus. Ante *Ptolemaei* tempora Helleniſtae ſeu Judaei Alexandrini ſine lege erant, Palaeſtini vero, quorum inter manus Lex erat divinitus tradita, Helleniſtas deſpicientes, de Lege gloriabantur. Jam vero lex Helleniſtis ab ipſo ſummo ſacerdote, conſentiente Synedrio Hieroſolymitano, per Legatos Alexandriam miſſos publice erat tradita, et ab his in graecam linguam transformata, graecis litteris et ſecundum pronunciationem Helleniſtarum transſcripta. Sic opprobrium et nota Helleniſtis a Palaeſtinis inuſta publice et mandato Synedrii Hieroſolymitani erat eraſa; et Alexandrinis eadem uti Palaeſtinis concedebatur dignitas atque honos, quod lex divinitus tradita inter ipſos adſervetur. Quantum invidia et populorum aemulatio efficere poſſit, qui norit, ille et Alexandrinos quotannis diem celebraſſe, quo tanto honore mactati ſunt, non dubitabit. *Hodius* itaque non de iſtis ſolemnibus quotannis renovatis dubitat, verum ex iſta celebritate confirmari poſſe negat communem opinionem, et tunc apud illos, et nunc apud nos receptam, de Interpretum LXXII. numero et quod Hieroſolymis a Rege evocati ſint. [d]) Damus hoc *Hodio*, nec numerum Interpretum ex hisce ſolemnibus confirmari volumus. Sufficiat publicum exſtitiſſe monumentum eorum, quae tempore *Ptolemaei* facta ſunt. Nec *Antonio van Dale* reſpondendum eſt, qui de *Philone* judicat, eum vel incogitanter vel ſtudio ex Ethnicorum ſolemnibus ibidem ad colendum Serapim celebratis feſtum in memoriam verſionis graecae celebratum finxiſſe; [e]) quod, quia *Philo* Alexandriae vixit, ibidemque ſcripta ſua publicavit, ipſi imputari haud poteſt. Alexandrinorum vero gaudiis accurate reſpondet Hieroſolymitanorum dies lugubris. Ad diem VIII. Menſis Thebet indixerunt jejunium כי נכתבה התורה ביונית quod Lex ſcripta eſt *litteris graecis* in diebus Ptolemaei Regis, fueruntque tenebrae in orbe tribus diebus. Sed qui fieri potuit, ut dies ille ſit dies lugubris et jejunii? Ipſe Synedrium conſentiente ſummo Pontifice conſenſum, ut fieret, publice dederat; Senes eum in finem in Aegyptum de-

d) Lib. II. cap. 5. §. 10. *e*) *Van Dale* p. 226.

delegati erant; quin et in ipso Talmude indicatur: „Cum permiserunt magistri no-„stri linguam graecam, non permiserunt nisi pro libro legis, atque inde ortum est „opus Ptolemaei regis, quod sic traditur: Congregavit septuaginta duos Seniores et „introduxit eos in 72. domunculas, sed non aperuit eis, propter quod eos convoca-„verat, ad unumquemque autem seorsim ingressus dixit illis: scribite mihi legem „Mosis magistri vestri.„ *f*) Quod si publica auctoritate concessum erat, legem graecis scribere litteris, quis itaque jejunio, quis tenebris locus? Palaestinos, nisi omnia nos fallunt, cum sibi primum imaginati essent, legatos tantummodo ad interpretandam legem esse accersitos, et postea viderent, quod jussu Regis legem in alias litteras aliumque legendi modum transformarint, quin et cernerent, quantopere Alexandrini animum nunc efferrent, et sese Palaestinis pares haberent, facti demum poenituit, ideoque jejunium indixerunt, et triduas finxerunt in orbe tenebras. Interim ipsum hoc jejunium, rem aliter, ac crediderant, cecidisse, satis demonstrat. Sed quid quaeso citra opinionem, si a permutatione litterarum hebraicarum et graecarum et immutatione modi legendi recesseris, Palaestinorum evenire poterit?

Addimus porro *Flavium Josephum* historiographum celebratissimum Hierosolymitanae Synagogae et Palaestinis addictum. Tribus in locis ille factorum sub *Ptolemaeo* mentionem facit. In prooemio Antiquitatum se comperisse ait, quod *Ptolemaeorum* secundus rex magnopere contenderit legem reique publicae Judaicae ex ea constitutionem in graecum sermonem transferri, (εἰς την Ἑλλαδα φωνην μεταβαλειν) quod vero non totius scripturae apographum acceperit, sed lex sola ipsi ab interpretibus Alexandriam missis tradita sit. (ουδε γαρ πασαν ἐκεινος ἐφθη λαβειν την ἀναγραφην, ἀλλ' ἀυτα μονα τα του νομου παρεδοσαν οἱ πεμφθεντες ἐπι την ἐξηγησιν εἰς την Ἀλεξανδρειαν. *g*) Altero loco historiam factorum accurate recenset, et ita quidem, ut eum *Aristeae* historiam ante oculos habuisse unicuique facile appareat. In nullo ab illo recedit, nisi in pretio statuendo, quo captivi redimendi fuere. Superfluum sane foret, cum *Aristeae* historiam supra in compendio exhibuimus, hic eadem repetere; notabimus potius ea loca, ex quibus apparet, quomodo *Josephus Aristeam* intellexerit. 1) *Demetrius* agit cum Rege non de interpretandis sed de transscribendis Judaeorum libris (περι της των Ιουδαϊκων βιβλιων ἀναγραφης) qui charactere hebraico scripti sint, et quorum lectio patria ipsi sit obscura, (χαρακτηρσι γαρ Ἑβραϊκοις γεγραμμενα και φωνη τη ἐθνικη ἐστιν ἡμιν ἀσαφη.) *h*) 2) Rex edicto publice declarat, se statuisse, ut Judaeorum lex interpretatione donetur, et graecis litteris ex hebraico transscripta in bibliotheca reponeretur, (τον νομον — μεθερμηνευσαι, και γραμμασι ἑλληνικοις ἐκ τῶν Ἑβραϊκων μεταγραφεντα.) *i*) 3) Transscriptio legis ejusque interpretatio duobus et septuaginta diebus absoluta est: (μεταγραφεντος δε του νομου και του κατα την ἑρμηνειαν ἐργου τελος) *k*) 4) Cum lex publice a *Demetrio* praelegeretur, legis interpretes, qui obscuram patriam lectionem manifestarant, (διασαφησαντας πρεσβυτερους) publice collaudati sunt. Ex his-

Josephus.

f) Talmud Tract. Megill. cap. I.
g) Prooem. Antiquitat. §. 3.
h) Antiquit. Lib. XII. cap. II. §. 3.
i) Ibid. §. 4.
k) Ibid. §. 12.

hisce notatis, *Josephum* accurate cum *Aristea* distinguere inter transscriptionem et interpretationem legis, satis apparet. Quid per *transscriptionem* intelligendum sit, aperte liquet, nimirum permutatio graecarum litterarum seu characterum cum hebraicis. Sed quid sit interpretatio, ἑρμηνεια, curatius excutiendum est. Fatemur S. Ecclesiae Patres hic versionem graecam intellexisse, adeoque omnes de versione graeca a Senioribus LXXII. facta loquuntur. Verum ἑρμηνεια non solum versionem, sed et expositionem et explicationem rerum difficilium denotat. Apud *Halicarnasseum* vero et *Thucydidem* denotat eloquutionem, enunciationem seu pronunciationem. Jam vero lectio codicis hebraici seu pronunciatio Palaestinorum Alexandrinis erat ἀσαφης, ignota et obscura, Seniores vero legem ejusque lectionem hisce familiarem reddiderunt (διασαφησαντες). Commode ergo Interpretatio, ἑρμηνεια, tam versionem quam transformationem textus hebraici ad pronunciationem Alexandrinis consuetam denotare potest. Tertio loco meminit factorum *Josephus* contra *Appionem*, [l]) ex quo apparet, non solum inter Judaeos, sed et inter Aegyptios, *Ptolemaei* cura libros Judaeorum sacros graecis litteris esse transscriptos et interpretatos, notissimum fuisse. Qua ratione ad *Ptolemaeum* provocare potuisset, nisi *Appionem* eadem facta accurate scire praesuppoſuisset?

Justinus Martyr. Scriptores Christiani, quorum testimonia nunc consideranda veniunt, non tam accurate, uti *Josephus*, *Aristeam* sequuntur. Norunt quidem ejus historiam, sed non nisi ex memoria lecta recitant, alia ex rumore seu traditione hauserunt; quo factum, ut minor illorum inter sese sit consensus, variaeque circumstantiae adjectae sint, quas *Aristeas* ignorare voluit. Non integra illorum testimonia hic exscribimus, sed tantummodo, quae sunt singularia, aut hactenus haud bene observata, annotabimus. *Justinus* Martyr fontem suae relationis expresse indicat. Versatus erat Alexandriae, cellulas Interpretum ipse viderat, remque ex incolis, qui eam a majoribus ut patriae suae propriam acceperant, ipse compertus erat. *Ptolemaeus* Aegypti rex, antiquas historias Hebraicis litteris scriptas a Judaeis diligenter asservari cum didicisset, (ὁτι αρχαιας ἱστοριας τοις των Ἑβραιων γραμμασι γεγραμμενας) septuaginta sapientibus viris Graece et Hebraice scientibus (τους και την Ἑλληνων και Ἑβραιων διαλεκτον ειδοτας) interpretationem demandavit, pro numero interpretum cellulas in insula, ubi Pharus aedificata est, iis adaptavit. A mutuo congressu interpretes prohibuit; perfecto opere praelectio docuit, interpretes non solum quoad sensum, sed et quoad lectionem accurate inter sese consentire. (μη μονον τη αυτη διανοια, αλλα και ταις αυταις λεξεσι. [m]) Alio loco idem *Justinus* memoriae lapsu a *Herode Ptolemaeum* sibi libros sacros expetiisse scribit, a quo et acceperit; Quum vero Aegyptii Hebraica legere non potuissent, interpretes eum efflagitasse, qui libros in graecum sermonem verterent (μεταβαλοντας αυτους εις την ἑλλαδα φωνην.) Addit vero Libros apud Aegyptios in eum usque diem adservatos fuisse, (ἐμειναν αἱ βιβλοι και παρ᾽ Αιγυπτιοις μεχρι του δευρο,) [n]) quibus verbis procul dubio ad ipsa autographa respicit, quae apud Aegyptios adservata permanserunt; apographa enim in varias multoties transierant manus. Eadem denique fere re-

l) Contra Appion. II. 4.
m) Cohort. ad Graec. n. 13.
n) Apolog. I. n. 31.

repetit alio loco, ubi contra Judaeum ad interpretationem a feptuaginta Senibus factam provocat. [o])

Irenaeus.

Cum *Juftino* accurate confentit *Irenaeus;* verum duo funt, quae in ejus relatione tamen notanda veniunt. Quae ipfe graece fcripfit, vetus interpres latine reddidit: *Deus nobis fervavit fimplices fcripturas in Aegypto.* [p]) Procul dubio *Irenaeus* fcripfit τας απλας γραφας, quod interpres per *fimplicem fcripturam* expreffit. Jam vero απλα βιβλια denotant ipfa auctorum autographa, et quae ex hisce defcripta erant, graecis απογραφα, αντιγραφα, latinis *exemplaria* audiunt. Difcimus itaque ex *Irenaeo*, feptuaginta Senum autographa in Bibliotheca Alexandrina repofita, et ibidem usque ad id tempus fervata fuiffe. [q]) Porro *Irenaeus* rationem reddit, cur *Ptolemaeus* interpretes fepararit, et a communi confortio prohibuerit: veritus nimirum, ne forte ex compacto veritatem fcripturae interpretatione fua occultarent. [r]) Unde *Irenaeus* haec habuerit, ignoramus. Verum accurate confentit cum iis, quae peracta erant. Fefellerat Rex Hierofolymitanos, qui ad interpretandam et in linguam graecam vertendam legem Alexandriam venerant; dum ipfis mandarat: *Scribite mihi legem Mofis magiftri veftri.* Ne vero ipfi paria rependerent, illos ita feparavit, ne de iterum fallendo Rege confilium inire poffint. Rex itaque, qui blanditiis et muneribus Hierofolymitanos allexerat, proprii facti confcius, parum fidei illis habuiffe videtur.

Clemens Alexandrinus.

Clemens Alexandrinus eadem fere de LXX. Interpretibus, quorum unusquisque feorfim fuas interpretatus fit prophetias, et ita ut κατα τας διανοιας και τας λεξεις quam accuratiffime concordarent, refert, atque hoc divinae tribuit infpirationi, quae ut interpretatio tanquam graeca fit prophetia, effecerit. [s])

Scriptores Ecclefiae primaevae.

Ad *Arifteam* provocant *Tertullianus* [t]) et *Theonas* Epifcopus Alexandrinus, [u]) et brevi fermone tantummodo fumma capita recenfent; *Anatolius* Alexandrinus [x]) vero eadem *Philoni*, *Jofepho*, *Mufaeo*, *Agathobulo* et *Ariftobulo* accepta refert, ut adeo plures de feptuaginta interpretibus fuerint antiquitus, quam nos confulere poffumus, teftes. *Eufebius* iterum *Arifteam* nominat relationis auctorem. [y]) *Cyrillus Hierofolymitanus* fua ex *Irenaei* relatione fumfiffe videtur. [z]) *Hilarius* Pictavienfis vero addidit, feptuaginta Senes fecundum *Mofis* exemplum ad interpretandum facrum codicem delegatos effe, qui fpiritualem fecundum Moyfi traditionem occultarum cognitionum fcientiam adepti, ambigua linguae Hebraicae dicta et varia quaedam ex fe pugnantia fecundum virtutes rerum certis et propriis verborum fignificationibus transtulerint, doctrinae fcientia multimodam illam fermonum intelligentiam temperantes; ex quo factum fit, ut qui poftea transtulerint, diverfis modis interpretantes, magnum gentibus attulerint errorem, dum occultae illius et a Moyfe

 pro-

o) Dialog. cum Tryphon. Judaeo n. 71.
p) Adverf. Haeref. lib. III. c. 25.
q) Conf. Apologia Diff. I. §. II.
r) Ap. *Eufebium* Hift. Ecclef. lib. V. cap. 8.
s) Stromat. Lib. I cap. 22.
t) Apologet. cap. XVIII.
u) In Epift. ad *Lucianum* ap. *Acherium* Spicileg. III. p. 279.
x) Apud *Eufebium* Hift. Ecclef. Lib. VII. cap. 32.
y) Praeparat Evang. Lib. VIII. cap. I.
z) Catech. IV. cap. 34.

profectae traditionis ignari, ea quae ambigue lingua Hebraea commemorata sunt, incertis suis ipsi judiciis ediderint. [a])

Epiphanius. Singularia sunt varia, quae nobis ab *Epiphanio* referuntur, qui scriptor nimis credulus, et singularia et mirabilia quam lubentissime amplectens, sua ex parte ex *Aristeae* relatione hausit, alia vero undequaque corrasit, et coagmentavit, ut novam de versione graeca fere condat historiam. [b]) Non omnia atque singula hic repetenda sunt, quare enim fabulis et figmentis adsutis chartam maculemus? Sed ea tantummodo, quae antiquioribus ignota fuere, hic recensebimus. Duo ac septuaginta in Pharo insula e regione urbis Alexandriae in sex et triginta cellulis, bini scilicet in singulis, a primo diluculo usque ad vesperam conclusi sunt; ad vesperam triginta sex scaphis ad epulas in palatio *Ptolemaei* advehuntur. In triginta sex cubiculis dormiunt, ne capita conferre possent, sed sincere ac fideliter interpretarentur. Unicuique porro interpretum pari liber attribuebatur unus, exempli causa Geneseos volumen uni committebatur; Exodus alteri; Leviticus alii; atque ita deinceps ceteri. Praeleguntur triginta sex exemplaria et cum altero hebraico archetypo comparantur; nil vero varietatis ac discriminis repertum est: interpretes enim omnes divini spiritus afflatu praediti fuere. Quae postquam *Epiphanius* recitarat, tandem ad *Aristeam* redit, atque excerpta ex ejus profert historia; verum utrum cum illa consentiant, an vero huic aperte contradicant, hoc est, de quo parum circumspexit.

Reliqui scriptores. Reliquos vero scriptores Ecclesiasticos et S. Patres quod attinet, et eos testes factorum sub regimine *Ptolemaei* etiam producere possemus: sunt nimirum *Hieronymus*, [c]) *Augustinus*, [d]) *Chrysostomus*, [e]) *Theodoritus*, [f]) *Cyrillus Alexandrinus*, [g]) *Cosmas Aegyptius*, s. Indicopleustes, [h]) *Olympiodorus*, [i]) *Johannes Malala*, [k]) Auctor Chronici Paschalis, [l]) *Georgius Syncellus*, [m]) aliique. Qui omnes sunt quidem recentiores, quam ut de antiquissimis temporibus consuli possint: communis vero illorum consensus, ea quae ab *Aristea* relata sunt, omni tempore in Ecclesia satis nota et ab omnibus credita fuisse, demonstrat.

Fides Aristeae. Jam omnis res redit ad auctoritatem *Aristeae*, et fidem eorum, quae ab ipso relata legimus. Non negatur communis illa S. Patrum et scriptorum antiquissimorum persuasio. Sed fortassis, ut ajunt, ab antiquiore falsario seducti sunt. Conflavit, nescio quis, sub *Aristeae* nomine illam de LXX. Interpretibus historiam, ut versioni graecae majorem et gloriam et auctoritatem conciliaret, simul et Judaeorum vanitati adularetur; atque ab hoc impostore seducti scriptores antiquiores cum eodem unam inflant buccinam, et nimis creduli impostorem sequuntur. Quid itaque de *Aristeae* historia judicandum sit, dispiciendum est. Quod si singula in illa historia relata cum moribus orientalium, aliisque monumentis, factis et eventibus con-

a) In Psalmum II. n. 2.
b) De mensuris et ponderibus, cap. 3. 6. 9. 10. 11.
c) Praefat. in Libr. Hebr. Quaest. in Genes.
d) De Civitate Dei Lib. XVIII. cap. 42. 43.
e) Orat. I. adv. Judaeos num. 6. et Homil. IV. in Genes. n. 4.
f) Praefat. in Psalmos.
g) Contra *Julianum* Lib. I.
h) In topograph. Christ. Lib. I.
i) Prooem. in Jobum.
k) In Chronogr. Lib. VIII. part. I.
l) Pag. 172.
m) In Chronograph. pag. 272.

concordant, *Aristeae* historia tanquam genuina relatio agnoscenda est; et etiamsi difficultates obveniant, quas hoc tempore solvere non valemus; eam ob causam integra historia haud est rejicienda. Singula itaque momenta sub examen vocabimus. Utimur quidem pererudita illa, quam supra laudavimus, *Apologia versionis septuagintaviralis;* verum in multis a Cl. Auctore recedere coacti sumus. Liceat nobis vero voce aequivoca interpretationis uti; quis verus ejus sit sensus, infra demonstrabimus.

Demetrius Phal.

Demetrius Phalereus Ptolemaeo Regi de comparandis Judaeorum libris consilium scripto exponit. Postquam sese mandato regio de comparandis cujusvis generis libris morem, quantum fieri potuerit, gessisse indicarat, addit: *του νομου των Ἰουδαιων βιβλια συν ἑτεροις ὀλιγοις τισιν ἀπολειπει. τυγχανει γαρ Ἑβραϊκοις γραμμασι και φωνῃ λεγομενα. ἀμελεστερον δε και οὐχ ὡς ὑπαρχει σεσημανται, καθως ὑπο των εἰδοτων προσαναφερεται. Legum Judaicarum libri cum aliis quibusdam paucis desunt. Sunt enim litteris hebraicis et lingua dictati, sed negligentius, nec ita ut se habent traducti, sicuti ab intelligentibus perhibetur.* Difficiliora aliquantulum sunt posteriora verba, quae judicium *Demetrii* de scriptis Judaeorum exponunt. Distinguit vero accurate litteras hebraicas et pronunciationem, (*φωνη*) seu puncta vocalia, quibus litterae animantur; atque haec negligentius apposita dicuntur, ut Regi interpretes linguae peritos advocandos commendet, atque quam necesse sit, ut isti Hierosolymis evocarentur, ostendat. Vera itaque *Demetrius* de lingua hebraica scripsit. Est vero *Demetrius Phalereus*, qui et honoris titulo *Tryphon* laudatus est, nominis vir celeberrimi. Laudatur merito non solum ut praestantissimus philosophus et grammaticus, [n]) sed inprimis rerum Judaicarum peritissimus fuit, qui et ipse Judaicae gentis historiam conscripsit, cujus operis mentionem facit *Josephus*, [o]) *Tertullianus*, [p]) *Clemens Alexandrinus* [q]) et *Eusebius*. [r]) Praefectus fuit Bibliothecae Regiae, quam multis expensis comparavit *Ptolemaeus*, et interpretationis Judaicorum scriptorum suasor atque promotor. [s]) Verum et fata hujus viri, eum in finem, ut historiam integram suppositam arguant, producuntur. Provocatur ad *Hermippum*, [t]) qui *Demetrium* statim post mortem *Ptolemaei Lagi* a *Philadelpho* relegatum ab aula Alexandrina, et in custodia aspidis morsu manum appetentis vita privatum esse referat. Verum *Hermippus* illa revera ignorat, quae de relegatione ab aula scripsisse dicitur: *Philadelphus* tantummodo jussit *Demetrium* in sua ditione custodiri, ne in alias abeat terras, seu ejus ditioni et potestati sese subducat, donec de illo aliquid statueretur. Atque in hac custodia libera vivens *Demetrius* vir doctus, gratiam Regis, cujus in eruditos animus propensior erat, sibi iterum conciliavit. Moritur demum morsu aspidis; sed quando? Ante aut post *Philadelphum?* Nil determinat *Hermippus*, nec nostrum est, eum brevi post latam regis sententiam esse exstinctum, proprio marte determinare. [u]) Quod vero Judaicam *Demetrii* historiam attinet, Cl. Auctor Apologiae in eo est, ut eum eandem demum scripsisse statuat, postquam sacri Ju-

 daeo-

n) Conf. *Fabricii* Biblioth. gr. Lib. II. p. 617.
o) Contra Appion. Lib. I. cap. 23.
p) Apolog. XX.
q) Stromat. Lib. I.
r) Praeparat. Evang. Lib. IX. cap. 4.
s) Conf. Apologia Diss. IV.
t) Ap. *Diogen. Laërt.* in Vita *Demetrii.*
u) Conf. Apologia Diss. IV. §. XVII.

daeorum codices graece versi extarent. x) Verum ex *Demetrii* de lingua hebraica lato judicio sequi videtur, eum a quodam Judaeo, cum animum conscribendae historiae impenderet, apographum legis Judaicae hebraicis litteris scriptum accepisse, et ab ipsi subministrante Judaeo comperisse, codicem esse negligenter punctatum; ut Judaeus ipsi veram lectionem et sensum subministrare opus habuerit. Eamque ob causam regem, ut exemplar quoddam correctum et authenticum, cui fides habenda sit, a Hierosolymitanis expeteret, precibus adiisse videtur. Historia itaque Judaica conscripta, aut ad minimum inchoata, ansam ei dedit, ut consilium de reponendis in Bibliotheca Judaeorum libris coeperit.

Character Ptolemaei. Quae secundum *Aristeae* relationem *Philadelpho Demetrius* suadet, tam parum ab ingenio, ne dicam enthusiasmo quodam regio abhorrent, ut potius *Demetrius* quam callidissime ingenti Regis sui in libros comparandos propensione uti voluisse videatur. Celebratur Rex iste ab omnibus, quod non solum ingenio ad litteras rerumque cognitionem, sed et ipsa valetudinis cura excitatus sit. Unicum hujus rei tantummodo producimus testem *Calixenum Rhodium:* y) *Plurimos quidem Reges Philadelphus opibus antecelluit, et quae molitus est ac edidit, omnia summo studio, honoris et gloriae cupidus magnifico sumptu absolvit.* — Περι δε βιβλιων πληθους, και βιβλιοθηκων κατασκευης, και της εις το μουσειον συναγωγης τι δει και λεγειν, πασι τουτων οντων κατα μνημην; *De librorum autem multitudine et Bibliothecae apparatu, deque Musei convocatione quid attinet dicere, quum haec in omnium memoria versentur?* Museum convocavit, cujus sodales primo tempore ex aerario regio annuum stipendium acceperunt, in cujus locum dein certa vectigalia museo attributa sunt. z) Ne vero musei sodalibus litteraria suppellex deesset, patris, qui jam Alexandriae bibliothecam instruere coeperat, vestigiis insistens, undequaque *Athenis* aliisque ex locis omnis generis libros coëmit, atque Bibliothecam condidit, quae ut non solum graecis, sed et aliarum gentium scriptis abundaret, doctissimos linguarumque exoticarum peritissimos aluit viros, quibus peregrinos interpretandi libros officium demandavit, quorum in numero fuit *Manetho*, *Melampus Aegyptius, Seleucus* et *Bitynus*, litterarum hieroglyphicarum interpres. Sic et Chaldaeorum et Phoenicum scriptis transferendis, ut et promovendo geographiae, physices aliarumque bonarum artium studio multum aeris impendit. a) Duae vero fuerunt Alexandriae Bibliothecae, quarum prima et antiquior, cui praefuit *Demetrius*, et in qua sacra Judaeorum scripta reposita fuere, in *Bruchio* fuit; quae cum libris referta esset, secunda seu recentior apud *Serapeum* exstructa est, in quam libri Judaeorum e flammis, quae antiquiorem consumserant Bibliothecam, erepti transiere, quapropter et versiones *Aquilae*, *Theodotionis* et *Symmachi* in eandem Bibliothecam ad *Serapeum* translatae sunt. b) Quae cum ita sint, *Demetrii* consilium quam optime propensioni Regis respondet. Compararat *Aristotelis* scripta; Chaldaeorum et Phoenicum varia opera: eccur et Judaeorum scripta non in Bibliotheca tam splendida locum invenire potuerint? Dari Judaeorum scripta, Alexandriae, ubi tot millia Judaeorum vivebant,

x) Ibid §. VII.
y) Ap. Athenaeum Lib. V.
z) Apologia Diss. V. §. XXXVIII.
a) Ibid. §. XXXIX.
b) Ibid. §. XLIII. XLIV.

bant, neque Rex neque *Demetrius* ignorare potuit: quod si haec neglecta fuissent, Bibliotheca certe ingenti defectu laboratura fuisset. Nil itaque magis *Demetrius*, quam ut data opera Judaeorum scripta sacra adquirerentur, Regi suo consulere potuit.

Haec rerum facies est, si *Aristeae* relationi fidem habemus: sed sub hac larva aliud latere consilium adserere haud dubitamus. Jam sub patre *Philadelphi*, *Ptolemaco* nimirum *Lagi* seu *Sotere*, fere ad centum millia Judaeorum in captivitatem in Aegyptum adducta erant, cum expugnatis Hierosolymis terram Judaicam *Laomedoni Mytilenensi* eriperet. Quorum vero cum fidelitatem et in juramenta pietatem cognoverat, libertatem captivis concessit, multisque privilegiis eos condonavit; quo factum, ut cum hi in Aegypto tam felici vita fruerentur, plures Judaei undequaque eodem confluerent, et numerus illorum indies multiplicaretur. Post quinquennium *Antigonus* Judaeam quidem a ditione *Ptolemaei* avulsit, nihilo tamen minus de novo *Ptolemaeus* ingentem Judaeorum multitudinem Alexandriam deduxit, eosque juribus civitatis donavit, ut ipsa regia civitas novis incolis splendidior redderetur; et cum iterum Judaeam ditioni suae subjiceret, e provinciis *Antigono* subjectis permulti ad *Ptolemaeum* transierunt. Patri successit filius *Ptolemaeus Philadelphus*, qui eadem benevolentia Judaeos amplexus est, captivos e dominio privatorum redemit, atque libertates, praerogativas et privilegia Judaeorum liberalissime adauxit. Ingens vero illa Judaeorum multitudo Alexandriae et in Aegypto non secundum Aegyptiorum mores et leges, sed ad normam paternarum legum huic populo peculiarium vivebat. Habebat sabbatha, dies festos, aliasque leges singulares, et ipsa lege mosaica ab omnibus Regis subditis separabatur. Ipse Rex, qui permultos secum quotidie habebat Judaeos, non patrias sed exoticas leges observari cernebat. Quis, quaeso, Regem qui aliarum gentium historiis, legibus rebusque gestis inquirendis animum et opes dicarat, tanta oscitantia ingentem populum in ipsa regia habitantem considerasse, ut nunquam, quae qualesve ejus sint leges, indagare voluerit, sibi persuadebit? Si vero has cognoscere, intelligere, quin et data occasione eis in gubernando populo uti voluit, ut leges ipsas, quarum apographa teste *Demetrio* negligenter erant scripta, ex Hierosolymis, unde Judaeorum gens originem traxerat, per legatos sibi postularet, magnificentiae et sapientiae Regis accurate respondet. Innumeris beneficiis Rex Judaeorum animos sibi obstrinxerat, adeo ut summa fide ipsi adhaererent, et loca munitissima Judaeorum praesidiis committi possent: verum arctiori adhuc vinculo cum terra Judaica conjungebantur: in qua respublica erat judaica, synedrium duodecim populi tribus repraesentans, templum Dei et publicus cultus, lex ejusque publica promulgatio. Sed qui in Aegypto degebant, quamvis omni libertate gaudebant, revera erant exules, a republica judaica remoti, sine Synedrio, sine lege, sine publico Dei cultu. Quid si tam ingens multitudo vel de reditu in patriam cogitaret, vel armata manu se cum incolis terrae Judaicae conjungeret, atque ipsum Aegyptum in provinciam regni judaici permutare auderet? Quam tutissime Rex hisce conatibus obviam ire poterat, si Aegyptiis Judaeis, peregrinis regni sui incolis, ipsam legem mosaicam publice a Palaestinis concessam procuraret, novam adeo rempublicam judaicam in Aegypto erigeret, atque simul indelebile odium atque invidiam inter utramque Judaeorum partem excitaret. Non sine ratione Rex veritus, si consilium

Ratio status.

filium aperte Palaeſtinis proderet, legem ejusque apographum ſibi denegaturos, verſionis condendae facultatem ſibi expetit, et eum in finem Synedrium repraeſentantes LXXII. ſenes evocat. Cum vero advenifſent, eos ut legem ita ſcriberent, quemadmodum Helleniſtis ſeu Aegyptiis Judaeis inſervire poſſit, vi cogit; quo facto Aegyptios poenitus a Palaeſtinis removet et ſeparat, et ſubditis ſuis legem ab ipſo Synedrio ejusque repraeſentantibus confirmatam tradit. Atque haec ſunt, quae *Ariſteas* quam callidiſſime ex parte ſilentio tegit, ex parte vero ita colorat, ut Rex, quamvis callidiſſime agens, ſincerus atque benignus in Judaeos eſſe videatur. Jam vero ſi *Ariſteae* relationem comparamus, ſingula quam optime cohaerere, facile apparebit.

Edictum Regium. Antequam *Ptolemaeus Philadelphus* cum Hieroſolymitanis agit, per publicum decretum ſeu edictum captivos Judaeos, qui aut regnante patre adducti et divenditi, aut regnante filio eadem ſorte potiti erant, manumittit, atque qui in privatorum ſervitio detinebantur, proprio aere redimit, eisque libertatem vindicat. Multa ſunt, quae huic relationi objiciuntur; quo vero jure id fiat, ſequentia manifeſtabunt. 1) A conſuetudine et moribus orientalium Regum plane non abhorret, ejusmodi facta, quae munificentiam, gloriam et ſplendorem regis clariorem reddunt, per publica edicta ſubditis annunciare. Exempla factorum nobis ſubminiſtrat hiſtoria Eſtherae. 2) Centum et decem millia Judaeorum in ditione Regis duro in ſervitio detinebantur, atque plurimi illorum, qui privatorum mancipia erant, nec Regi nec reipublicae, ſed tantummodo privatis dominis inſerviebant; alia enim conditio erat ſervorum orientalium, quam noſtrorum, qui ſibi ſtipendia merentur, non illi. Quid vero Regi, qui Alexandriam ipſam florere et abundare volebat civibus, et ut ſubditi non privato, ſed publico bono inſervirent, civilis prudentia ſuadere poterat? Quodſi ſervos captivos manumitteret, civium numerum adaucturus, bono publico conſulturus, atque quam ſplendidiorem regiam civitatem reddere ſtatuerat, ornaturus eſſet rex ſibi regnoque ſuo proſpiciens. Civilis itaque prudentia, ut, quod fecit, faceret poſtulavit. 3) Ex aerario regio captivos redemit. Inſana fuiſſet aeris profuſio et prodigalitas, ſi ſervos iſtos tum ab exteris redemiſſet, tum ſi redemptos et in libertatem vindicatos in patriam remiſiſſet. Sed neque hoc neque illud regis prudentia permiſit. Pecuniam civibus ſolvit; cives locupletiores reddit, novos cives ſibi parat: et hoc modo ſolutam pecuniam ultimo ad aerarium regium redituram eſſe probe perſpexit. 4) Omnia a callido *Demetrio*, et *Ariſtea* ita comparata ſunt, ut Judaeorum benevolentiam captarent. Non ſine ratione veriti fuere, ne Judaei Hieroſolymitani oracula divina occultaturi, deſiderio regis haud reſponſuri eſſent. *Ariſteas* proſelyta certe non ignorabat perſuaſionem Judaeorum, qui nefas putarent, oracula ſacra gentilium manibus tradere: quam callidiſſime itaque omnia ſic inſtruunt, ut Rex primum ſibi omnium Judaeorum animos liberalitate ſplendida et ſapienter excogitata devinciret, ut adeo Judaei per animi grati leges ad praeſtandum regi obſequium excitarentur: honorifice de ſacris Judaeorum libris ipſi loquuntur, et regem ſimili modo loqui docent, ne Judaei, ſe libros ſacros profanaturos eſſe, crederent; ſatis callide verbis aequivocis, quae intendunt, exponunt, et Hieroſolymitani inducti offerunt exemplar hebraicum ad interpretandum. Quae ſingula ſi inter ſeſe comparantur, edictum regium nil continere, quod non omnibus mo-

men-

mentis et intentioni regis et eorum, qui ipfi confilio adfuerunt, accurate refpondeat, facile patebit.

Quo rex ea, quae fibi propofuerat, exfequi poffit, mittit Hierofolyma *Andream* fatellitum praefectum et *Arifteam* ὑπερασπιστήν, et procul dubio Profelytum, cum litteris ad *Eleazarum* datis, quibus favorem et munificentiam erga Judaeos exponit, et deinde declarat, fe propofitum coepiffe, legis judaicae interpretationem bibliothecae fuae inferendi: eamque ob caufam mittat *Eleazarus* delectos viros, ex unaquaque tribu fex, jam aetate provectos, qui per aetatem legum fint periti, et eas accurate poffint interpretari. Jam non inquirimus, num antiquitus orientalibus regibus moris fuerit, litteras publicas non per tabellarios, fed per legatos mittere: facrae paginae exemplis haec dijudicabunt: argumentum potius epiftolae confiderabimus. Admonet Hierofolymitanos de munificentia et benignitate, quam univerfae genti praeftarat; et denique aequivoce fuum exponit propofitum. Quod fi denegaffent, ut apographum hebraicis litteris fieri curaret, verba intelligi poterant, fe folummodo interpretationem litteris graecis fcriptam poftulare. Quaerat vero quis, unde fciverit *Philadelphus*, populum Judaicum in duodecim tribus effe diftinctum, aut quare expreffe fex ex unaquaque tribu poftularit interpretes, ut numerus LXXII. adimpleretur? Rex certe ftatum Judaeorum politicum atque regni judaici conftitutionem haud ignorare potuit. Centum et decem millia amplius Judaeorum in regis erant ditione; *Arifteas* erat profelytus; *Demetrius* ipfe hiftoriam judaicam fcribere ad minimum tentarat: unde rex non potuit non accuratam conftitutionis regni judaici habere cognitionem. Scivit itaque Synedrium Hierofolymitanum conftare LXXII. fenibus, quorum fex fingulas tribus repraefentarent, quorum primas fit ipfe facerdos fummus. Publica vero negotia non a folo facerdote fummo, fed fub auctoritate Synedrii i. e. LXXII. Senum adminiftrabantur. Jam vero rex in eo erat, ut rempublicam judaicam in ditione fua erigeret, quae fecundum leges patrias adminiftraretur. LXXII. itaque fenes fibi expetiit, ut apographum legis publica auctoritate muniretur, atque codex ille auctoritate non minor fit, quam qui Hierofolymis adfervabatur. Ex hoc LXXII. fenum confeffu Synagoga Alexandrina originem traxiffe videtur, quae legem publica auctoritate munitam poftquam accepit, Synedrio Hierofolymitano nullo modo amplius fubjecta fuit; fed callidus rex Judaeos, qui in fua ditione vivebant, ab omni commercio et connexione feu vinculo cum Hierofolymitanis prudenter prohibuit, atque hoc modo regnum peculiare Judaicum fuae poteftati fubjectum, et a Hierofolymitanis feparatum fibi erexit.

Legati Regis.

Refpondet *Eleazarus* fummus pontifex regias ad litteras, et fub initio falutat regem, reginamque *Arfinoem*, et liberos; recenfet accepta munera; et fefe in commodum regi gratificaturos, etiamfi quid praeter ingenium facere oporteat (κἂν ᾖ τι παρὰ φύσιν); fed beneficiis in cives multifariam collatis paria effe referenda, hoftias ftatim immolatas effe regis, fororis et liberorum caufa. Denique ut lex transmiffa una cum iis, qui eam apportarant, remittatur, petit. Haec epiftolae capita. Satis caute refpondet *Eleazarus*, fe defiderio regis fatisfacturum effe, ne ingratus et beneficiorum immemor videatur: attamen contra naturam feu ingenium alias foret, legem divinam exteris transmittere. Quod veritus erat rex, ipfe *Eleazarus* adfirmat, et Regem, nifi tanta beneficia intercefferint, repulfam laturum

Refponfum Eleazari.

 fuiffe,

fuisse, haud subobscure indicat. Mirum quibusdam, qui *Aristeae* historiam impugnant, visum est, quomodo *Eleazarus*, Reginae *Philadelphi* uxoris et sororis germanae mentionem facere, quin et hostias pro illa immolare potuerit. Sed *Eleazarum* sese ex angustiis liberare voluisse apertum est. Vixit *Ptolemaeus* primo cum Regina *Arsinoe* matrimonio junctus; qua repudiata sororem ejusdem nominis *Arsinoen*, et quidem germanam, thoro sibi junxit. *Eleazarus* aut revera ignoravit aliam *Arsinoen* esse repudiatam, et aliam in thorum adscitam, atque hoc modo de Regina et de Regis Sorore ut de duplici persona loquitur; aut si scivit, ignoravit *Arsinoen Philadelphi* esse sororem germanam, eamque tantummodo eidem patri natam credidit; atque sic matrimonium improbare haud potuit, cum Regi legem judaicam et ipsam *Abrahami* historiam transmitteret; aut demum ignorare voluit, et caute rem lubricam non tangit, sed silentio praetermittens sacra pro Rege et Regina facit. Mittit vero, uti Rex postularat, LXXII. senes, ut Synedrium Hierosolymitanum, quin et ipsum Judaeorum regnum et imperium repraesentarent, et quam lubentissime Regi obtemperat, ut dignitatem regni Judaici et Aegyptiis tam splendida et numerosa legatione manifestare possit. Quod legis vero volumen attinet, non, uti Rex, de interpretatione, sed solummodo de transscribendo codice, seu de formando apographo loquitur. Ex omnibus, *Eleazarum* vere scripsisse, se τι παρα φυσιν facere, apparet. Ancipiti certe periculo premebatur. Si data repulsa Regem offenderet, ingratus esset, gentique suae multas causare potuisset calamitates, si Regis spreta benevolentia sese in justam vindictam conjiceret. Et Regi obtemperare contra naturam seu ingenium erat. Ex hisce angustiis simulatione sese liberare voluit *Eleazarus*, sed tortuosas *Demetrii* laqueas evitare haud potuit.

Epistolae. Binae epistolae, tum Regis Aegyptii, tum *Eleazari* responsoria, judice *Hodio* adeo sibi sunt similes, ut unum eundemque auctorem facile prodant; unde utramque ab uno scriptore confictam esse contendit. Damus epistolas sibi accurate respondere; et quomodo aliter fieri potuerit, non videmus: altera est responsoria ad alteram; ex quo inter utramque necessarius sequitur consensus. Verum in ipso loquendi modo dantur diversitates. *Ptolemaeus* interpretationem legis, ἑρμηνειαν, *Eleazarus* tantummodo μεταγραφην indicat. Ille loquitur de lege Judaeorum, hic de sancto legis volumine. Fortassis vero *Eleazarus* lingua hebraica scriptam Epistolam *Aristeae* tradidit, qui illam postea in linguam traduxit graecam, regique autographum Hebraicum una cum versione graeca obtulit.

LXXII. Senes. Redeunt legati, *Andreas* et *Aristeas*, cum epistola *Eleazari*, et donis pro rege acceptis, et cum LXXII. Senibus Alexandriam veniunt. Nomina virorum, quae epistolae subjecta fuerunt, nobis servavit *Aristeas*: sed quales fuere, diversimode determinatur. *Hodius* numerum istum confictum esse credit, adeoque integra historia ipsi fabula esse videtur. Cl. Auctor Apologiae totus in eo est, ut hos omnes Synedrii Hierosolymitani, atque adeo integrum Synedrium fuisse evincat. [c]) Quod si verum esset, gratissimum procul dubio Regi et legatio splendidissima fuisset, si ipsum Synedrium se sua sede movisset, et in Alexandriam eum in finem sese contulisset, ut apographum legis in usum civium Alexandrinorum publice consecraret. Verum haud bene haec sententia cum *Aristeae* verbis consentire videtur: *Elegit ergo Elea-*

c) Dissertat. V. §. V.

Eleazarus optimos et eruditione praeſtantes viros, utpote praeclaris ortos parentibus, qui non ſolum exercitati erant in litteris Judaeorum, ſed etiam in ſtudia et mores Graecorum non ſegnem operam navarant, quique ideo idonei erant ad legationes, et eas obibant cum opus eſſet. Si ipſum Synedrium ex LXXII. viris conſtans in Aegyptum transmigraſſet, nulla certe electio praeſtantiſſimorum, et praeclaris parentibus ortorum locum habere potuiſſet. Si vero ſtatuere vellemus, *Eleazarum* ſecundum Regis deſiderium, e ſingulis tribubus ſex ſenes elegiſſe, et hoc magnis premeretur difficultatibus. Summo jure enim, tribus Judaeorum adeo tunc temporis diſperſas fuiſſe, ut *Eleazarus* minime in tam brevi tempore ex ſingulis, ſex viros huic operi pares conquirere potuiſſet, obvertitur. Melior itaque ſententia eligenda videtur. Elegit *Eleazarus*, ex iis qui Hieroſolymis degebant legis periti, pro numero tribuum LXXII. viros, ut ſinguli ſex eodem modo tribum repraeſentarent, uti in Synedrio Hieroſolymitano e tribu ſex aderant, qui locum totius tribus ſuſtinerent. Miſit illos, et Regi certe perinde fuit, qua ex tribu quisquis natus ſit: nihil aliud intendebat, quam ut lex eadem auctoritate in Alexandria muniretur, qua inter Hieroſolymitanos gaudebat: in huncque finem ſatis erat, ſi a regno Judaico, ſeu a duodecim tribubus delegati eſſent, integrumque adeo regnum judaicum repraeſentarent.

Volumina ſacra.

Apparent LXXII. delegati coram Rege, offeruntque ipſi rotulata volumina ſacra, ſeu membranas, in quibus aureis litteris ſcriptas habebant leges. Detractis tegumentis Rex miratur et tenuitatem membranae, et modum illas complicandi, de libris ipſis quaeſivit, et prae gaudio lacrymas effudit. Reddidit vero accepta volumina, non Senibus, ſed iis quorum munus erat, libros cuſtodire. Quae de aureis litteris, quibus lex voluminibus inſcripta fuerit, refert *Ariſteas*, non cum conſuetudine Judaeorum convenire videntur; quorum ſecundum praeſcripta non licet aureis litteris legem ſcribere. אין כותבין בזהב. *Non ſcribunt litteris deauratis.* [d]) Interim et in Talmude refertur, in codice *Alexandro* dono offerendo ſingula nomina divina auratis litteris exſcripta fuiſſe, quod cum doctis renunciaretur, codicem recondi juſſerunt. Fortaſſis idem ille codex reconditus et repoſitus fuit, qui *Alexandro* dono deſtinatus nunc in Aegyptum miſſus fuit? Lex Judaeorum certe et interpretatio vocis תגנז, ut volumen tale *vaſi teſtaceo incluſum ſepeliatur*, recentior videtur, et fortaſſis in odium erga fallacem Regem excogitata eſt. Ad minimum codices in privatos uſus conſcriptos litteris auratis exſcribere licuit. Nec obſtat *Ariſteam* legem litteris auratis ſcriptam dicere. Liberaliori aliquo modo tum in gloriam dantis tum et accipientis loquitur, ut utriusque magnitudini et ſplendori, muneris ſplendorem adaptaret externum. Caute vero Rex ſibi proſpexit, ut, quae voluit, haberet, ipſaque tradita ſibi volumina ſenibus non iterum credit, ſed bibliothecariis; nec prius iſta in illorum manus redire patitur, quam illi in inſula incluſa, quaſi in honeſta cuſtodia detinerentur.

Dies ſolemnis.

Rex ſenes dimittens, diem adventus ſibi per totam vitam ſolennem et magnum fore, quod et idem ſit, quo contra *Antigonum* victoria potitus ſit, publice declarat. Haec adverſariis graviſſimi erroris *Ariſteam* accuſandi anſam dederunt, ſed, ut nobis quidem videtur, male ſcriptorem intellexerunt, perinde acſi dixiſſet, *Ptolemaeum* eodem die eodemque anno victoria potitum eſſe. Verum error non eſt

d) Maſſechet Sopherim, cap. I. n. 9.

ſcriptoris accuſati, ſed accuſantium. Rex alloquitur Senes: *Hic autem dies, quo vos ad me veniſtis, per ſingulos annos, per totam vitam meam erit mihi ſolennis et magnus.* συνετυχε δε και κατα την νικην ἡμιν προσπεπτωκεναι της προς Ἀντιγονον ναυμαχιας. *Et quia contigit ut ad me veneritis tempore illo, quo ego navali adverſus Antigonum proelio victoria ſum potitus.* Quomodo vero haec intelligenda ſint, ex *Joſepho* apparet: ἐτυχε γαρ ἡ αὐτη ἐιναι της παρουσιας αὐτων, και της νικης, ἡν Ἀντιγονον ναυμαχων ἐνικησε. *Nam fors ita tulit, ut idem eſſet dies eorum adventus et victoriae, quam ipſe de Antigono proelio navali reportarat.* Reſpicit *Ariſteas* praelium illud navale, quod fuit cum *Antigono Gonate* ad *Cycladas* inſulas, quarum altera *Andris*, altera *Cos* vocatur; *Antigonus* vero navium multitudinem adſpiciens οὐκ ἐφη φευγειν, αλλα διωκειν το συμφερον ὀπισω κειμενον, *non fugio, inquit, ſed utile quod retro ſitum eſt ſequor.* [e]) Jam vero *Ptolemaeus* eodem die, quo Senes advenerunt, iis victoriam navalem annunciat: qui quaeſo id fieri potuiſſet, ſi eodem die ejusdem anni victoria potitus ſit? Sed et hoc neque *Ariſteas* adfirmat, neque *Joſephus*: fuit enim dies anniverſaria victoriae, quo advenerunt ſenes; et in memoriam duorum eventuum unius diei, ſed non unius ejusdemque anni, Rex publica ordinat ſolemnia, quotannis in memoriam geſtorum repetenda. Atque ex hisce videmus originem ſolemnium illorum, quae tempore *Philonis* adhuc quotannis Alexandriae celebrabantur, ad quae non ſolum Judaei ſed Aegyptii frequenter conveniebant; illi in memoriam fundatae reipublicae judaicae in Aegypto, hi in memoriam victoriae.

Interpretatio.

Mittimus epulas regias, quibus per dies plures recreantur advenae, mittimus quoque ſubtiles quaeſtiones ſenibus propoſitas, et ab iis accurate dijudicatas, quas forte *Ariſteas*, ut regi adularetur, et Judaeos honoraret, ſecundum conſuetudinem orientalium, ſi non excogitavit, tamen coloravit et expolivit; et quae forte ſenibus eodem modo competunt, ut imperatoribus orationes, quas ad exercitus habuiſſe a *Curtio* dicuntur; ad hiſtoriam interpretationis progredimur. Sed hoc loco nobis *Ariſteas*, ne callida regis conſilia exponens ipſum offenderet, ſimulque myſteria proderet, ſenes vero a rege blanditiis allectos et honore mactatos contemtui exponeret, tergiverſari videtur. Qui ſingula alia tanto verborum apparatu depraedicarat, graviſſimum argumentum atque totius rei cardinem breviori ſermone exponit. Deducuntur LXXII. ad inſulam Pharum in ſplendida domo locati, quotidie ad nonam horam interpretationi operam dant, *Demetrio* ſcribae munere fungente; integrum opus ſpatio LXXII. dierum abſolvunt. Haec ſunt relata; nec alia habet *Joſephus*, niſi quod expreſſe declaret, *transſcriptionem legis et interpretationem ejus* diebus LXXII. eſſe abſolutam. Non omnia ſibi hic bene conſtare, recte monent recentiores critici; ſed ut nobis quidem videtur, minus recte exinde hiſtoriam eſſe fictitiam et ſuppoſititiam concludunt. Si LXX. Senes in eadem domo conjunctim interpretationem ſacrorum voluminum abſolverunt: quomodo exemplaria illorum inter ſeſe conferri potuerunt? quo pacto *Demetrius* ſcribae munere fungi potuit? qui factum ut *Juſtinus*, qui ſua Alexandriae ex ore incolarum acceperat, longe alia referat, ut Hieroſolymitani per quinque Senes Legis interpretationem eſſe abſolutam tradant? Verum haec

e) Plutarch. Vid. Apologia Diſſ. V. §. II.

haec omnia maxime discrepantia quam aptissime sibi invicem respondent, si modo apte, et singula suis locis ponantur.

Explicatio eventuum.

Quae hic δυσνοητα videntur, commode duplici modo conciliantur. Primo contradicunt sibi scriptores Judaici, qui opus Alexandrinum modo quinque modo LXX senioribus addicunt, sed si tempora distinguuntur, omnis evanescit contradictio. Rex *Ptolemaeus* cum videret quanto ipsi suisque subditis sit lex judaica usui, si illius compos fieri possit, primo quinque Senes ad se vocavit, eisque ut ipsi legem Judaicam redderent, injunxit. Qui dum operi manum admovent, et מעשה בחמשה זקנים *opus quinque senum* incipiunt, obvertunt Judaei, esse hoc opus privato ausu coeptum, nulla publica auctoritate munitum, quod in sacros usus conferre recusarunt. Fortassis hi quinque viri solam versionem graecam elaborandam aggressi sunt, a cujus usu majori adhuc jure Judaei hellenistae sacra agentes abhorrebant. Callidus itaque *Demetrius* una cum *Aristea* Regi, cui tum ingentem hellenisticorum Judaeorum multitudinem vi cogere haud consultum esse poterat, aliud suadent. Mittit ergo horum consilio ductus legatos Hierosolyma, qui LXXII. in Aegyptum evocarent, eum in finem, ut legem, uti dubie loquuntur, interpretarentur. Hi vero primum blanditiis allecti, sed postea in cellulas inclusi, citra opinionem mandatum acceperunt, non ut in graecum sermonem verterent textum hebraicum, uti sibi persuaserant, sed ut hebraicum textum graecis scriberent characteribus secundum φωνην non Palaestinorum sed Hellenistarum. Obsequium ipsis suadebat conditio ipsa, et carceres, quibus detinebantur. Scribunt itaque plura exemplaria, quae postquam inter se collata erant, publica auctoritate muniebantur. Hoc peracto negotio jubentur e codice hebraeo-graeco versionem graecam condere, ut Rex vel potius *Demetrius* aliique proceres et provinciarum gubernatores, legem Judaicam legere et intelligere et in regendis Judaeis ad ipsam eorum legem provocare possent. Obtemperant iterum, versionesque elaboratas *Demetrio* describendas tradunt. Hoc modo Rex omnia, quae sibi proposuerat, citra Seniorum opinionem obtinuit, legem Judaicam et reliquos libros sacros, in lingua sancta et authentica, ad usum Hellenistarum, tum charactere graeco tum pronunciatione adaptatos, et publica auctoritate virorum, qui Synedrium repraesentabant, approbatos, et denique versionem in usum eorum, qui diversis in provinciis rebus publicis praeerant. Sed ipsis his interpretibus, cum textum sacrum in graecum sermonem verterent, quid quaeso scribendum erat? Si textum hebraicum ita, ut hebraice scriptus erat, interpretati essent, fraudis accusari potuissent; si vero regi, textum hebraeo-graecum aliam ac diversam admittere interpretationem, indicassent; sine dubio non prius e cellulis vel carceribus dimissi essent, quam codicem hebraeo-graecum restituissent, et ad hebraicum exemplar accurate revocassent. Quid itaque tantas inter angustias agendum? Verterunt ita, uti in textu hebraeo-graeco jam publica auctoritate ab ipsis comprobato, secundum pronunciationem hellenisticam ipsi scripserant. Et fortassis fraude fraudem rependere non dubitarunt.

Alia explicatio perplexorum.

Sed et alio modo, quae hic perplexa videntur, commode diluuntur, dum utrumque Thalmudistarum testimonium conjungimus. Rex inito de transscribendis libris Judaeorum sacris consilio, Senes LXXII. ad se evocat, et cum ipsi primaria de lege mosaica cura esset, quinque Senes segregat, iisque, ut legem scriberent,

 man-

mandat, ipſum verum *Demetrium* hisce quinque viris adjungit, ne quid contra regis voluntatem et propoſitum tentarent. Quae vero in hisce difficultatibus tutior eligenda ſit ſententia, ipſi, qui ſequentia penſitabunt, judicabunt. Singula facta ita expoſuimus, ut *Ariſteam* et *Joſephum*, qui quinque Seniores a LXXII. non diſtinguunt, ſequuti potiſſimum ſimus.

Cellulae. Senes nullius fraudis, nullius doli ſibi conſcii, atque ſumma benevolentia a Rege ſuſcepti ad inſulam Pharum deducuntur, ut operi, ad quod conſummandum venerant, ut nimirum in uſum Regis apographum legis conſcriberent, manus imponerent. Verum ubi huc per pontem et aggerem tranſierant, rem inopinatam offendunt; cellulas inveniunt, in quibus incluſi a communi conſortio et conſilio prohibentur. Quae de cellulis a *Juſtino* Martyre omnium primo referuntur, aliis fabulam, nobis vero calliditatis regiae fructum ſapiunt. *Juſtinus* ad proprium conſpectum provocat: *ἀυτοι ἐν τῃ Ἀλεξανδρειᾳ γενομενοι, και τα ιχνη των οικισκων ἐν τῃ Φαρῳ ἑωρακοτες ἐτι σωζομενα, και παρα των ἐκει ὡς τα πατρια παρειληφοτων ἀκηκοοτες, ταυτα ἀπαγγελλομεν. Sed qui ipſi Alexandriae fuerimus, et veſtigia domuncularum apud Pharum adhuc reliqua viderimus, atque ab incolis, qui res patrias a majoribus per manus ſibi traditas acceperunt, audierimus, commemoramus.* Moris erat apud orientales, ejusmodi domunculas in uſum hoſpitum, qui in illis ſeorſim cubarent, paratas habere. Fuerunt illae certe in inſula Pharus, meminit eorum *Caeſar*, f) et *Hirtius*: *Erat autem non diſſimile, atque Alexandriae genus aedificiorum, ut minora majoribus conferantur. — Caeſar praeda militibus conceſſa, aedificia diripi juſſit.* g) Si vero domunculae iſtae hoſpitibus et advenis paratae eſſent, certe et hi advenae Hieroſolymitani in illis domicilium invenerunt. Separari vero a ſe invicem et in certas claſſes coerceri debuerunt Senes LXXII. ſi integrum opus ad finem perducendum ſit. Quomodo vero LXXII. homines in uno congregati domicilio interpretem unius libri agere potuiſſent? Et ſi iſti omnes in interpretando unico libro e. g. Geneſeos occupati fuiſſent, quomodo intra LXXII. dies integrum codicem abſolvere potuiſſent? Res ipſa itaque, viros iſtos in certas claſſes diſtributos manum operi adhibuiſſe: et prudentia regia, eos, ne commune de fallendo rege inirent conſilium, ſeparari et a conſortio quotidiano et praevia deliberatione prohiberi, ſuaſit. Atque haec ſunt, quae Senes Hieroſolymae reduces poſtmodum *Eleazaro* retulerunt, cujus rei teſtimonium in Talmude extat: שוב מעשה בתלמי המלך שכנס ע״ב זקנים והושיבם בשבעים בתים׃ ולא גלה על מה כנסם. נכנס לכל אחד ואחד מהם׃ אמר להם כתבו לי תורת משה רבכם׃ *Rurſus congregavit rex LXXII. Senes, eisque in LXXII. conclavia introductis non declaravit, quare eos congregaſſet. Adiit autem unumquemque et dixit illis: Scribite mihi legem Moſis magiſtri veſtri.* h)

Interpretatio legis. Non accuratum et diſtinctum regium eſt mandatum. Non determinat, utrum tantummodo lex Moſaica, ſeu Pentateuchus, an vero integra volumina ſacra Judaeorum deſcribenda ſint? Utrumque fieri potuit: nec abhorret a communi conſue-

f) De bello civili. Lib. III. c. 112.
g) De bello Alexandr. XIX. Conf. Apologia Diſſ. I. §. XLIV.
h) Maſſechet Sopherim cap. 1. n. 8.

ſuetudine antiquorum, per vocem legis integra et omnia Veteris Teſtamenti volumina indicare. [i]) Univerſaliori modo vero loquentem regem diſtinctius procul dubio *Demetrius* et *Dorotheus* interpretati ſunt. Referunt Talmudiſtae : מעשה בחמשה זקנים שכתבו לתלמי המלך את התורה יונית: *opus quinque Seniorum, qui ſcripſerunt Ptolemaeo regi legem graece.* Ex LXXII. viris itaque congregatis quinque deputati videntur ad interpretationem legis ſeu Pentateuchi, reliquis vero reliqua volumina, Prophetae et Hagiographa, concredita ſunt. Quinque iſtis vero adjunctus fuit *Demetrius*, ſcribae munere fungens. Sed quid ſingulis ex his muneris demandatum ſit, ex integra forte relatione patebit. Judaei Hieroſolymitani Regem tantum legis ſeu Voluminum ſacrorum apographum deſiderare ſibi imaginati ſunt, eumque in finem volumen ſplendidum obtulerunt. Rex vero ut ipſi ſcriberent mandavit. Neceſſe itaque fuit, ut *primus* e codice Hieroſolymis huc advecto textum ſecundum pronunciationem Palaeſtinorum praelegeret; *ſecundus* vero eundem textum ſine punctis exſcriberet. Quia vero lex quoque litteris graecis et ſecundum pronunciationem Alexandrinorum ſcribenda erat; *tertius* praelecta ſecundum hanc pronunciationem protulit, et *quartus* hebraica graecis ſcripſit litteris ſecundum morem pronunciandi Helleniſtarum. Reſtat adhuc *quintus* e numero Seniorum, et *Demetrius* ſcribens: quid quaeſo muneris hisce concredendum erit? *Quintus* e numero Seniorum textum hebraicum graece vertit, et *Demetrius* verſionem ipſe litteris mandavit. Sed ne haec omnia merae hariolationes videantur, fundamenta conjecturarum exponenda ſunt. In Bibliotheca Alexandrina fuiſſe apographum litteris et charactere hebraico a ſenioribus ſcriptum, e teſtimonio *Tertulliani* quam certiſſime conſtat. *Hodie apud Serapeum Ptolemaei Bibliothecae* cum ipſis hebraicis litteris *exhibentur, ſed et Judaei palam lectitant. Vectigalis libertas, vulgo additur ſabbatis omnibus. Qui adierit, inveniet Deum. Qui etiam ſtuduerit, intelligere cogitur et credere. Primam inſtrumentis iſtis auctoritatem ſumma antiquitas vindicat.* [k]) Adfuit itaque codex hebraicis litteris ſcriptus, cujus uſus quidem publice conceſſus eſt: attamen ne promiſcue cuique pateat, et multitudo aliquo modo a legendo ipſo detineatur, non ſine ſolutione vectigalis acceſſus ad eum liber fuit. Sed quare retinendi lectores ab hoc fuiſſent codice, niſi id in eum finem factum ſit, ut codex graecis litteris ſcriptus, eandem quam publice nactus erat auctoritatem tueatur? Legem vero litteris graecis quoque tunc temporis ſcriptam fuiſſe, Talmudiſtae manifeſte produnt, et propter hunc inopinatum eventum, qui ab ingenio illorum alias abhorrebat, jejunium publicum indixerunt. Interpretes denique non ſolum ſcripſiſſe, ſed et Pentateuchum vertiſſe, conjici poteſt e verbis *Juſtini Martyris* cum *Tryphone* Judaeo colloquentis: Ἀλλ᾽ οὐχὶ τοῖς διδασκάλοις ὑμῶν πείθομαι, μὴ συντεθειμένοις καλῶς ἐξηγεῖσθαι τὰ ὑπὸ τῶν παρὰ Πτολεμαίῳ τῷ Αἰγυπτίων γενομένῳ βασιλεῖ ἑβδομήκοντα πρεσβυτέρων, ἀλλ᾽ αὐτοὶ ἐξηγεῖσθαι πειρῶνται. *Sed minime mihi probantur magiſtri veſtri, qui Septuaginta illos ſenes apud Ptolemaeum Aegyptiorum Regem recte interpretatos eſſe aſſentiri nolunt, ſed ipſi interpretari aggrediuntur.* [l]) Qua ratione haec Judaeo obvertere potuiſſet, niſi Seniores illos non ſolum legem graece, ſed et ἐξη-

i) Apologia Diſſ. I. §. L.
k) Apologet. XVIII.
l) Dialog. cum Tryphone. LXXI.

ἐξήγησιν legis fcripfiffe notiffimum ipfi fuiffet? Confirmantur haec ex ipfa verfione Legis Mofaicae feu Pentateuchi, quae in noftras venit manus. Melius et elegantius verfi funt Libri Mofaici, quam reliqui Veteris Foederis libri: cujus rationem reddit Cl. Auctor Apologiae: „Par erat ut interpretes doctiores in illis adhiberentur; „deinde hi libri magis in ufu erant, magisque triti apud Ebraeos, adeoque magis „diferte funt redditi.„ [m]) A nemine vero hoc majori jure fperari potuit, quam ab ipfis Senioribus; qui ne regem, cum contra ingenium agere coacti fuere, fallere tentarent, *Demetrius* adfuit, qui jam hiftoriam judaicam fcripferat, ad minimum inchoarat, ut omnia audiret, exploraret, et litteris verum verborum hebraicorum fenfum accurate exprimeret. Hoc modo Rex quam tutiffime et fine formidine erroris aut doli legem integram, intemeratam et haud interpolatam adquirere poterat. Nec obftat, hodiernam graecam verfionem etiam veftigia oftendere, quod e codice hebraeograeco confecta fit; et Judaeos loca tredecim in ipfa lege mutaffe dici. Prius enim correctoribus tribuendum eft, qui pofteriori tempore cum codice hebraeograeco verfionem conferentes, illam emendare voluerunt: pofterius vero confentiente ipfo *Demetrio* factum effe videtur, uti infra docebimus. Quod denique *Demetrius* ipfe verfionem graecam fcripferit, fapienter in eum finem conftitutum videtur, ut Judaei prohiberentur, quo minus, quae recte pronunciata et explicata fuerant, falfe et erronee transfcriberent. Hoc modo omnia fatis callide ordinata et inftructa funt.

Auctoritas. Reftat ultimum, communi ut fuffragio lex transfcripta ab omnibus ut lex intemerata et authentica reciperetur. Et hoc multo acumine et felici fucceffu ad finem perductum eft. Conferuntur exemplaria, publice praeleguntur, et ab omnibus ratihabentur. Audiamus *Jofephum:* „*Tranfcripta* lege, et *interpretationis opere* „duobus et feptuaginta diebus abfoluto, Demetrius congregatis eum in locum, in „quo verfae leges fuerant, Judaeis omnibus, praefentibus etiam interpretibus, eas „recitavit. Et multitudo feniores, legis interpretes, approbavit; et Demetrii et„iam inventionem collaudarunt, qui eis magnorum bonorum inventor exftitiffet; „ab eoque petierunt, ut etiam rectoribus legem legendam daret, poftularuntque „omnes, tum facerdos, tum interpretum feniores, et reipublicae adminiftratores, „ut quandoquidem recte haberet interpretatio, maneret ut erat, neve mutaretur. — „Rex libris a Demetrio ut fupra memoratum eft acceptis, eos veneratus, juffit dili„genter curam illis haberi, ut iidem in integro manerent.„ En finem actorum! publice conferuntur exemplaria, ut cuique, antiquam illam Judaeorum legem accurate effe transfcriptam, pateat; praefentes audiunt, et legem ut veram legem agnofcunt; omne opus inventum *Demetrii* effe, qui hoc facto in gratiam regis poenitus rediiffe videtur, agnofcunt, et illud unanimi confenfu laudant: omnes, ut lex tanquam perpetua norma Helleniftarum cuftodiatur, petunt, et Rex idem praecipit. Sic callide excogitatis, et fapienter hactenus deductis corona imponitur. Stabilitum et firmatum nunc erat regnum judaicum in ipfo Regis regno. Separati erant Judaei Helleniftae a Palaeftinis, qui nunc eandem legem, idem Synedrium eademque emolumenta habebant, et caufis, reditum in patriam optandi et quaerendi, plane carebant. Re itaque omni bene gefta, rex Senes blande alloquitur, ut ad fe faepius convenirent ro-

m) Apolog. Diff. I. §. LVIII.

rogat, et tunc honoratos, muneribus oneratos, et nihilo fecius callide fruftratos et e fpe dejectos, dimittit in pace.

De transcripta lege.

Mittimus et nos *Arifteam*, Seniores illos Hierofolymitanos, et leviora quaedam, quae contra hiftoriam ejusque fidem producuntur, e. g. de ingenti pecuniae fumma, quam Rex hunc in finem impendit, aliaque quae forte nobis, qui multa ignoramus, a veri fpecie averfa videntur. Inquirendum nunc eft, qualis illa fit interpretatio, de qua veteres omnes loquuntur, utrum fit verfio facta e codice hebraeo, an vero permutatio litterarum hebraicarum et graecarum? Regem *Philadelphum* interpretationem legis fibi pofcere, Hierofolymitanos in commiffis habuiffe, ut Regi apographum hebraicum traderent, jam fupra obfervavimus. Nunc vero quid factum fit, inquiramus. De Rege ipfo, eum fuadente *Demetrio* non litteras, fed et φωνην i. e. pronunciationem litterarum defideraffe certum eft. Idem et de Senioribus poftulavit, ut ipfi legem *fcriberent.* Scriptores, quorum teftimonia fupra laudavimus, utuntur verbis μεταγραφεσθαι, ἐναρμοζεσθαι, μεθαρμοζεσθαι, quae omnia Hebraeorum כתב accurate refpondent. Ex hisce locutionibus itaque fatis apparet, quod antiquiores fcriptores haud ignorarint, Seniores iftos non meram concinnaffe verfionem graecam, fed quod, etiamfi id non in commiffis habuerint, legem feu facra volumina in graecas litteras transformarint aut transfcripferint; ut adeo Judaeorum verba, *quod lex graece fcripta fit*, proprio et ftrictiffimo fenfu fint accipienda. Praeivit nobis in hac hypothefi adftruenda Cl. *Tychfenius* in erudito Tentamine, [n]) quo Cl. *Kennicottio* multa, et fortaffis plura, quam ipfi accepta funt, fuppeditavit de Codicibus MSS. Hebraicis confilia. Admodum honorifice de tentamine judicat Cl. *J. F. Hirtius.* [o]) Verum alii aliter, et non fine bile, judicarunt, quorum in numero, ut anonymos, qui in Novellis litterariis, feu Ephemeridibus eruditis verba fua fecerunt, filentio praetermittamus, funt fupra jam laudatus Cl. *Starckius*, Cl. *Dathius*, [p]) Cl. *Michaelis*, [q]) Cl. *J. M. Haffencampius*, [r]) et Cl. *Mich. Merckelius*, [s]) quibus Cl. *Tychfenius* refponfa haud denegavit. [t]) Affenfum poftea huic hypothefi a pluribus accufatae praebuerunt Cl. *Grafftmannus*, [u]) Cl. *Semlerus*, [x]) *J. E. Faber*, [y]) *Chr. Aug. Crufius*, [z]) et Cl. *Chr. Fr. Schmidius.* [a])

Verfio graeca.

Verfio graeca, quae in hunc usque diem feptuagintaviralis audit, fi cum textu hebraico authentico confertur, permultis in locis tantopere a textu facro recе-

n) De variis Codicum hebr. generibus.

o) Orientalifche und exegetifche Biblioth. Vol. 2. p. 70.

p) In praefat. ad Prophetas minores lat. verf. Halae 1775. 8.

q) Orientalifche und exegetifche Bibliotb. Vol. V. p. 1-70.

r) Anonymice prodiit: Der entdeckte wahre Urfprung der alten Bibelüberfetzung, Mindae 1775. 8.

s) Freye Abhandlungen, Lipf. 1776. 8. p. 77.

t) Befreietes Tentamen, Roftoch. 1774. 8. Erfter Anhang zu dem befreieten Tentamen, Roftoch. 1776. 8. Critifche Sammlungen, Bützov. Vol. 3. p. 368. 442. 638. Repertorium für die morgenländ. und biblifche Litteratur, Vol. I. part. III. p. 148.

u) Ὑπομνηματα hiftorico-critica ad illuftrandam hypothefin de Codicibus ebraeograecis interpretum graecorum veteris Teftamenti. Halae 1774. 4.

x) Adparatus ad liberalem Vet. Teft. interpretationem lib. 2. p. 248.

y) Beobachtungen über den Orient, tom. I. p. 250.

z) Comment. in Efaiam, Proleg. p. 16.

a) In hiftoria Canonis.

cedit, ut nulla prorfus aberrationis ratio indagari poffit. Anxie in hoc argumento excutiendo defudarunt *Hottingerus*, [b]) *Leusdenius*, [c]) *Carpzovius*, [d]) qui operam revera multoties perdidere, nec feliciori fucceffu gavifus eft *Lud. Capellus*, [e]) et qui veftigia ejus premunt, qui ex erroribus verfionis Textum facrum deturbatum, depravatum, interpolatum aut immutatum probare volunt. Prioribus fi credimus, varias habemus aberrationum caufas. Prima, quod auctores graecae verfionis codicibus ufi fuerint minus emendatis, vel plane non vel vitiofe admodum punctatis, et a puris atque a variis erroribus per *Efram* vindicatis multum diverfis. Verum eft, interpretes faepiffime longe alia legerunt vocalia puncta, quam quae codici hebraeo fubfcripta funt: pro Kamez legerunt Zere, Chireck, Kübbutz; pro Zere, Cholem, vel Patach: pro Cholem, Schureck vel Patach; pro Chirek Patach, Zere, Cholem, Segol, etc. Saepius duas vocales in eadem voce aliter legerunt, et integras phrafes vocalium varietas turbavit. Confonantes litteras eodem modo inter fefe permutarunt, et hoc quidem factum eft litteris non folum, quae quoad externam formam fibi funt fimiles, fed etiam iis, quae externa forma tantopere a fe recedunt, ut prorfus nulla fit fimilitudo. Quis vero, ut credat, Seniores, five quinque, five LXXII. fuerint, a Synedrio Alexandriam transmiffos, adeo deformem et erroribus plenum codicem fecum apportaffe, ut inde verfio formaretur, a fe impetrare poteft? Aut non meliores codices Hierofolymis habuiffent; aut certe religio optimos eligere fuafiffet. Prius nemo unquam probabit; et fi pofterius valet, ipfa caufa figmentum eft, quod omni caret fundamento. *Secunda*, quod interpretes non adeo exquifite grammaticam ebraeam calluiffent, atque ex hoc fonte plures emanarint errores. Verum eft; foecunda eft ejusmodi errorum feges: appellativa fumuntur pro propriis, nomina fubftituuntur pro verbis; vocabula, quorum fonus eft cognatus, permutantur; ebraicae voces graece fcriptae retinentur. Sed per petitionem principii hoc omne interpretibus tribuitur, qui certe cum Palaeftini effent, a teneris unguiculis ad codicem hebraeum affuefacti ejusmodi erroribus haud pares fuere. Reliquas diverfitatum caufas jam non tangimus; refpiciunt nimirum pofteriora tempora et injurias ipfi verfioni illatas. Jam vero fi ftatuimus, codicem Hebraeum a Senioribus Alexandriae graecis litteris et fecundum pronunciationem vulgarem, Helleniftis fatis notam, transfcriptum fuiffe, ex ifto codice hebraeo-graeco verfionem graecam effe confectam, fons et origo omnium aberrationum fua fponte patebit; nec ut vel ad depravatos codices hebraeos, aut ad Seniorum ignorantiam profugiamus, opus erit.

Demonftranda. Omnis itaque res redit ad quaeftionem illam de transformatione characterum hebraicorum in graecos, ex qua fere omnes in Verfione graeca feptuagintavirali aberrationes obviae quam facillime derivari poffunt. Singula vero quae hunc in finem dicenda funt, duo potiffimum fpectant capita. Primo: Seniores litterarum characteres hebraicos in graecos transmutarunt. Secundo: puncta vocalia non fecundum confuetudinem Palaeftinorum, fed fecundum pronunciationem Alexandrino-

rum

b) Thefaurus Philologic. Lib. I. cap. 3. p. 352.

c) Philologus Ebraeo-mixtus, Diff. II. III. et IV.

d) Critica facra, pag. 513. etc.

e) Critica facra, five de variis quae in facris Veteris Teftamenti Libris occurrunt lectionibus Libri fex. Parif. 1650. fol. et Halae 1774. 8. curante G. J. L. Vogel, et poft fata ejus, J. G. Scharfenbergio.

expreſſerunt. Quo vero dicenda eo facilius dijudicari poſſint, ut nonnulla de modo ſcribendi veterum, inprimis quando hebraica graeco charactere expreſſerunt, obſervata praemittamus neceſſe eſt, quibus nonnulla de ipſa characterum forma antiquioribus uſitata, et de genere ſcribendi jungenda veniunt.

Modus ſcribendi

De modo ſcribendi inter Veteres uſitato elegantem habemus *Bernhardi Montfauconii* diſſertationem, de Veteri literarum et vocalium Hebraicarum pronunciatione, *f*) quam, ne lectores ab opere in oris noſtris non frequenter obvio prohibeantur, recuſam dedit *J. C. Wolfius.* *g*) Obſervat ille vir doctus magnum interceſſiſſe veteres inter et recentiores in lectione diſcrimen, et addit: „Immo inter veteres eadem lectionis varietas obſervabatur. Ait enim *Hieronymus*: *Nec refert, utrum Salem* „*an Salim nominetur, cum vocalibus in medio litteris perraro utantur Hebraei, et pro* „*voluntate lectorum ac varietate regionum eadem verba diverſis ſonis atque accentibus* „*proferantur.* Nihil itaque mirum eſt, ſi Maſorethica lectio cum vetuſtiore illa „non prorſus conveniat, ſiquidem Maſorethae eam annotaverunt, quae aetate ſua „et eo loco, ubi verſabantur, uſui erat, quaeque ab antiquiore illa, et ab ea, quae „variis in regionibus uſurpabatur, multum differebat.„ Quodſi vero, ut *Montfauconius*, teſtis hujus rei certe fide dignus, adfirmat, tam ingens diſcrimen fuit inter loquentes, qui ore ſermonem hebraeum protulerunt, majus neceſſario eſſe debet diſcrimen, ſi characteres hebraei, quorum nonnulli graeco charactere haud exprimi poſſunt, ut א. ה. ע., in graecos transformandi fuerunt. Qua vero ratione Helleniſtae id egerint, ut quae Hebraice ſcripta exſtabant, graeco charactere exprimerent, demonſtravit *Montfauconius*, cujus veſtigiis inſiſtimus, ſed ita ut pluribus exemplis majorem varietatum numerum exponamus.

א.

Litterarum.

„אלף. *Euſebius* legit *Alph.* Ait Hieronymus in quaeſtionibus in Geneſin, „hanc litteram ſaepe per ε legi, ſaepius vero per α. Aliquando per ο lecta depre„henditur, ut 3 Reg. I, 5. ארניה Ὀρνιας.„

א cum (ַ) ab initio legitur α. 2 Sam. XXIII. 11. אָגֵא Ἀσα, ubi ג in σ mutatum. Alexandr. Ἀγοα. א in fine ut α, et (ֵ) per ο expreſſum.

א cum (ַ) ab initio αι. Num. XXXIII, 13. אָלוּשׁ Αιλους.

א cum (ֲ) ab initio α. 1 Reg. XI, 17. אֲדַד Αδερ. alterum (ַ) ut ε, et pro ד eſt ρ.

א cum (ֲ) ab initio ε. Eſdr. VIII, 15. אַהֲוָא Ευι. Alexandr. Ευει.

ה in medio eliditur et וא per ι vel ει expreſſum.

א cum (ֲ) ab initio η. Eſdr. II, 59. אַדָּן Ηδαν.

א cum (ֲ) ab initio α. אֲבִי הָעֶזְרִי Jud. VIII, 32. Αβι Εσδρι. ז ut σδ.

f) Tom. II. Hexaplor. Origenis p. 394. Conf. quoque Alphabetum hebraicum vetus. Interpretationes connexionesque nominum Alphabeti ex Hieronymo et Euſebio. C ſententiae veterum ſapientum triplici charactere, Ebraeo, Latino et Graeco ſecundum antiquam ſcribendi conſuetudinem. Omnia recens edita et notis illuſtrata per J. Druſium Aldenardenſem. Editio altera melior et auctior. Franekerae 1606. 4. Singulae ſententiae ita exhibentur, ut ſingulis verbis charactere hebraeo expreſſis ſubjiciatur lectio hebraica, charactere latino, eadem lectio charactere graeco, et denique interpretatio Latina.

g) Bibliotheca hebr. Vol. 2. p. 648.

אֲבִיאֵל 1 Sam. IX, 1. Ἀβιὴλ א cum ( ) ut η.
אֲבִידָע Gen. XXV, 4. Ἀβειδᾶ. (ִי) ut ει.
אֲבִיחַיִל 1 Paral. II, 29. Ἀβιὴλ. ח elisum, (ַי) ut η. Aldin. Ἀβιχαιὰ. pro Λ in fine A.
א cum ( ) ab initio α. אֵהוּד Jud. III, 15. Ἀὼδ. ו ut ω.
א cum (ֵי) ab initio αι. אֵילִים Exod. XV, 27. Ἀιλεὶμ. ים ut εἰμ.
א cum (ֵי) ab initio ο. אֵימִים Deut. II, 11. Alex. Ὀμμιείν.
א cum ( ) ab initio α. אֲבִיָסָף 1 Paral. VI, 22. Ἀβισαφ. י per ι expressum.
אֶגְלַיִם Esai. XV, 8. Ἀγαλλειμ. ( ) ut α. (ִי) ut ει.
א cum ( ) ab initio ε. אֶלְדָּעָה Genes. XXV, 4. Ἐλδαγὰ. ע ut γ.
א cum ( ) ab initio ε. אֱוִיל מְרֹדַךְ 2 Reg. XXV, 27. Ἐβιλμεροδὰχ. ו per β.
א cum (ִי) ab initio ι. אִישְׁהוֹד 1 Chron. VII, 18. Ἰσοὺδ.
א cum (ִי) ab initio ε et αι. אִיתִיאֵל Nehem. XI, 7. Ἐθιὴλ. Alex. Ἀιθιὴλ.
א cum ( ) ab initio α et ε. אִבְצָן Jud. XII, 8. Ἀβαισσὸν. Alex. Ἐβεσσὸν.
א cum (ֹ) ab initio α. אֹהַד Gen. XLVI, 10. Ἀὼδ.
א cum (ֹ) ab initio ω. אוֹנָם Gen. XXXVI, 23. Ὠβὰν.
א cum (ֹ) ab initio αυ. אוֹנָן Gen. XXXVIII, 4. Ἀυνὰν.
א cum (ו) mobili ab initio ω. אָוֶן Amos I, 8. Ὢν.
א cum (וּ) ab initio ου. אוּאֵל Esdr. X, 34. Οὐηλ.
א cum (וּ) ab initio αι. אוּזָל Gen. X, 27. Ἀιζηλ. ( ) ut η.
א cum (וּ) ab initio ευ. אוּזַי Nehem. III, 15. Εὐζαὶ.
א cum (וּ) ab initio ω. אוּפָז Jer. X, 9. Μωφὰζ. cum addito μ.
א cum ( ) ab initio ο. אָזְנִי 1 Chron. VII, 24. Ὠζὰν.

ב.

„בֵּית. Beth. — Omnino respondet β Graeco, atque hodie ut β Graecum „saepe legitur per v consonantem, quando scilicet non est dageschatum.„

Hebraeorum *Beth* graece scribitur β, uti exempla ipsa commonstrant: quorum nonnulla hic in medium producere superfluum foret, nisi ex ipsis exemplis, qui sit versionis graecae genius, commode dijudicari possit.

בא. ab initio. בְּאֵרִי Genes. XXVI, 34. Βεὼρ. Ald. Βηὴρ.
בְּאֵרוֹת Jos. IX, 17. Βηρὼτ. בא ut η.
בג ab initio בִּגְוַי Esdr. II, 2. Βαγουὰι. ב ut α. ו mobile ut ου.
בנ ab initio. בִּנּוּי Nehem. III, 18. Βενεὶ. ( ) ut ε. pro ו positum ν.
בח ab initio. בַּחוּרִים 2 Sam. III, 16. Ald. Βαουρὶμ. ח ejectum.
בַּחֲרוּמִי 1 Paral. XI, 33. Βαρωμὶ. ו per ω.
וּבַחֲצַר סוּסִים 1 Paral. IV, 3. Ἡμισουσεωσὰ.

Confuderunt חצר cum חצי et posterius interpretati sunt, ut inde nomen loci satis lepidum evadat.

בט ab initio בֶּטַח 2 Sam. VIII, 8. Μετεβὰκ. cum retento praefixo מ et transpositis litteris.

בי. ab initio בֵּית אָוֶן Josua XVIII, 12. Βαιθὼν. Alex. Βαιθαὺν. (ֵי) per αι. ו mobile per ω vel αυ.
בֵּית מַרְכָּבוֹת 1 Chron. IV, 31. Βαιθμαριμὼθ.
בֵּית הָעֵקֶד 2 Reg. X, 12. Βαιθακὰθ. Alex. Βαιθακὰδ.

בֵּית חָגְלָה Jos. XV, 6. Βαιθαγλααμ. pro ה est μ.
בֵּית עַזְמָוֶת Nehem. VII, 28. Βηθασμωθ.
בֵּית פְּעוֹר Jos. XIII, 20. Βαιθφογωρ. ע ut γ.
ב cum ( ) ut ο. בִּכְרִי 2 Sam. XX, 1. Βοχορι.
ב cum (.) ut α. בִּמְהָל 1 Chron. VII, 35. Βαμαηλ.
בַּנּוּי Nehem. III, 24. Βανι.
ב cum ( ) ut α. בֶּלַע Num. XXVI, 38. Βαλε.
ב cum ( ) ut α. בְּסוֹדְיָה Nehem. III, 16. Βασωδια.
בְּעַלְיָה 1 Chron. XII, 5. Βααλια. י mobile ut ι.
ב cum (ֹ) ut α. בּוֹצֵץ 1 Sam. XIV, 4. Βασες.
ב quoque scribitur per Graecorum φ, Jerem. 49, 4. זָב fluxit. LXX. Σηφ.

ג.

„גמל Ghimel — Exprimitur semper per γ graecum.„

Quae in contrarium fortassis adduci possint exempla, ubi loco ג Hebraeorum alius graecus character substitutus est, sine dubio ad librariorum errores referenda sunt. Sequantur itaque exempla, quae ad pronunciationem vocalium dijudicandam conducunt.

ג cum ( ) ab initio ut α גַּחַם Gen. XXII, 24. Γααμ.
ג cum ( ) ab initio ut ε. גָּזַז 1 Paral. II, 46. Γεζονε.
ג cum ( ) ut α. גַּחַר Esdr. II, 47. Γααρ. ח ut α.
ג cum ( ) ut ο. גַּעְתָּם Genes. XXXVI, 11. Γοθωμ. ( ) ut ω.
ג cum ( ) ut ε. גֵּרְשֹׁם 1 Paral. VI, 1. Γεδσων ם ut ν. ר ut δ.
ג cum ( ) ut α. גֶּבַע Jos. XVIII, 24. Γαβαα. ע ut α.
ג cum ( ) ut α. גִּיחַ 2 Sam. II, 24. Γαι.
ג cum ( ) ut ε. גִּלְבֹּעַ 1 Sam. XXVIII, 2. Γελβονε. ע ut ν.
ג cum ( ) ut α. גִּבְעַת Jos. XVIII, 28. Γαβαωθ.
ג cum (ּ) ut αυ. גּוּנִי Num. XXVI, 48. Γαυνι.
ג cum ( ) ut α. גִּדְגֹּד Deut. X, 7. Γαδγαδ.
ג cum ( ) ut ε. גְּדוֹר Jos. XV, 58. Γεδδων. ר et ג permutantur.

Exempla vero ubi per κ exprimitur sunt Gen. X, 25. פֶּלֶג φαλεκ coll. Luc. III, 35. et per χ Gen. XI, 20. שְׂרוּג Σερουχ coll. Luc. III, 36. Sic et 2 Paral. XXXIV, 20. הבגדים vestes, scriptum fuisse videtur αβεκαδειμ quia LXX. τας εντολας הפקדים verterunt.

ד.

„דלת Daleth. — Legitur per δ ubique.„
ד cum ( ) ab initio ut α. דִּינָיֵא Esdr. IV, 3. Δαναιοι. Ald. Σαναιοι.
ד cum ( ) ut α. דְּעוּאֵל Num. I, 14. Ραγουηλ.

Nec desunt exempla quae produnt, ד per graecum Σ vel Z exprimi. Jos. VIII, 18. 24. כידון Theodoret. Γαισον. Hos. IX, 6. מחמד Μαχμας. Num. XXXIV, 29. אלידד. Ald. Ελδας Esdr. IV, 9. דהוא. Ald. Σαναιοι.

ה.

„הא He. Eusebius et Cod. Jes. una litera η exprimunt, postremus vero „cum spiritu ἡ. — Haec porro littera saepe per ε exprimebatur, saepe etiam per

 „α

„α teste Hieronymo Quaest. in Gen. Cantic. autem VII, 6. ברהטים quidam vetus „interpres βεϱατειμ.„

Littera ה Graecis poenitus ignota, quando in nominibus propriis occurrit, modo ejicitur et per vocalem α exprimitur, modo poenitus una cum subjecto puncto vocali tollitur, modo in aliam transformatur litteram.

ה cum (ַ) ut α. הָאַשְׁדּוֹדִי Jos. XIII, 3. τῳ Ἀζωτιῳ.

הַסְּנָאָה 1 Chron. IX, 7. Ἀσινου.

ה cum (ֵ) הֵגָא Esth. II, 18. Γαι.

ה cum (ֹ) הוֹד 1 Chron. VII, 27. Ωα. Ald. Ἰηουδ.

הוֹדַוְיָה 1 Chron. V, 27. Ωδουια.

ה immutatum חָרִם 1 Chron. IV, 8. Ιαϱιν. Alex. Ιαϱειμ.

ו

„וו Vav. — Haec littera nunquam consonantis vice fungitur in fragmen- „tis per Graecos descriptis, nec fungi posse videtur, quandoquidem initio vocum „exprimitur per ου, ουαεει ויחי et vixit, ουεσσακη, וישקהו et osculatus est; in medio „autem et fine vocum modo per ου, modo et quidem frequentius per ω redditur, „qua de re infra.„

Interdum in locum hujus litterae alius substitutus videtur: et in medio quoque per β vel υ exprimitur.

וָהֵב Num. XXI, 13. Ζωοβ (ָ) et (ֵ) ut ο.

וָפְסִי Num. XIII, 14. Σαβι. Alex. Ιαβι.

דוד 1 Sam. XVI, 11. Δαυιδ.

ויזתא Esth. IX, 9. Βαιζαθα.

קברות תאוה Num. XI, 34. Καβϱωθαβα.

ז

„זין Zain. — omnes per ζ reddunt.„ Non omnes, sed etiam per Σ exprimitur. Nec desunt exempla, quae et per Δ et T expressum esse indicant.

זְאֵב Jud. VII, 25. Ζηβ.

זֵתָם 1 Paral. XXIII, 8. Ζηθαν.

זוחת 1 Paral. IV, 20. Ζωαν, Ζωαβ.

זִיזָא 1 Paral. IV, 37. Ζουζα.

זַמְזֻמִּים Deut. II, 20. Ζοχομμιν. Ζομζομμειν.

זַעֲוָן Gen. XXXVI, 27. Ζουκαμ.

זפרנה Num. XXXIV, 9. Σεφϱωνα. Vat. Δεφϱωνα.

ח

„חית Hheth. — Hanc litteram LXX. legebant per χ *Chi*, ut notat Hie- „ronymus Quaest. in Genes. ut חם Χαμ. Et in Jeremiam cap. 19, 2. de voce „הרסית haec habet: *Et pro porta fictili, Aquila, Symmachus, et Theodotio ipsum* „*verbum hebraicum posuerunt* Harsith, *pro quo LXX. juxta morem suum pro aspira-* „*tione* Heth *litterae addiderunt* Chi *graecum, ut dicerent* Charsith *pro* Arsith, *sicut* „illud est pro Hebron, Chebron, *et pro* Jeriho, Jericho, *et similia.* Alii, maxime „Aquila, pro aspirata habent; ac ut verisimile est, initio dictionum per spiritum den- „sum indicabant, licet jam spirituum hujusmodi commutationes multae, maxime

„in

„in nominibus propriis, deprehendantur; quia enim olim Origenis tempore, et aliquod post Origenem saeculis, exemplaria omnia fine fpiritibus et accentibus „defcribebantur, quando haec annotari coeperunt, Calligraphi eos fpiritus in no„minibus propriis pofuerunt, qui primum in mentem veniebant. — In medio „dictionum literam ח nonnifi per vocalem exprimebant: unicum tamen reperitur „exemplum, ubi Symmachus vocem אחים ωχειμ legit, nempe Ifai. 13, 21. Initio „vocum, ut dixi, vocalem, qua litteram ח exprimebant, afpirare folebant; ea por„ro vocalis erat α, aliquando ε. Sic Genef. II, 14. ἐδδεκελ, חדקל Tigris, Jofuae „XV, 30. חרמה ἑρμα et fimilia: faepius autem α, ut 4 Reg. I, 2. Aquila Ἀαζια „אחזיה, qui dicitur *Ozochius* ab Hieronymo et LXX. et Pf. IX, 7. ἀρβωδ חרבות „et Pfalm. CIII, 17. ἀσιδα חסידה et Jerem. XIX, 2. A. S. Th. ἀρσιθ חרסית ut fu„pra. In medio, five poft primam litteram vocis, frequentius ε vel η. Genef. V, 5. „ουαεει ויחי *et vixit*. 3 Reg. I, 9. A. S. ζωελεθ זחלת. Pfalm. VII, 15. ιεβαλ יחבל „Ifai. XV, 5. A. λουειθ; לוחית, nomen proprium. Aliquando etiam α, ut 4 Reg. „I. In fine autem vocum ε et η fere exprimitur, nifi fequatur ה paragogicum. „Sic Genef. III, 8. λαρουη לרוח *ad fpiritum*, vel *ad auram*. Pfalm. VIII, 1. λαμ„μαναὅσα למנצח *Victori*. Pfalm. XLVIII, 1. Κορε קרח Deut. XVI, 1. A. φεσε „פסח Phafe vel Pafcha. Malach. XI, 13. μασβηη מזבח *Altare*, et ibidem לקחת „λανεθ. Aliquando etiam praeponitur α ante ε. ut Reg. XI, 6. A. μεσαε מסח.„

Et in ipfa verfione Septuagintavirali exempla occurrunt, ubi littera ח in medio non per vocalem, ut *Montfauconius* perhibet, fed et per aliam litteram exprimitur. 2 Reg. XVI, 1. אחז Ἀχαζ. 1 Paral. IV, 8. אחרחל Ρηχαλ, ubi litteras את graece A pro ח vel A articuli habuerunt. Sic et in fine per κ exprimitur 1 Sam. IX, 1. אפיח. Vatic. et Compl. Ἀφικ.

Exemplis ab auctore allatis fubjungimus alia inprimis ex verfione feptuagintavirali petitis, ut quo diverfo et faepius mutato fono littera exprimatur, eo facilius dijudicari poffit.

ח cum (ֲ) ab initio α. חֲשֻׁם Efdr. II, 19. Ἀσουμ.
ח cum (ֲ) ab initio α. חֲמוּאֵל 1 Paral. IV, 26. Ἀμουηλ.
ח cum (ֲ) ab initio α. חֲנַנְאֵל Nehem. III, 1. Ἀναμεηλ.
ח cum (ֲ) ab initio αι. חֲמָת Num. XIII, 22. Ἀιμαθ.
ח cum (ֲ) ab initio ε. חֲכִילָה 1 Sam. XXIII, 19. Ἐχελα.
חֲוִילָה Gen. X, 7. Ἐυιλα.
ח cum (ֵ) ab initio αι. חֵילָם 2 Sam. X, 16. Ἀιλαμ.
ח cum (ֶ) ab initio α. חֶבֶר 1 Paral. VII, 31. Χαβερ.
ח cum (ִי) cum praepofito α. חִיאֵל 1 Reg. XVI. 34. Ἀχιηλ.
ח cum (וֹ) ab initio ο. חוֹבָב Num. X, 29. Οβαβ. Ald. Ιωβαβ.
חֹרִי Genef. XXXVI, 22. Χορρι.
ח cum (ֲ) ab initio ε. חֲבָיָה Nehem. VI, 63. Ἐβια.
ח cum (וּ) ab initio ο. חוּפָּם Genef. XXVI, 38. Ὀφαμ.
חוּר Exod. XVII, 10. Ὡρ.
ח cum ( ) ab initio α. חֻשִׁים Genef. XLVI, 23. Ἀσομ.
ח cum (ֻ) ab initio ο. חֻלְדָּה 1 Reg. XXII, 14. Ὀλδα.

ט.

,, טית Teth. — legitur τ apud veteres. — Sic Pf. CIX. 4. ταλ, טל τοι, ,, Pf. VIII, 6. ματ מעט Deut. II, 3. A. σεττιμ שטים et Ifaiae XXVI, 4. βατου Βατοου בטחו, בטוח,, Scribitur etiam per ϑ Graecorum 2 Sam. V, 16. אליפלט Ἐλιφαλαϑ. Vulgata Eliphaleth.

ט cum ( ) α. טָבאל Efdr. IV, 7. Ταβεηλ.

ט cum ( ) α. טֶבַח Gen. XXII, 24. Ταβεκ.

ט cum ( ) α, טְבַלְיָהוּ 1 Paral. XXVI, 11. Ταβλαι. Alex. Ταβελιας.

ט cum (ׂ) ω. טוב ארוניה 2 Paral. XVII, 8. Τωβαδονιας.

י

,, יוד Jod. — Mobile redditur per ι ab omnibus. De quiefcenti infra.,, Redditur quidem per ι feu jota, quod confonantis litterae vim habet, fed non ubivis eodem fono effertur, quem typus maforethicus offert: interdum et י ab initio plane exterminatum eft. 2 Sam. V, 15. יִבְחָר Ἐβεαρ. Genef. 46, 14. יחלאל Αχοηλ, 1 Paral. XV, 18. יעזיאל Ὀζιηλ. 1 Paral. VIII, 14. ירמות Ἀριμαϑ. Jof. XV, 55. יטה Ιταν. Exprimitur quoque per γ. Efai. X, 28. עית Ἀγγαι. 1 Sam. XXX, 27. יתר Vulg. Gether.

כ

,, כף Chaph. — Ab interpretibus adfpiratur femper. — quod fi bis terve ,, contrarium occurrat, id poteft Librariorum ofcitantiae adfcribi.,, Ut Genef. X, 4. כתים Κητιοι. Ezech. I, 2. יויכין Ιωακειμ. Littera per κ Graecorum exprimitur, atque loco Scheva Hebraeorum tam α quam ε fubftituitur. Caph dagefchatum duplici littera fcribitur 2 Paral. IV, 17. סכות Σοκχωϑ. Jud. I, 31. עכו Ἀκχω.

ל

למד Lamed per Graecorum λ exprimitur: fed quam frequentiffime cum Hebraeorum ד confunditur, quod ex forma litterarum Λ et Δ haud diffimili derivandum. Num. III, 24. לָאֵל Δαηλ. ל cum ( ) communiffime per fyllabam λα redditur. Gen. XXV, 3. לְטוּשִׁים λατουσιειμ. לְאֻמִּים λαωμειμ, ita et (.) Jof. XIX, 26. לבנת λαβαναϑ.

מ

מם. Mem. Per Graecorum μ exprimitur, fed in terminatione plurali loco μ faepius γ fubftituitur, quia a terminatione ιμ abhorret graeca lingua. Puncta vocalia litterae fubjecta quam frequentiffime in fcriptione graeca permutantur, pro ( ) eft α, pro ( ) αι, pro ( ) α, ε, pro ( ) ε, et v. v.

נ

נון Nun. Per ν graecum exprimunt omnes. Vocales vero interdum permutantur. e. g. Jud. VIII, 11. נֹבַח Ναβαι. Alex. Ναβεϑ.

ס

סמך Samech. Omnes legunt per σ. Interdum vocalis praemittitur. Nehem. VII, 47. סיעא Ἀσουια. (ִ) manet 2 Reg. XVII, 4. סא Σωα. (ֹ) manet, 1 Paral. VII, 36. סוּחַ Σουε, et mutatur, Num. XXV, 14. סָלוּא Σαλω.

ע

ע

„עין Ain. — LXX. Intt. haud raro per γ exprimunt. A. γαυε. עוה. Ali-
„ſi et literam et motionem frequentius per ε, nonnunquam per α reddunt. Sic Gen.
„II, 8. עדן Ἐδεν. Gen. XXVIII, 19. Ἐιρ עיר. Jof. VII, 2. εμεκ עמק. 1 Reg. XVII, 18.
„A. ερευβα ערבת. 3 Reg. IV, 12. מעבר LXX. μεεβερ. 4 Reg. I, 2. עקרון εκρων. Pf.
„XLVI, v. ult. עם εμ cum. — Pf. XC, 9. ελιων עליון Ifai. LXIV, 5. Theod. εδδιμ
„pro עדים. Et fic alibi. Per α autem Gen. III, 5. αρων ערום nudus. Jof. VII, 24.
„αχωρ עכור. Pf. VIII, 1. על αλ. Pf. LXXIV, 4. αμουδα עמודיה. Pf. LXXV.
„ανιη עני. Pf. XLVIII, 6. עון αων. ib. v. 12. αλη עלי. Ifai. XVI, 1. Theod. αρ ער.
„— In medio autem vocum feu poft primam litteram modo per ε, modo per α, et
„quidem frequentius exprimitur per ε. Malach. I, 13. תעשׁ θεσου. Ofeae XI, 1.
„νερ נער; per α Pf. VIII, 6. ματ מעט. Pf. IX, 7. βααλιηλ בעליל. 4 Reg. I, 2.
„βαλ בעל. Ifai. XXVI, 2. σααρειμ שערים. In fine autem vocum per ε fere femper
„legunt, nifi fequatur ה Paragogicum five Heemanticum: nam tunc per α legitur
„1 Paral. VII, 26. ιησουε יהושע. 4 Reg. XI, 4. יהוידע f. LXX. Ιωδαε. 4 Reg. XIII,
„34. A. ανε הנע: aliquando tamen per α. Deut. I, 38. o. Ιησουα יהושע et Jofuae
„XV, 26. σαμαα שמע „

Praeter vocalem α et ε pronunciatur etiam littera alio fono, inprimis fi nota vocalis ab α et ε diverfa fequatur. Ruth IV, 17. עובד Ωβηδ. 1 Paral. XV, 1. עודד Ωδηδ. Jof. XII, 15. עדלם Ὀδολλαμ. 2 Sam. VI, 3. עזא Ὀζα. Gen. X, 23. עוץ Ουζ. Commutatur frequentiffime in γ. Gen. X, 28. עובל Compl. Γεβαλ. Genef. XXVI, 23. עיבל Γαιβαλ. עלון Γωλαμ. 1 Paral. IX, 4. עותי Γνωθι. Gen. XXXVI, 3. עוית Γελθαιμ. v. 23. עלון Γωλαμ. Genef. II, 18. רעו Ῥαγαυ. Nec defunt exempla, quae per σ litteram effe expreffam commonftrant. Num. XXXIII, 34. עברונה Σεβρωνα. 1 Reg. IV, 14. עדוא Σαδδω 1 Paral. IX, 4. עמיהוד Σαμιουδ.

פ

פ. Veteres omnes interpretes פ per φ femper efferunt: fubjectae vero vocales faepiffime permutantur. Num. I, 10. פדהצור φαδασουρ. Jud. VII, 10. פרה φαρα. Sed et per β et π effertur. פתואל βαθουηλ. Joel I, 1. et Dan. XI, 45. אפדנו Ἀπαδανω.

צ

צ Tfade. Omnes interpretes per σ legunt.

ק

„קוף Kuph. Veteres per κ exprimunt. Si fecus aliquando reddi obfervetur, videlicet per χ, puto id librariorum ofcitantia accidiffe.„

E. g. Ezech. XXIII, 23. וקוע Υχουε. ubi Ald. Κουθ. Jof. XV, 22. קינה Ικαμ.

ר

ריש. Per ρ exprimitur, fed faepe cum ד confufum deprehenditur.

ש

שין. Veteres femper σ legunt, five dextro five finiftro puncto fit notandum.

Sed et per ζ et θ expreſſerunt. Gen. XXII, 22. כשר. Compl. χαζαθ. Alex. Χασζαδ. Vatic. χαζαδ. Jud. I, 35. שלבים Θαλαβιν.

ת

תו. Veteres femper per ϑ reddunt. Verum non plane defunt exempla, Tau in fine per ς effe expreffum. Jof. XIX, 20. רבית Ῥεβες, v. 21. רמת Ῥεμμας. item per δ Gen. II, 14. פרת Compl. Φοραδ. Alex. Ἐυφρατης; per τ Ezech. XXX, 18. תחפנחס Ταφνας. Ab initio vero et per Σ fcribitur 1 Chron. VII, 10. תחת. Vatic. Σααδ.

Vocalium. Quam varii Interpretes in exprimendis vocalibus textus Maforethici fuerunt, fupra jam adlata exempla commonftrant. Contulimus fupra inprimis ad priores Alphabeti hebraici litteras plura exempla, et ftudiofe illa conquifivimus, in quibus ingens vocalium difcrimen inter fcripturam maforethicam et hebraeo-graecam obvium eft. Multa eundem in finem congeffit *Montfauconius* exempla, quorum e numero nonnulla tantummodo in noftras transferre res voluimus. Pro α Graeci legunt ε. Pf. CIX, 4. ילדתך Ιελεδεϑεχ. Pro ε vero legunt α. 1 Reg. XVII, 1. אפס ἀφες. Kamez affixi ך litterae praemittunt Pf. XLIV, 8. אלהיך ἐλωαχ Efai. XLII, 3. בך βαχ. Pro α legunt ο. Pf. XVII, 1. דמים δομμιν. Scheva Hebraeorum faepius omittunt, faepius ut e, vel a legunt, dum pro fcheva initiali fequentem vocalem fubftituunt. Pf. XLVIII, 5. למשל λαμασαλ. Jod Hebraeorum per ι exprimunt, quod in plurali nominum terminatione faepiffime diphthongefcit ειμ vel ειν. 2 Reg. XIV, 26. מאתים μαϑαειμ: quiefcens vero in Tfere per η redditur, fi vero poft vocalem α jacet, per fimilem exprimitur. Pf. LXXV, 4. מלחמה μαλαμα. Schureck Hebraeorum quam faepiffime per ο et ε redditur, id quod et τω Cholem accidit: 1 Sam. XIII, 18. צבעים LXX. Σαβειμ. Deut. IV, 43. גולן Vatic. Γαυλαν.

Scriptio continua. Reftat denique, ut et de characterum graecorum formis, quibus fcriptores eo tempore, quo Verfio Septuagintaviralis in publicum exiit, ufi funt, nonnulla annotemus. Falluntur, qui in illis antiquiffimis temporibus eosdem litterarum ductus, eundemque modum fcribendi quaerunt, qui vel hodie typis exprimitur, vel in MStis recentioris aut medii aevi oftenditur. Character ille antiquiffimus omni ex parte ab hodierno recedit, uti ex fpecimine aeri infcripto apparet, quod Cl. *Tychfenius* Tentamini fuo praemifit. Plures diverfosque Graecorum characteres collegit Auctor Differtationis, quae *Montfauconii* Palaeographiae graecae adhaeret. [a]) Litterarum formae antiquiffimae accedunt ad formam litterarum uncialium, quae in antiquiffimis adhuc inveniuntur MStis Codicibus. Singula vero fcriptione continua exarata olim fuere; fingula verba non, uti hodie folemus, fpatio feparata fcripta funt, fed una connexione voces conjunctae fuerunt. Verfio Septuagintaviralis eodem modo fcripta fuit: quia et autographum, ex quo ipfa verfio confecta eft, jam eodem modo fcriptum fuiffe exempla fatis produnt.

Gen. XXI, 8. צפנת פענח. ψοντομφανηχ.

— XXVIII, 19. ואולם לוז *Veruntamen Luz.* Ουλαμλουζ.

Num. XXXIV, 11. משפם הרבלה Σεπφαμαρ βηλα.

Jof. XI, 2. בנפות דור *in tractu Dor*, Φεναεδδωρ. Alex. Compl. Ναφεϑδωρ. Ald. Ναφεδδωρ.

— XV, 6. בית הגלה βαιϑαγλααμ.

— — 23. חצור ויתנן Ἀσοριωναιν.

Jof.

a) De prifcis Graecorum et Latinorum Litteris.

Jos. XIX, 8. בעלת באר רמת βααλσεῤηῤαμμὼθ.
— XIX, 27. אל כבול משמאל *Ad Cabul sinistrorsum.* Εις χωμαμασομελ.
Jud. III, 8. כושן רשעתים Χουσαρσαθαιμ. Compl. Χουσαυρεσαθαιμ.
1 Reg. IV, 12. אבל מחולה Σαβελμαουλα.
2 Reg. II, 14. אף הוא *etiam ipse.* Ἀφφω.
— X, 12. בית העקד Βαιθακαθ. Alex. Βαιθακαδ Ald. Βαιθακαλ.
1 Paral. IV, 22. הדברים עתיקים *res veteres.* Ἀβεδδεϱ εἰς μαθουκιειμ. Ald. Ἀβεδ-δηϱ εἰς μαθουκιμ.
— — 31. ובבית מרכבות. Ἐν Βαιθμαϱιμωθ. Alex. Βαιθμαϱχαβωθ. Cant. Βεθμαϱκαμωθ. Compl. Βεθμαϱχαβωθ. Ald. Βεεχαϱχαβωθ.
ובחצר סוסים. Ἡμισουσεωσιν. Alex. Ἡμισυεωσιμ. Cant. Ἡμισυσεσσωσιν. Compl. Εσεϱσουσιμ. Tres editiones vocem חצר per ἥμισυς interpretantur, Aldina vero ipsum hebraicum verbum graece scriptum servat.
ובבית בראי ובשערים. καὶ οἴκου Βαϱουσεωϱιμ. Alex. Βαϱουμσεωϱειμ. Compl. ἐν Βεθβαϱει καὶ ἐν Σαϱειμ.
2 Paral. XVII, 18. טוב ארוניה Τωβαδωνιας.
Esdr. II, 32. בני לד הדיד υἱοὶ λεδαδι.

Plura hujus scriptionis exempla subministrat *Capellus*, *b*) ut variantium lectionum cumulum adaugere queat.

Specimina et exempla jam jam a nobis in medium prolata commonstrant maximam diversitatem pronunciandi intercessisse inter Palaestinos et Alexandrinos Judaeos. Cum vero itaque consentiunt, quae *Demetrius* de tam diverso modo pronunciandi ad Regem scripsit. Si vero nomina propria eaque notissima tam diverso modo prolata fuere, idem certe et aliis vocibus accidit, ut adeo Alexandrinus textum sacrum a Palaestino quodam praelectum intelligere haud potuerit. Ex ipsa vero vocalium et litterarum frequentissima permutatione sequitur porro unam eandemque vocem alium habere posse significatum, si a Palaestino pronunciatur, et alium, si idem ab Alexandrino factum est. Quodsi denique textus hebraicus graecis litteris uncialibus et continua scriptione scriptus fuerit, cur voces in quibus litterae א. ה. ח. ע. occurrunt, tam frequenter permutatae, voces distinctae in unam compactae, et aliae voces hebraeae sermoni graeco insertae fuere, ratio reddi quam facillime poterit. Jam vero, quid factum sit, inquirendum erit. Consectaria.

Seniores e Palaestina Alexandriam cum codice sacro Hebraeo missos jussu Regis et vi coactos litterarum formas permutasse et textum hebraicum charactere graeco, quantum fieri potuit, et secundum pronunciationem Alexandrinis consuetam, expressisse statuimus. Fatemur quidem, nullum distinctum et expressum in scriptoribus antiquis, si Talmudistarum exceperis testimonium, de codicibus ejusmodi Hebraeo-graecis inveniri testimonium. Verum et ne hoc quidem hypothesi nostrae opponi potest. Ponamus, *Aristobulum*, aut *Josephum*, aut *Justinum*, vel si quis alius sit, expressis hoc confirmasse verbis. Quid quaeso Adversarii responsuri essent? Sine dubio omnem et hisce denegaturi essent fidem, qui omnes testes, qui de *Ptolemaeo* et de versione Graeca sub ejus auspiciis confecta, diserte loquuntur, erroris gravissi- Probanda.

 mi

b) Critica sacra Lib. IV. cap. XIV. p. 686.

accuſant? Interim, ſi rem totam accurate ponderamus, non deſunt hujus rei teſtimonia; quae hypotheſi noſtrae fidem conciliant.

Quomodo exotica ſcripta ſint?

Antiquiſſimis ſcriptoribus id moris fuiſſe, exotica charactere ipſis ſcriptoribus patrio exprimere, plura demonſtrant exempla. „Hunc litteras exoticas graecis „characteribus exprimendi morem, non modo Ptolemaei aetate, ſed etiam ante „eam adhibitum fuiſſe, ex ſupra dictis conſtat. Veſtigia quoque hujus conſuetudinis „paſſim apud ſcriptores graecos v. c. *Antipatrum*, qui in Anthologia Lib. III. cap. 25. „n. 70. in epigrammate in Meleagrum Tyrium *σαλομ* (שלום) et *αὐδονις* (ארוני) „habet, ut et apud *Plautum* et *Perſium* manſerunt. Ad Judaeos praeſertim quod at„tinet, conceſſum ipſis erat (vid. Tr. Schabbath fol. 115. 1. lin. 29.) legem ſcribe„re NB. litteris גיפטית Aegyptiis ſeu Copticis, מרית Medicis, עיברית transfluviali„bus, forte Phoeniciis, עילמית Elamiticis, יוונית Graecis, ut eo melius Judaei in„ter has nationes diſperſi, ſuis adſueti characteribus propriis eam legere, aut ex ea „in publicis conventibus praelegere poſſent: quoniam non tantum Judaei extranei „ob dialectorum affinitatem, aut ob cognitionem dialecti affinis cujusdam, textum „hebraeum quodammodo intelligere poterant, ſed etiam officio ſuo rite ſatisfeciſ„ſe cenſebantur, ſi verba Hebräea, ut pſittacus ſuum *χαιρε*, licet illa haud intelli„gerent, recitarent.„ c) Graeci interpretes *Aquila*, *Symmachus* et *Theodotion*, hebraicas voces, non ſolum nomina propria, ſed et alias communis ſignificationis voces graeco exſcribunt charactere, quoties ipſis viſum eſt ad fontem recurrere. Idem et *Hieronymo* moris fuit. Voces hebraicas, quas ſtudioſe interpretatus eſt, non charactere hebraeo ſed latino expreſſit. In antiquiſſimis quoque Vulgatae Verſionis Codicibus MStis, uti et in antiquiſſimis editionibus, in Prologo in Danielem graeca nonnulla charactere latino redduntur. In *Blanchini* vindiciis canonicarum ſcripturarum et Codice Veronenſi ſiſtitur Pſalterium Graecum charactere Latino expreſſum. Quodſi itaque Codex ſacer Hebraeus tempore *Ptolemaei Demetrio* ſuadente ita in graecum transſcriptus ſit, ut non ſermo ipſe, ſed tantummodo characterum formae permutatae ſint, nihil certe factum eſſet, quod a moribus iſtius ſeculi alienum pronunciandum ſit. Exotica propriis litteris exarata in aliam transfundere formam, et vulgari charactere ea lectoribus offerre, quae alio modo ipſis incognita manſiſſent, non a conſuetudine antiquorum ſcriptorum abhorret.

Graeca ſcriptio libr. ſacr.

Auctores Verſionis Septuagintaviralis eundem morem exotica ſcribendi charactere notiori obſervarunt. Ex iis, quae ſupra attulimus exempla, non ſolum nomina propria Graece ſcripta, ſed et ad pronunciationem Helleniſticam ſeu Alexandrinam eſſe transformata, apparet. Qui Palaeſtinis vocabatur שַׁפְּעַי Alexandrinis *Σαφαι*, illis שְׁמַעְיָה his *Σαμαιου*, illis יָחְבָּה his *Ιαβα*. Simili modo alia verba hebraica ab interprete retenta civitatem graecam nacta ſunt, dum litteris graecis et ſecundum pronunciationem Helleniſtarum expreſſa ſunt. e. g. Joſua XI, 2. ובנפית דור *et in tractu Dor*. LXX. *φενεδδωρ*. Jerem. XXXVIII, 14. אל מבוא השלישי. *εἰς οἰκιαν ἀσαλισαηλ*. Alex. *Σαλαθιηλ*. Nunquam quisquam certe, ut mihi quidem videtur, vocem השלישי in *ἀσαλισαηλ* transformaſſet hebraicamque vocem ita graecis expreſſiſſet characteribus; niſi ipſi hebraica graece ſcribere conſuetudini fuiſſet. Quin

c) *Tychſenii* tentamen p. 62.

Quin et, ſi interpres hebraicum textum hebraico charactere ſcriptum ante oculos habuiſſet, et tam tritum notiſſimumque verbum השלישי in nomen proprium domus cujusdam transformaſſet: interpreti certe haud ſanum fuiſſet ſynciput, atque certe tria, ut ajunt, numerare ignoraſſet. Veniam vero meretur, ſi codicem hebraeograecum oculis ſubjecit, atque in illo vocem ἀσαλισαηλ invenit, qua deceptus ex adjectivo *tertius* nomen proprium domicilii conſtruxit. Quae vero quomodocunque ſe habeant, interpretes hebraica graecis litteris ſcribere haud ignoraſſe, ſatis demonſtrant. Idem vero ſtatus atque conditio Judaeorum Alexandrinorum poſtulabat. Quidquid in horum uſum ſcribebatur, etiamſi hebraica eſſent, graeco charactere et ſecundum pronunciationem Helleniſtis conſuetam ſcribendum erat. Vulgus eorum ignorabat, ut Vulgus inter Judaeos hodiernos, characterem ſanctum ſeu quadratum, nec exulibus et captivis facultas erat, codicibus MStis ſanctis, ſeu charactere quadrato exaratis potiundi, nec etiamſi ex communi conſuetudine patrium ſermonem ſecundum pronunciationem helleniſticam diſcere potuiſſent, pronunciationem ſanctam ſeu in Palaeſtina uſitatam addiſcendi, ipſis non erat. Si itaque lex Hebraeorum in uſum Helleniſtarum ſeu Alexandrinorum ſcribenda fuit, neceſſario litteris graecis et ſecundum pronunciationem ex communi uſu familiarem redditam ſcribi debuit. Alias enim ipſi legem praelectam haud intellexiſſent, ſicuti hodierni Judaei, quae e codice maſorethico et ſecundum pronunciationem nobis uſitatam praelecta ſunt, non intelligunt. Quomodo vero Helleniſtae tum puncta vocalia, tum litteras ſeu characteres hebraicos expreſſerint, et a Palaeſtinis receſſerint, collatio nominum propriorum hebraice et graece ſcriptorum manifeſtabit.

Teſtimonium Juſtini Mart.

Antiquorum Scriptorum teſtimonia jam ſupra expoſuimus, et ex ipſa illorum explicatione, omnes tum de verſione ſeu interpretatione, tum vero de transſcriptione et litterarum permutatione loqui, apparet. *Ariſteae* hiſtoricam relationem, niſi omnia nos fallunt, ut authenticam et genuinam vindicavimus, quamvis et *Ariſteam* haud ſincere ſingula narraſſe, ſed callide quaedam ſilentio occultaſſe concedamus. *Juſtini* vero Martyris teſtimonium ſeria contemplatione dignum nobis videtur. Hic certe non ex vago rumore, nec ex hariolatione, quae ſcripſit, nobis ſuppeditavit, ſed in ſingula Alexandriae ipſe ſtudioſe inquiſivit. Provocat vero ad authentica exemplaria, in bibliotheca Alexandriae adſervata, litteris hebraicis a ſeptuaginta ſapientibus viris graece et hebraice ſcientibus ſcripta, qui libros ſacros in graecam pronunciationem transformaverint, μεταβαλοντας ἀυτους ἐις την ἑλλαδα φωνην. Quid ſibi φωνη apud Graecos ſcriptores? Utuntur hac voce, ut vocabulum vel verbum deſignent: ſed frequentius illa utuntur, ſi de vocabulo ore prolato loquuntur, quin et animalibus et inſtrumentis muſicis φωνην tribuunt. *Juſtino* teſte libri ſacri hebraico charactere ſcripti in Bibliotheca Alexandrina fuere repoſiti, ſed iidem libri in graecam φωνην transformati ſunt, atque hoc a viris, qui Hebraica et Graeca accurate ſciverunt, factum eſt. Quomodo id fieri potuit? Si viri iſti tantummodo textum hebraicum quadrato charactere deſcripſerunt, quomodo idem ille in graecam φωνην ſeu pronunciationem transformari potuit? aut quid opus fuit, viros Graeca ſcientes ſeligere, ſi tantummodo apographum textus hebraici conficiendum fuit? Siu vero viri iſti ſolummodo verſionem graecam textus hebraici elaborarunt, quo facto codex ille Alexandriae adſervatus litteris hebraicis ſcriptus dici potuit? Quae

itaque in dubium vocantur, expreſſis definit *Juſtinus* verbis, Alexandriae characterem hebraicum in graecum fuiſſe transformatum.

Teſtimonium Origenis.

Accedit teſtimonio *Juſtini* Martyris praxis *Origenis* in conſcribendis Hexaplis ſuis. Quod in iſto opere, cujus fragmenta tantummodo ad noſtra pervenere ſecula, textus ſacer duplici charactere ſcriptus fuerit, nimirum in prima columna charactere hebraeo, et ſecundum pronunciationem Palaeſtinorum, et in ſecunda columna charactere graeco et ſecundum pronunciationem Helleniſtarum ſeu Alexandrinorum, omnibus eſt notiſſimum. Jam vero quaeritur, unde *Origenes* ſua hauſerit? utrum columna hebraeo-graeca apographum codicis alicujus antiquioris hebraeo-graeci fuerit, quem *Origenes* deſcripſerit: an vero ipſe primus periculum hebraica graecis litteris ſcribendi fecerit? Poſterius qui adfirmarunt, non deſunt; ſed ipſi, quod adfirmant, vix ſtudioſe reputarunt. *Origenes* totus in eo erat, non ut ipſe ſcriberet, ſed ut integrum opus Hexaplare ex aliorum codicibus compilaret: quem vero in finem ipſe hebraica graece ſcripſiſſet, dum plures textu authentico adderet interpretationes? Qui hebraica hebraice ſcripta non intelligebat, is certe et hebraica graece ſcripta ignorabat. Quem in finem opus tanti laboris in ſeſe ſuſcepiſſet? Concedamus jam, *Origenem* textum hebraicum omnium primo charactere graeco et ſecundum pronunciationem Helleniſticam exſcripſiſſe, quis eſſet, cui iſto labore inſervire potuiſſet? Non Judaeis, hi enim opus ejus nec legebant, nec transſcripta et in aliam pronunciationem transformata intelligere poterant. Non Chriſtianis, qui ſi hebraica didicerant, prima columna contenti eſſe poterant, et ſi hebraica ignorabant, ex permutatione litterarum nullum habebant emolumentum. Optime revera praxis *Origenis* cum teſtimonio *Juſtini* Martyris conſentit. Vivebat ille Alexandriae et Bibliotheca publica habebat codicem *Ptolemaei* authenticum, duplici columna diſtinctum, in quarum una textus hebraicus litteris hebraicis, et in altera idem textus graecis litteris ſcriptus exſtabat. Sicuti in Hexaplis apographa textus authentici et verſionum graecarum, Septuagintaviralis, *Aquilae*, *Symmachi*, *Theodotionis* aliorumque exhibuit, ſic et apographum alterius columnae, nimirum textus hebraici litteris graecis ſecundum pronunciationem Helleniſticam ſcripti, edidit. Prudenti conſilio hoc certe peregit. Non ignorabat, quale inter Palaeſtinenſes et Helleniſtas ſeu Alexandrinos proſtaret diſſidium; et ſine dubio ipſe probe intellexit, Verſionem Septuagintaviralem, in plurimis locis, in quibus a textu authentico aberrat, cum textu hebraeo-graeco Helleniſtarum more pronunciato apprime conſentire: prudenter itaque utriusque codicis apographa conjunxit, cum verſionum conſenſum et diſſenſum oſtendere conaretur. Si denique antiquorum ſcriptorum relationes de opere iſto *Origenis* apud omnes celebratiſſimo conſulimus, nullus omnium invenitur, qui *Origenem* auctorem columnae hebraeo-graecae appellet; ſed ipſi circa utramque columnam eundem nimirum deſcribendi laborem tribuunt. *Hieronymus* de Hexaplis loquens ait: „in quibus et ipſa Hebraea propriis ſunt characteribus verba deſcripta, „et graecis literis tramite expreſſa vicino.„ *d*) Idem teſtatur *Epiphanius*: *Ἑβραισι μεν τῃ λεξει ἑλληνικην δε τω γραμματι ἑτεραν πεποιηκε συνθεσιν*: hebraicae lectioni appoſuit aliam graecis litteris ſcriptam. *e*) Et denique *Ruffinus*: „Famoſiſſi-

„mos

d) Comment. in Ep. ad Tit. tom. 4. col. 437.
e) Haereſ. 64, c. 3. Conf. de Ponderib. tom. 2. p. 164.

„mos illos codices composuit Origenes, in quibus per singulas columnulas e regione „separatim opus interpretis uniuscujusque descripsit; ita ut primo omnium ipsa Hebraea verba hebraicis litteris poneret, secundo in loco per ordinem graecis litteris.„ *f*) Jam vero si *Origenes* codices tantummodo descripsit, et columnae hebraeae aliam hebraeo-graecam adjunxit, Alexandriae certo ejusmodi Codices in Bibliotheca publica adservatos fuisse, necessario sequitur. Audiamus denique ipsum *Origenem*, qui non solum testatur, se graecam scripturam e codice aliquo hausisse, sed et de modo scribendi rationem simul reddit. Hic enim expresse ait, in codicibus antiquis summa cura ex hebraicis transscriptis *ἐν τοις ἀκριβεσι των αντιγραφων ἑβραικοις* Nomen Dei tetragrammaton charactere originali *γραμμασι ἀρχαιοις* transscriptum fuisse. *g*) Quomodo vero hoc factum sit, ex ipsis Hexaplis discimus, Ps. LXXI, 20. *Βαρουχ* ΠΙΠΙ Ελωειμ, Ἐλωει Ισραηλ. Malach. II, 13. *Ουζωθ σηνιθ θεσου χεσσουθ δεμα ἐθ μασβηη* ΠΙΠΙ *βεχι ὀυανακα μηην ἀδ φεννωθ ἐλ ἀμμανα ὀυλανεθ ρασων μειδεχεμ.* Aperte hisce *Origenes* profitetur, se antiquos habuisse codices, in quibus nomen Dei יהוה charactere originali scriptum fuerit. Quales vero fuerunt isti codices antiqui? Hebraeo charactere exarati? Quid mirum si in illis nomen Dei charactere originali expressum fuerit, cum singula verba eodem modo scripta essent? Quam ob causam ad codices summa cura exaratos provocasset, dum in omnibus nomen Dei sicut et reliqua omnia charactere antiquo et originali expressa essent? Si vero de codicibus graeco charactere exaratis loquitur, assertum ejus genuinum admittit sensum: ostendit enim, omnia verba integri codicis graeco charactere fuisse exscripta, excepto nomine Dei essentiali, quod quia graeco charactere exprimi haud potest, charactere originali יהוה, ΠΙΠΙ codicibus istis insertum sit. *Origenis* itaque tempore antiquos fuisse codices hebraeo-graecos ipse testis est gravissimus. *h*) Quae singula si perpenduntur, sua sponte cadunt, quae Cl. Starckius *i*) hisce opposuit. Nullus enim antiquorum scriptorum *Origeni* ipsi tribuit transformationem characterum; et si hoc a quopiam factum esset, major esset ipsius *Origenis* testimonium: ipsa vero inconstantia, qua hebraicus textus graeco charactere expressus est, alium graecae scripturae prodit auctorem. Famae suae certe *Origenes* male consuluisset, si tam inconstantem transformationem archetypo hebraico ad latus posuisset. Jam vero singula, uti invenit, in hebraicis, graecis et in variorum versionibus accurate descripsit, ut quivis singula perpendere et dijudicare possit.

Judaeorum et inprimis Talmudistarum fides saepius, et haud raro non injuste in dubium vocatur; hoc loco vero fidem istis habendam esse censemus. Misit *Eleazarus* deputatos Senes eum in finem, ut, uti sibi persuasit, codicem sacrum graece interpretarentur, seu in graecam linguam transferrent. Cum vero redirent, et quae facta sint, retulissent, etiamsi Legati multo honore magnisque muneribus onerati dimissi essent, dies lugubris et jejunii quotannis celebrandus indictus est. Hoc certe manifestum est indicium, rem aliter cecidisse ac sibi persuaserant, et Senes secundum regis mandatum Legem non solummodo interpretatos esse, sed eam etiam

Testimonia Judaeorum.

f) Hist. Eccles. Lib. VI. c. 13.

g) *Montfaucon* tom. I. Hexapl. p. 86.

h) Conf. *Tychsenii* befreytes Tentamen pag. 16. Anhang p. 33.

i) Davidis aliorumque Poet. Hebr. Carmin. Vol. I. p. 80.

etiam ſcribere coactos fuiſſe. Quomodo vero legem ſcripſerint, hebraice vel graece, ſub judice lis eſt. Verum hebraice textum ſcribere, et quidem hebraicis litteris, certe non opus erat, ſiquidem codicem hebraeum litteris quadratis ſcriptum legatorum manus Regi ſponte offerebant. Et ſi de novo illum eodem modo deſcribere coacti fuiſſent, cur jejunium quotannis celebrandum indixiſſent? Non major cauſa luctus erat, codicem de novo deſcribere, quam jam deſcriptum offerre: Graecam verſionem ſi ſcripſiſſent, *Eleazarus* quoque diem jejunii indicere haud potuiſſet, eum enim in finem Seniores Alexandriam ablegati fuerant. Quid itaque reſtat? Unicum tantummodo, quod codicem ſacrum graecis litteris ſecundum pronunciationem Helleniſtarum ſcribere coacti fuerint. Quod ſi factum eſt, omnia et ſingula ſatis concinne et apte conſentiunt, nec cauſa lugendi blanditiis regis deceptis defuit Judaeis. Solemne vero fuit jejunium genti Judaicae ex iſto tempore, quo Seniores ex Aegypto redierunt, hinc codicem ſacrum ibidem contra opinionem deſcriptum fuiſſe certum eſt. Quae cum ita ſint, cur Judaeis in relatione de immutatione tredecim locorum ſacri codicis Alexandriae facta fides deneganda ſit, nullus video. Sunt vero in numero illorum tria, quae aperte produnt, Alexandriae codicem ſacrum graecis litteris transſcriptum fuiſſe. Gen. I, 1. verba transpoſita ſunt, ne rex crederet vocem בראשית eſſe nomen Dei, Exod. XXIV, 5. loco נערי ſcriptum fuit זעטוטי (ζητηται) et Levit. XI, 6. loco ארנבת ſcriptum eſt את צעירת הרגלים; quod graece verterunt δασυποδα. Jam vero ſi Seniores textum hebraicum graeco ſermone expoſuiſſent, nulla certe mutatio poſſibilis fuiſſet, nam Gen. 1. ἐν ἀρχῃ ponendum fuiſſet, quam vocem rex certe intellexiſſet, Exod. XXIV. legendum fuiſſet νεανισκοι, et ultimo loco vox ארנבת, quae nomini Reginae aliquo modo ſimilis eſt, retineri haud potuiſſet. Secus ſe vero res ipſa habet, ſi voces hebraicae graeco charactere ſcribuntur. Sequitur ergo ex hoc teſtimonio, Alexandriae textum hebraicum graecis litteris fuiſſe deſcriptum. Nec obſtat *Demetrium* ſcribam huic rei adfuiſſe, ipſe enim, cum ſingula in favorem regis fierent, adſenſum huic facto dediſſe videtur. [k]) Opponit quidem Cl. *Starckius* dubiam Judaeorum, et inprimis libri *Megilla* fidem, quin ex Exod. XXIV. probare vult, legem non fuiſſe transſcriptam, ſed in graecum ſermonem tranſlatam. [l]) Verum cur ipſa fides Judaeorum tam ſuſpecta ſit, non publice expoſuit, et vocem נערי per ζητηται graece verſam eſſe, aſſerere haud audemus. Accedit hisce teſtimonium Judaei cujusdam famigeratiſſimi, qui quidem recentiori tempore vixit, attamen omnem meretur fidem apud eos, qui quam tenaces Judaei traditionum paternarum ſint, non ignorant. Teſtis eſt *Moſes Maimonides*, [m]) cujus verba hic exſcribenda duximus: אין כותבין תפילין ומזוזה אלא בכתב אשורית והתירו בספרים לכתוב אף ביוני בלבד וכבר נשקע יוני מן העולם ונשתבש ואבד לפכך אין כותבין היום שלשתן אלא אשורית: Provocat ad hunc locum *Wagenſeilius*, [n]) qui illum interpretatur: *Ad Phylacteria et Schedas liminares deſcribendas haud alios quam Aſſyriacos characteres adhibere licet, in libris vero ſacris deſcribendis, litteris etiam graecis uti conceditur, ſed his ſolis, (nec ullis aliis aliarum gentium.) At vero pridem in deſuetudinem abiit lingua graeca, confuſa eſt, ac periit. Quamobrem hac aetate tam libri ſacri quam Phylacteria unice cha-*

k) Conf. *Tychſenii* tentamen §. 12. p. 48.
l) l. c. p. 85.
m) Hilchot Tephil. cap. I, §. 19.
n) Sota p. 970.

characteribus Affyriacis exprimuntur. Addit idem: „Certe fi de lingua graeca dici „poteft, nullam amplius effe fuperftitem, longe majori ratione idem quis de Hebrai-„ca lingua affirmet, quod tamen nec Maimonides nec quisquam Judaeorum facile „concefferit.„ Sequitur *Wagenfeilium Frickius* o) fed propius ad veram *Maimonidis* fententiam accedit: „nifi fallor, id unum ille vult, periiffe ufum linguae graecae e „Synagogis, qui olim adeo magnus atque folennis fuerat, et *cum antiquis tempori-„bus ad Hebraea etiam exprimenda Graeci characteres effent adhibiti*, nunc nec „litteras, nec quidquam aliud Graeci in facris Judaeorum curari.„ Vidit *Frickius* quafi e longinquo hodiernam de codicibus hebraeo-graecis difceptationem, et antiquitus Hebraica graecis characteribus et inter Judaeos expreffa fuiffe haud diffitetur. Majori jure hunc *Maimonidis* locum in fuos transfert ufus Cl. *Tychfenius.* p) Diferte enim adfirmat auctor, antiquitus permiffum fuiffe, libros hebraicos graecis litteris fcribere; cum vero haec confuetudo jam dudum poenitus fublata fit, tria illa, Libros, Tephillin et Mefufoth charactere quadrato fcribenda effe. Per *libros* vero Maimonidem libros facros et fpeciatim Legem Mofis intelligere, manifefto exinde apparet, quod hi foli charactere quadrato, non vero curfivo fcribendi fint. Ipfa denique *Maimonidis* relatio amice cum aliis de ufu linguae Graecae monumentis confpirat. Seleucidarum enim imperio fubjectos, lingua graeca quavis dicta occafione ut uterentur, coactos fuiffe, notiffimum eft. *Antiochus Epiphanes* Judaeis patrio more vivere, Deumque colere interdixit, et ut fe ad Graecorum mores conformarent, ftrenue mandavit; quo in negotio Samaritanos, qui fe Perfarum et Medorum colonos perhibebant, habuit obfervantiffimos; quibus et publico mandato ex Graecorum inftitutis vivere conceffit. q) Atque ex hoc tempore Graecarum litterarum ufus inter Samaritanos invaluiffe videtur. *Ptolemaei Philadelphi* tempore, five ipfe volumina facra graecis litteris fcribi, vel faltem in graecum fermonem transferri jufferit, five incertus interpres ea in graecum fermonem transformaverit, litteras graecas inter Judaeos maxime communes fuiffe, neceffe eft. Accedit hisce traditio aliqua adhuc inter Orientales obvia, cujus mentionem facit *Niebuhrius*, r) quod tempore *Ptolemaei* graeca lingua uti omnibus injunctum fit: uti et *Waltonus*, *Ptolemaeum* linguam graecam cum litteris in Aegyptum intuliffe obfervat, fiquidem in libris Copticis graeca vocabula inferta leguntur, et ipfum eorum Alphabetum cum graeco accurate confentit, f) quin et ipfi Copti, Aethiopes, Armeni et Phoenicii, characteres, qui Graecis deerant, fuis Alphabetis addiderunt. Quae omnia adferto *Maimonidis* adftipulantur, et linguae graecae ufum quam maxime olim communem fuiffe evincunt.

Singula quae hactenus difputata funt, eum certe in finem tendunt, ut hypothefin de codicibus hebraeo-graecis, non tam precariis ficulneisque fundamentis niti, quam fibi adverfarii ejus perfuaferunt, commonftremus. Ipfa *Arifteae* relatio, tefti- **Probanda.**

o) Prolegom. ad Bibl. gr. p. 22.
p) Befreyetes Tentamen, p. 36.
q) v. Jofephus Antiquit. Lib. XII. cap. 5. p. 611. edit. Havercampii.
r) Befchreibung von Arabien, p. 87. 90.
f) Prolegom. II. §. 4.

testimonia Christianorum et Judaeorum, haec omnia optime consentiunt, si Alexandriae a Senioribus ab *Eleazaro* missis codicem hebraeum litteris graecis transscriptum esse, statuimus. Sin vero aut ipsam ablegationem Seniorum in dubium vocare, aut in castra illorum transire volumus, qui incertam Versioni septuagintavirali originem adsignant, tot tantisque testimoniis, quae sibi invicem accurate respondent, et ubivis consentiunt, omnis fides deneganda esset; omnes itaque errassent, quia eos errasse volumus. Nos minime praeterit, quae a Viris doctis jam supra laudatis variis in scriptis huic hypothesi opposita sunt. Verum in illis, quorum multa sunt levioris ponderis, refutandis haud immoramur, sed ad ultimum tractationis nostrae caput progredimur, ut versionem septuagintaviralem, quam hodie habemus, non e codice hebraeo litteris quadratis scripto, sed e codice hebraeo graecis litteris conscripto, confectam esse monstremus. In duo itaque capita sequens abit tractatio, primo ut ostendamus, varias lectiones a *Capello* productas e scriptione graeca derivandas, secundo vero versionem ipsam graecam e codice hebraeo sed graecis litteris et secundum pronunciationem hellenisticam scripto confectam esse.

Variae lectiones e scriptione graeca ortae.

Ludovicus Capellus totus in eo est, ut ex lectionibus graecis in LXX. obviis, aliter olim in textu hebraeo lectum, eumque posteriori tempore adulteratum transformatumque esse, evincat. [t]) Sequuntur illum perplures Critici recentiores. Obviam ivit *Capello*, *Buxtorffius*, [u]) ut textum sacrum a corruptionis nota ipsi inusta liberaret. Verum hic vir alias in hebraicis doctissimus cum non ad graecam scriptionem respexit, variis in locis *Capello* haud par videtur. Ingens certe est a *Capello* productus variantium lectionum numerus; verum si omnes illae primo deleantur, quae ex graeca scriptione in versione septuagintavirali hodie exstante tantummodo originem traxerunt, et in hac editione cardinali sic, in alia vero aliter leguntur, plurimae lectiones variae evanescunt. Si secundo, quae restant, ad graecam scriptionem textus hebraei revocantur; nisi omnia nos fallunt, exiguus variantium lectionum seu potius errorum graece scribentium et interpretantium numerus supererit. *Capellus* per plura capita argumentum suum deducit, et plures Variantium lectionum format classes, et singulis plura subdit exempla. Odiosum sane foret in singula inquirere. Sufficiat itaque, ut nonnulla exempla singulis thesibus subjecta sub examen vocemus, quo, quam lubrico hypothesis *Capellanea* nitatur fundamento, evincatur.

I. Lectiones variae, quae circa puncta vocalia occurrunt in translatione graeca LXX. Ps. XXXI, 11. בַּעֲוֹנִי *propter iniquitatem meam.* LXX. ἐν πτωχείᾳ. legerunt בְּעָנְיִי. *Capellus* p. 502. *Resp.* Scribitur graece βαωνοι, vel βεωνοι, vel βοωνι: si pronunciationem hellenisticam spectas, ancipitis est significationis. *Symmachus* eodem modo seductus est. Sed quid multa de punctorum permutatione disputabimus? cum ex supra adductis exemplis pateat, quantopere puncta vocalia, in ipsis nominibus propriis, quorum pronunciatio tamen notior fuit, quam aliorum vocabulorum, permutata sint, ut vix antiquorum punctorum supersit vestigium. E.g. Esdr. X, 35. כְּלוּהוּ Χελκια. Alex. Χελια. Gen. X, 29. חֲוִילָה Ευειλα. Gen. XLVI, 14. יַחְלְאֵל Ἀχοηλ Ald. Ἀιηλ. Jos. XV, 55. יֻטָּה Ιταν. Quidquid itaque ex permutatio-

t) Critica sacra, Lib. IV, cap. 1-18.

u) Anticritica, seu vindiciae veritatis hebraicae, part. II. cap. 8. p. 541-693.

tatione punctorum concludi poteſt, redit ad pronunciationem hellenisticam; unde ſequitur, quod interpretes codicem hebraeum vel ipſi ſecundum pronunciationem helleniſticam legerint, vel codicem ſecundum eandem pronunciationem transſcriptum ante oculos habuerint.

II. L. V. oriuntur ex varia periodorum in ſua membra diſtinctione. Pſ. XC, 2. אַתָּה אֵל : תָּשֵׁב *Tu es Deus. Tu facis redire.* LXX. συ ει. μη αποςρεψης. Legerunt אַל et illud junxerunt cum ſequenti תשב. *Capellus* p. 555. *Reſp.* Scribitur graece: αθαλτασεβ. Oritur varia lectio ex continua ſcriptione, in qua litterae אהוי vel eliduntur, vel cum voce ſequenti conjunguntur: omnis praeterea diſtinctionum uſus ab hoc genere ſcribendi abeſt. Conf. exempla hujus ſcriptionis, quae ſupra expoſuimus.

III. V. L. oriuntur ex litterarum ſono, affinium permutatione.

Permutantur א et ה. Pſalm. XXXVII, 3. אֱמוּנָה *in veritate.* επι τω πλουτω. legerunt המונה. *Capellus* p. 563. *Reſp.* Graece ſcribitur utrumque αμωνα.

א et ע. Pſ. V, 1. אֶל הנחילות. LXX. υπερ. legerunt על. *Capellus* p. 564. *Reſp.* Scribitur graece αλ.

Eſth. IV, 7. ולאבד *ad perdendum.* LXX. και εις δουλειαν. *Capell.* ibid. *Reſp.* Scribitur utrumque ουλαβοδ vel ουλαβεδ.

ה et ע. 1 Paral. 17, 16. עד הלם *huc usque.* LXX. εως αιωνος. leg. עלם. *Capell.* p. 566. *Reſp.* ה et ע utrumque ſcribitur α.

ע et ח. Amos I, 5. ערן Eden. LXX. Χαρραν. l. חרן. *Capell.* ibid. *Reſp.* Graeca ſcriptio eſt error codicis cujusdam graeci, in quo ſcriptor incautus ערן et ערן γαρραν permutavit. Compl. recte ſcribit Ἀδαν. Litterae vero ſaepius ſine ratione in graeca ſcriptione duplicantur. Ἀδαμμιν. Ὀδδομιν. Οολα. Ολλα.

IV. V. L. oriuntur ex literarum figura, affinium permutatione.

Ita *Capellus.* Sed ex exemplis adductis apparet ejusmodi permutationem factam eſſe non tam in codice hebraeo deſcribendo, quam in variis verſionis graecae apographis, vitioſe deſcriptis.

1 Paral. IV, 21. לכה LXX. ληχαβ. permutarunt ה et ב. *Capell.* p. 581. *Reſp.* Compl. habet λαιχα. Ald. ληβακ. Alex. ληχαδ.

1 Paral. VII, 6. בכר LXX. Βαχιρ. *Reſp.* Compl. Βοχωρ. Ald. Χωβορ. Alex. Βοχορ.

1 Paral. V, 23. ועבר. LXX. και Ωβηδ. *Reſp.* Compl. Εβερ.

— III, 22. נעריה LXX. Νωαδια. *Reſp.* Compl. Νεαρια.

Parum certe *Capellus* circumſpexit, cum ex hujus generis erroribus in diverſis, ſed non in omnibus verſionis graecae apographis obviis, permutationes in codice hebraeo factas probare voluit. Uſus eſt enim editione Francofurtana Verſionis Septuagintaviralis, cujus et vitia typographica in variantes Codicis ſacri lectiones transformavit; interdum et Vaticanam conſuluit.

V. V.L. oriuntur ex litterarum tam ſono quam figura diſſonantium permutatione.

Anxie laborarunt viri eruditi ab utraque parte, theſin ſive ut defendant, ſive ut deſtruant. Qui cum *Capello* faciunt, non majus unquam textum ſacrum corruptionis et immutationis vitio accuſandi argumentum inveniri potuiſſe, quam quod *Capellus* hoc capite pertractat, ſibi perſuadent. Et qui a parte *Buxtorffii* militant, anguſtia haud levi premuntur, dum quomodo fieri potuerit, ut litterae tam figura

quam ſono tam diverſae permutatae ſint, rationem reddere volunt. Primum vero, quod ipſe *Capellus* in medium producit exemplum, jam monſtrat, ubi origo hujusmodi diverſitatum quaerenda ſit, nimirum in inconſtantia codicum graecorum et ſcriptione graeca.

Joſ. VII, 25. אכן LXX. Ἀχαρ. Nun et Reſch permutatum. *Capell.* p. 619. *Reſp.* Factum eſt in graecis. Compl. Ἀχαν. Joſ. VII, 1.

1 Paral. II, 3. שלה Σηλωμ. He et Mem permutatum. *Capell.* ibid. *Reſp.* Iterum in graecis factum eſt. Compl. Σηλω.

— VII, 13. בלהה Βαλαμ. *Reſp.* Compl. Βαλα. Alex. Βαλλα. Si in nominibus propriis, quae ut fragmenta Codicis hebraeo-graeci conſiderari poſſunt, ita aberrarunt; idem et in aliis factum eſt vocibus, ſi graece ſcriptae fuerunt.

Pſalm. CVI, 15. רזון LXX. πλησμονήν. leg. מזון. *Capell.* p. 260. *Reſp.* Confuderunt in graece ſcripto ρ et μ. E. g. Exod. XII, 5. Ἀρνων. Ald. Αμνων.

Pſalm. XLIV, 13. ילין LXX. συνηκε. leg. יבין, quae lectio ſecundum *Capellum* p. 621. ſenſum gignit commodiſſimum. *Reſp.* Confuderunt β et λ in graece ſcripto. E. g. 1 Paral. VIII, 11. Alex. Ἀβιλωβ. Compl. Αχιτωβ. Vatic. Ἀχιτωλ.

Satis amplum permutationum hujus generis catalogum conſcripſit Cl. *Tychſenius*, *) quem ducentis trecentisve exemplis, ſi opus eſſet, adaugere poſſemus. e. g. B et Λ, Ἀβιτωβ, Ἀβιτωλ. B et Z, Ἀιβηλ, Αιζηλ. Γ et X, Ἀβιγαια, Ἀβιχαια. Γ et Ψ, item Γ et X, Γωγ, Ψωχ. Δ et P, Ἀβειδα, Ἀβιρα, Ἀβιουδ, Ἀβισουρ, Ηθαν, Ηρων. Λ. Δ. K. X. Λακιμ, Δοκιειμ, Λοχει. et quae hujus generis fere innumera ſunt. Quae omnia, Graecis quam frequentiſſimum fuiſſe, litteras permutare, commonſtrant.

VI. V. L. oriuntur ex transpoſitione litterarum apud LXX.

Exempla vero in medium producta oſtendunt, in graeca ſcriptione hoc factum eſſe. E. g. Βοχωρ. Ald. Χωβωρ. Gen. XXXVI, 23. אונם. Ωμαρ Ald. Ωμαν.

VII. V. L. oriuntur ex litterae alicujus omiſſione aut detractione. Agmen inter exempla ducit locus 1 Paral. IV, 31. ובבית בראי ובשערים. LXX. και οικου βαρουσεωριμ. legerunt ובבית בראו שערים. *Capell.* p. 638. Sed fallitur *Capellus* in accuſando textu hebraeo. Omiſſio litterae facta eſt in graeca ſcriptione. Alex. και οικου βαρουμσεωρειμ. Ald. vero: και εν Βεθβαρει και εν Σαρειμ.

VIII. V. L. oriuntur ex litterae alicujus additione.

Ab initio 1 Paral. IV, 8. הרם Ιαριν. *Capellus* p. 647. *Reſp.* In graecis additio facta eſt. Compl. Ἀριμ. Alex. Ιαρειμ. Kübbuz Ebraeorum ſaepe per ι vel ει exprimitur. Frequens eſt additio litterae ab initio, e. g. Jer. X, 9. אופז. Μωφας. Ald. Μωφαζ. Compl. Μοφας. Dan. X, 5. recte ſcribitur Ωφαζ.

In medio Num. XXVI, 30. איעזר. Ἀχιεζερ. *Capell.* p. 648. Frequentiſſima ſunt nomina a ſyllaba Ἀχι incipientia, quibus ſcriptor graecus eo deductus eſt, ut litteram X immittat. Nec infrequens Graecis talis eſt additio. Gen. XLVI, 21. אחי. Ἀγχις. Alex. Ἀγχεις. Ald. Ἐγχειμ. 1 Sam. IV, 21. אי כבוד Ουαιβαρχαβωθ. Alex. Ουαιχαβωθ. Compl. Ἐχαβωθ. Ald. Ουαιβαρυβαρχαβωθ. 1 Paral. VI, 58. ענם. LXX. Ανιαν. l. עינם. *Capellus* ib. *Reſp.* Cod. Alex. legit Ἀναμ; et accurate reſpondet Hebraeae ſcriptioni: quidquid itaque erratum eſt, certe in graeca ſcriptione factum eſt. Praeterea fallitur ipſe *Capellus*,

*) Befreyetes Tentamen p. 52-57.

pellus, dum ex syllaba αι aliam concludit lectionem. Ajin enim Hebraeorum frequenter per αι exprimitur. E. g. 1 Reg. XVII, 24. עיא 'Αια. Addere hisce potuisset *Capellus*, Graecos litteras duplicatas exhibere, unde in textu hebraeo litteram dageschatam fuisse, colligendum esset. Sed et hoc ad modum scribendi Graecorum pertinere, exempla demonstrant. 1 Sam. XIV, 5. 'Αβεννης. Alex. 'Αβαινης. C. XXVI, 6. 'Αβεσσα. Alex. Αβισαι. 1 Paral. VIII, 4. 'Αβεσσουε. Alex. 'Αβισουε. Jos. XV, 7. 'Αδαμμιν. Al. Αδδαμιμ. 'Αδδομιμ. Οδδομιν.

IX. V. L. oriuntur ex unius vel plurium vocum additione.

Exempla a *Capello* producta ex diversitate editionum graecarum dijudicanda sunt; ipsae enim editiones a se invicem recedunt. E. g. 1 Paral. VIII, 38. et IX, 44. additur 'Ασα, qui ab Hebraeo abest codice. *Capellus* p. 657. Verum hoc nomen haud legitur in Edit. Compl. Ald. et Alex. Recensentur sex filii *Asel*, quorum in numero est et בכרו Βωκρος. At quia hoc per πρωτοτοκος versum erat, quinque tantum supererant, quibus nescio quis, ut numerus sit completus, addidit nomen *Asa*. Reliqua exempla sunt glossemata, forte marginalia, quae textui sacro illata sunt; nec unquam in hebraeo codice fuere, nec in omnibus editionibus cardinalibus leguntur.

Addit porro *Capellus* alias Variarum lectionum Classes, quae oriuntur ex unius vel paucarum vocum omissione, vel ex vocum permutatione, vel ex vocum metathesi, compositione et divisione, vel ex integrarum periodorum, seu versiculorum additione, omissione, metathesi et permutatione: circa quas dubia est quaestio, cui major fides sit habenda, an codici hebraeo, an vero tam dubiae auctoritatis, totque, uti ex antecedentibus patet, corruptelis et erroribus subjectae versioni?

Caeterum haec sunto, quae contra *Capellum* observanda fuerunt, ex quibus sua sponte sese sequentia produnt: I. Omnes variarum lectionum classes ita comparatae sunt, ut omnia ad graecam scriptionem redeant. Singulis thesibus exempla opposuimus, quae versioni graecae sunt peculiaria, at non omnibus ejus editionibus communia: ita ut, si *Capellus* aliam editionem consuluisset, sine dubio alia scripsisset: e. g. ad classem V. ex editione Vaticana probatur, *Resch* et *Nun* Hebraeorum esse permutatum; sed ex editione Complutensi idem factum esse negandum esset. Quae cum ita sint, ex Graeca versione nihil certi contra textus hebraei puritatem concludi posse, inanemque revera esse disputationem, qua *Capellus* cap. XV. integro variantes lectiones prolatas contra objectiones vindicat, facile inde patebit. II. Nulla unquam Versionis septuagintaviralis editio ad textum hebraicum hebraice scriptum revocata et correcta est. Quod si unquam factum esset, errores, qui omnibus editionibus sunt communes, necessario sublati essent. Si corrector textum litteris quadratis scriptum ante oculos habuisset, scivisset certe משמאל Jos. XIX, 27. significare *sinistrorsum*, Jer. XXXVIII, 14. השלישי indicare *tertium*, Malach. II, 13. שנית denotare *secundum*, nec, ut ex particula אך הוא 2 Reg. II, 14. nomen Dei αφφω exsurgeret, permisisset. Idem certe et aliis in locis, ubi errores manifesti sunt, factum fuisset. III. Jam vero omnem antiquitati fidem denegaturi essemus, si nunquam versionem Graecam ad codicem Hebraeum revocatam esse, asserere vellemus. Quid vero inde sequitur? Si versio graeca cum textu hebraico collata fuit, sed codex hebraice scriptus non in subsidium vocatus est, codices fuisse graece scriptos, Consectaria.

 cum

cum quibus collatio verſionis Graecae inſtituta ſit, neceſſario ſequitur. Atque hoc modo rationem reddere poſſumus, quomodo factum ſit, ut tam aperti et manifeſti errores locum ſemel occupatum obtinere potuerint. Legit enim reviſor ſeu corrector Joſ. XIX. χωμαμασμελ, Jerem. XXXVIII. ἀσαλισαηλ, Maleach. II. σηνιθ, et 2 Reg. II. ἀφφω, quae cum, quia graece ſcripta erant, non intellexit, neque de hebraica ſcriptione cogitavit, intacta in textu Graeco retinuit. Quae itaque *Capellus* ſummo ſtudio cumulavit, ea omnia pro exiſtentia codicum hebraeo-graecorum, quamvis citra ejus opinionem, ſtrenue militant.

Exempla ex Verſione graeca.

Ultimum denique ſupereſt tractationis noſtrae membrum, ut nimirum oſtendamus, ipſam verſionem graecam, prout hodie exſtat, aperta et indubia oſtendere indicia, ex quibus, verſionem non e codice hebraice, ſed graecis litteris ſcripto, confectam eſſe, probari poteſt. Multis in locis verſionem graecam quam longiſſime a textu hebraeo recedere, atque ſingularem et prorſus a textu authentico alienum exhibere ſenſum, id eſt, in quo omnes conſentiunt. Iſtum vero diſſenſum non in locis δυσνοητοις atque perplexis, ſed in locis apprime planis invenimus, quin et verba tritiſſima vocesque notiſſimas ita interpretati ſunt auctores, ut nulla unquam ejus interpretationis reddi poſſit ratio. Jam vero ſi voces illas graecis ſcribimus litteris, et ſecundum pronunciationem helleniſticam, cujus veſtigia tam in nominibus propriis, quam in Hexaplorum fragmentis ſuperſunt, quo factum ſit, ut interpretes notiſſimas voces tam ſiniſtre interpretati ſint, commoda ratio reddi poteſt. Exempla nonnulla hoc manifeſtabunt. Duo vero maxime ſunt obſervanda: primo, Helleniſtas in pronunciandis punctis vocalibus admodum variaſſe, et plura ſimili fere ſono protuliſſe, uti in graecis fieri ſolet, dum τοις, ταις, της, τις ſimili ſono pronunciantur; et ſecundo in graeca ſcriptione litteras ΑΛΔΓ, ΙΓΤΠΡΝ, ΣΕΒΜ, ΚΒΧΡ, ΥΤ, ΣΟΘΦ, ΥΑΚΒ, ΜΠΗΘ quam frequentiſſime permutari. Utrumque unicuique, qui nomina propria, uti in editionibus cardinalibus ſcripta exſtant, conferre voluerit, facile patebit. Argumentum hocce Cl. *Tychſenius* in triplici ſcripto fere exhauſit, dum perplurimis exemplis, quomodo legerint interpretes, et quare ita, uti factum eſt, voces in graecum ſermonem transtulerint, accurate demonſtrat. Fatemur, exempla, quae hic ſubjicimus, nos debere huic Viro doctiſſimo, qui a Cl. *Semlero* y) inter nos primus omnium ſalutatur, qui hanc translationem ex hebraico exemplari, quod graecis characteribus ſcriptum fuerit, derivatam fuiſſe ſtatuat. Plura exempla in *Tentamine* de variis codicum hebraicorum V. T. MSS. in publicum hunc in finem produxit, ut originem verſionis graecae ejusque fontem manifeſtet. Sed quia hocce *Tentamen* in manibus etiam exterorum doctorum frequentiſſimum eſt, nulla ex illo hauſimus exempla: ſed tantummodo ex defenſionibus *Tentaminis*, idiomate germanico conſcriptis, z) a quibus exteri, qui germanicam linguam haud callent, ipſo idiomate prohibentur, illa ſelegimus exempla, quae ex graeca ſcriptione interpretationem tam alienam derivandam eſſe clare demonſtrant.

Gen. VII, 11. c. VIII, 4. בשבעת עשר יום βασιβαθ ἀσαριομ, die decimo ſeptimo. LXX. ἑβδομη και εικαδι. leg. ασαρειμ.

Gen.

y) Apparat. ad liberalem V. T. interpr. lib. 2. p. 288.

z) Befreyetes Tentamen, et Erſter Anhang.

Gen. XIV, 7. את כל שדה ἐθ χολ σαδε, omnem agrum. LXX. παντας τους ἀρχοντας, omnes principes, leg. שרי σαρε. P pro Δ.
— XXVI, 18. בימי Βεμε, in diebus. LXX. οἱ παιδες. בני Βενε. N pro M.
— XXXI, 7. עשרת מנים Ἀσερθμνειν, decem partibus. LXX. Δεκα ἀμνων. Ασεραμνειν. A pro Θ.
Exod. II, 5. את העם Ἐθααμ vel Ἐθαμ, populus. LXX. αὐτους. אותם Ωθαμ vel Ἐθαμ.
— XVI, 31. גד γαδ aut γοδ. LXX. κοριον. leg. γερ aut κορ.
— XIX, 28. ההר ἀαρ, mons. LXX. ὁ λαος. leg. ααμ. M pro P.
— XXXV, 35. חרש καρας, artifex. LXX. του ἁγιου. leg. חדש καδας. Δ pro P.
Num. XXIV, 7. וזרעו במים ουζαρω βαμαιμ, et femen ejus in aquis. LXX. και κυριευσει ἐθνων, et dominabitur in gentes. leg. ושרה בגוים ουσαρω βαγοιμ. Σ pro Z. Γ pro M.
Deut. XXXII, 8. בני ישראל Βενειηλ per compendium fcribendi. LXX. ἀγγελων θεου. אל ηλ, Deus.
Jof. X, 21. לאיש λεις. LXX. οὐδεις. לא איש λεις aut λοις.
Jud. I, 18. כי רכב ברזל להם χι ρεχεββαρσελ λαμ, quia habebant currus ferreos. LXX. ὁτι ρηχαβ διεςειλατο αυτοις, quia Rechab ipfis diviferat. פרס להם φαρσελαμ.
— XIV, 19. מהם μαμ. LXX. ἐκειθεν. leg. σαμ. Σ pro M.
Jud. XX, 22. ויתחזק העם איש ουιθχασσακαμις, et confortatus eft populus, vir. LXX. και ἐνισχυσας πας ἀνηρ. leg. כל איש καλις. Λ pro M.
1 Sam. II, 3. ולא ουλω vel ουελω. LXX. και ο θεος. ואלוה ουελω.
— — 5. נשכרו νισχερου, fefe locarunt. LXX. ἠλαττωθησαν. l. נזערו vel נצערו νισγερου. Γ pro X.
— IV, 19. ותכרע ουθικρα, incurvabat fe. LXX. και ἐκλαυσεν. l. ותקרא ουθικρα.
— XIII, 21. פצירה φεσιρα, lima. LXX. τρυγητος, vindemia. leg. בצירה βεσιρα, B pro Φ.
לשלש קלשון λεσαλοσσεκελλεσον, tridens. LXX. τρεις σικλοι εἰς τον ὀδοντα, tres ficli ad dentem. leg. שלש שקל לשן
2 Sam. XXVIII, 1. השבטים tribus. LXX. των κριτων השופטים.
1 Reg. X, 22. קופים κωφειμ vel κεφειμ, fimiae. LXX. λιθων τορευτων. leg. כיפים κεφειμ.
2 Reg. II, 14. איה יהוה אלהי אליהו אף הוא, ubi Dominus Deus Elijahu etiam ipfe. LXX. που ὁ θεος Ἠλιου ἀφφω.
— XX, 10. רעו אפוא, fcitote nunc. LXX. Ἰδετε ἀφφω.
— XXII, 14. אשת. ἐς. LXX. μητερα. l. אם ἐμ. M pro Σ.
Job. III, 17. כח χυ, robur. LXX. σωμα. גו γυ.
— XIX, 7. אצעק ἐσακ vel ἐσγακ, clamabo. LXX. γελω, ridebo. אשחק ἐσακ vel ἐσχακ.
— XXVIII, 3. ערכה ἐρχα. LXX. ὁδον αὐτης. ארחה ἠρχα.
— XXXVI, 28. שחקים σακειμ, nubes. LXX. παλαιωματα. זקן σακεν.
— XXXVIII, 11. פא πω, hic. LXX. ἐν ἑαυτη. בה.

Job. XL, 19. הרבו χαρεβω. των ἀγγελων ἀυτων. כרובו χερεβω.
Pſ. VIII, 3. עוז ὡς, fortitudo. LXX. ἀινον. הוד ωδ. Δ pro Z.
— XXV, 14. סוד σωδ, mysterium. LXX. κραταιωμα, robur. שות σωθ. Θ προ Δ.
— XXXIX, 6. טפחות ζαφωθ, palmus. LXX. παλαιας. שיבות Σεβωθ.
— LV, 9. סוד σωδ, mysterium. LXX. ἐδεσματα. זוד ζωδ. Z pro Σ.
— LVIII, 9. אשת ἐς, mulier. LXX. πυρ, אש ἐς.
— LXXIV, 3. פעמיך φααμαχ, pedes tuos. LXX. τας χειρας σου. בהניך Βααναχ.
— LXXXIX, 52. עקבות ἀκκεβωθ, veſtigia. LXX. το ἀνταλλαγμα, permutatio. הקיפות ἀκκεφωθ. Φ pro B.
— CXXXII, 8. עזך γυδζαχ, fortitudo tua. LXX. του ἁγιασματος σου, ſanctitatis tuae. קדשך κυδσαχ. K pro Γ. Σ pro Z.
Prov. III, 12. וכאב את בן καβεσβεν, ut pater filium. LXX. μαςιγοι δε παντα ὑιον. הכה כל בן ικκακολβεν.
— V, 12. נאץ νας, ſprevit. LXX. ἐξεκλινεν, declinavit. נט Ναζ.
— VIII, 26. עד לא αδλω. LXX. Κυριος. ארני.
— XIX, 13. ודלף טורר מריני אשה υζελεφ τορεζ μεζινειισα, et ſtillatio continuans contentiones mulieris. LXX. ουχ ἁγναι ἐυχαι απο μισθωματος ἑταιρας, non caſta vota de mercede meretricis. l. אי שלם תהורות מצתנה אשה υσελεμ θορος μεσεναισα.
— XXI, 9. מאשת μεσεθ, prae muliere. LXX. ἡ ἐν κεκονιαμενοις. משד μεσαθ, a rad. שוד.
— XXXI, 31. בשערים מעשיה βασαριμμεσσα, in portis opera ejus. LXX. ἐν πυλαις ὁ ἀνηρ ἀυτης, in portis vir ejus. אשה βασαριμ ισσα.
Cohel. II, 3. שמים σαμαιμ, coelum. LXX. τον ἡλιον. שמש Σαμες.
— VIII, 12. מאת μεας, centies. LXX. απο τοτε. מאז μεαζ.
Eſai. V, 2. באשים βωσιμ, uvae putidae. LXX. ἀκανθας. קוצים κωσιμ.
— VI, 8. לנו λανου, nobis. LXX. προς τον λαον τουτον. לעם הוא λαμου.
— XVI, 1. כר מושל ארץ agnus dominator terrae. LXX. ὡς ἑρπετα ἐπι την γην. l. χερεμεσελαρες. כרמש על ארץ
— XVII, 2. ערי ערער civitates Aroer. LXX. ἐις τον ἀιωνα. l. עדי עד Δ pro P.
— XXII, 1. גיא חזיון vallis viſionum. LXX. φαραγγος Σιων. l. הציון.
— XXVIII, 16. יחיש ιαχις, feſtinabit. LXX. καταισχυνθη. l. יביש. B pro X.
— — 25. שורה συρα, menſurata. LXX. σπειρει. זורע ζορα. Z pro Σ.
— XXX, 12. כמו κεμει, ſicut. LXX. ὡς ὑδωρ. כמי κεμει.
— XXXV, 2. המה αμμε, ipſi. LXX. ὁ λαος μου. עמי αμμει.
— XL, 2. צבאה σεβαα, militia ejus. LXX. ταπεινωσις. שפלה Σεβλα.
— — 5. יחדו ιεσεω, pariter. LXX. σωτηριαν του θεου. l. ישע יהוה ιεσαιω.
— XLI, 4. מתי μεθει, pauci. LXX. ὀλιγοςος. l. מעטי μετει.
— XLIX, 5. וישראל לא יאסף ουισραηλλειασηφ, et Iſrael non colligetur. LXX. και ισραηλ συναχθησομαι. l. אאסף ουισραηλειασηφ.
— LIII, 8. נגע ναγα, plaga. LXX. ἡχθη, ductus eſt. l. נחה ναχα.
— LXI, 1. לאסורים λασερειμ. LXX. τυφλοις. לעורים λαβερειμ.
— LXIV, 2. כקדוח χικεδοε, ſicut ardere. LXX. ὡς κηρος.

Jerem.

Jerem. XLIX, 4. עמקים valles. LXX. ἐνακιμ. N pro M.
Ezech. XXX, 3. עת, ἐς, tempus. LXX. περας, finis, קץ.
— XXXVII, 10. חיל καηλ, virtus. LXX. συναγωγη. קהל κααλ.
Hof. V, 2. ושחטה שטים et ad jugulandum declinantes. LXX. οἱ ἀγρευοντες την θηραν κατεπηξαν, venantes venationem defixerunt. l. שטהה צירים σαταα σηδειμ, vel וצידה צדים.
— — 11. צו σου vel σω, jube. LXX. ματαιων. l. שוא σου vel σω.
— VII, 6. קרבו applicuerunt. LXX. ἀνεκαυθησαν. חרבו καρεχου.
אופיהם ωφειμ, coquens eos. LXX. ἐφραιμ.
— 16. לא על λεαλ, fine jugo. LXX. εἰς ουδεν, לאל λεαλ.
— X, 4. אלות αλοθ, jurando. LXX. προφασεις, visiones, הראות αροθ.
— — 15. בית אל βαιθηλ. LXX. οἰκος του ισραηλ.
— XI, 4. כמרימי עול χιμρειμειολ, tanquam exaltantes jugum. LXX. ὡς ῥαπιζων ἀνθρωπος, quasi homo qui verberat.
ואט אליו אוכיל: לא συνθελαυωχελλω, et declinabo ad eum cibum: Non —. LXX. ἐπιβλεψομαι προς αὐτον και δυνησομαι αὐτῳ, respiciam ad eum, et superabo eum. l. ואשע אליו אוכל לו συεσεελαυωχαλλω.
— XII, 12. כגלים κεγαλιμ, sicut acervi. LXX. ὡς ἀλωπεκες. שועלים σεγαλιμ.
Amos IV, 5. וקטר מחמץ תודה et adole de fermento confessionem. LXX. και ἀνεγνωσαν εξω νομου. pro θωθα l. θωρα, ex καταρ formarunt καρα et ex μεχομς fecerunt μεχους.
— V, 8. כימה χιμα, Arcturus. LXX. παντα. χιλλα. pro M leg. ΛΛ.
— VI, 1. השאננים ἀσαννειμ, tranquilli. LXX. ἐξουθενουσι. השנאים ασωνειμ.
Obad. v. 16. תמיד θαμιδ, jugiter. LXX. οινον, vinum, חמר χαμιρ.
Mich. I, 11. לכם λαχεμ. LXX. γελωτα ὑμων. לעגכם λαγχειμ.
Nahum I, 10. כי עד סירים סבכים χι ἀδεσερειμ σεβωχειμ, quia usque ad spinas complexas. LXX. ὁτι ἑως θεμελιου αὐτων χερσωθησονται, nam funditus delebuntur.
— — וכסבאם סבואים ουχεσαβαμ σαβεειμ, et secundum potare eos potores. LXX. και ὡς σμιλαξ περιπλεκομενη, et quasi taxus implicata. Cogitarunt de radice סבב circumdare.
Habac. I, 5. בגוים βαγοειμ, in gentibus. LXX. καταφρονηται, בגדים βαγδειμ.
Zach. VII, 1. התשעי ἀθισει, nonus. LXX. ἑκτου sextus, הששי ἀσισει.

Subjungimus hisce exemplis et alia, quae ejusdem sunt generis, et interpretationem graecam in versione Septuagintavirali obviam lectioni codicis hebraeo-graeci, seu pronunciationi hellenisticae ebraici textus accurate respondere ostendunt.

Gen. XIV, 5. הזוזים ασουσειμ. LXX. ἐθνη ἰσχυρα. עזוזים ασουσειμ.
Genef. XLIX, 10. שילה Σελω. LXX. τα ἀποκειμενα αὐτῳ. l. שלו Σελω.
— — 24. יפזו ιαφοζου, corroboraverunt. LXX. ἐξελυθη, dissoluta sunt. יפצו ιαφοσου vel ιαφοζου.
— — 24. אבן ישראל αββεν ιηλ, lapis Israel. LXX. θεου του πατρος σου.
Jos. XIII, 3. שיחור. Nomen fluvii. LXX. ἀοικητος.

Jud. VI, 9. אבי העזרי. LXX. πατρος του 'Εσδρι. Alex. πατρος 'Αβιεζρι. Compl. πατρος 'Εσρι.
2 Sam. II, 31. מְתוֹ μεθώ. LXX. παρ' αυτου מאתו μεθω.
— VI, 3. 4. אחיו. LXX. οἱ ἀδελφοι ἀυτου. l. ἀχαυ vel ἀαυ.
— XV, 7. בית המרחק. LXX ἐν οἰκω τω μακραν.
— XXIII, 9. אחוחי. LXX. πατραδελφος.
1 Paral. V, 1. ובחללו ουβεαλλω, in profanare illum. LXX. εν τω αναβηναι. l. ובעללו vel ובעלה ουβεαλλω.
— 15. אחי בן עבריאל. LXX. ἀδελφοι ὑιου 'Αβδιηλ. cap. VIII, 14. Alex. et Ald. 'Αδελφοι. cap. IX, 37. και Γεδουρ και αδελφος.
— XI, 22. בן איא חיל. LXX. ὑιος ἀνδρος δυνατου.
— XII, 17. חמס 'Αμας aut 'Εμας, violentia. LXX. ἀληθεια, אמת αμας vel εμας.
— XVII, 17. כתור χεθωρ, ut periodus. LXX. ὡς ὁρασις. כתואר
— XVIII, 8. ומכין ערי הררעזר. LXX. ἐκ των ἐκλεκτων πολεων 'Αδρααζαρ.
— XXI, 2. העם αομ LXX. της δυναμεως. l. העז αος. Σ pro M.
2 Paral. VII, 13. הארץ ααρες. LXX. το ξυλον. הארז ἀαρες. Conf. 1 Reg. V, 20. ubi hanc vocem per ξυλον verterunt.
— XI, 16. ואחריהם ουεχαρεαμ. LXX. και ἐξεβαλεν ἀυτους, ויגרשם ουιχαρσαμ. Σ pro E.
— XXXI, 4. בתורת יהוה βεθιραθ ἀδοναι. LXX. ἐν τη λειτουργια ὀικου κυριου, בית יראת יהוה βεθιραθ.
— XXXIII, 19 על דברי חוזי. LXX. επι των λογων των ὁρωντων. Cogitarunt participium verbi חזה οσε.
Efr. IV, 13. בלו πελω, tributum. LXX. πραξεις פעלה.
— — 20. והלך ουαλακ, et vectigal. LXX. και μερος. וחלק ουαλακ.
— IX, 7. כהנינו κανενου. LXX. οἱ ὑιοι ἡμων, בנינו βανενου. Eandem vocem הכהנים ἀκκανειμ reddiderunt Jof. IV, 11. λιθοι, אבנים. Confuderunt B et K.
Job. XXVII, 2. הסיר ἀσερ. LXX. ὁς, אשר ασερ.
Pf. XXVI, 4. עם מתי שוא Εμετεσαβ. LXX. μετα συνεδριου ματαιοτητος, עם עדה שוא
— XL, 7. אזנים. ἀζνειμ. LXX. σωμα. Provocat ad hunc locum Cl. *Kennicottius* in Diff. generali ad Vol. II. Biblior. p. 9. coll. p. 44. ut textum masorethicum corruptum statuat. Verum nisi est error in graeco textu, ut librarius loco Ωτια scripferit Σωμα, interpretes graeci cogitarunt חצנים ἀσνειμ, vel עצם ασεμ.
Prov. XII, 4. בעצמותיו βεασσαμωθαυ. LXX. ἐν ξυλω ἀπολλυσι, leg. צמתו vel בעץ שמרו
Efai. LVII, 12. מעשיך μασαχ. LXX. τα κακα σου. Cogitarunt מצה jurgium, quod Prov. XIII, 10. per κακον reddunt.
Jerem. XXXI, 2. Gr. XXXVIII, 2. חן χεν. LXX. θερμον, חם. M pro N. Theodoret. ὁ 'Εβρ. και ὁ Συρ. Quis quaefo eft ille Ebraeus? Non alius certe, quam Codex hebraeo-graecus. *Symm.* legit χαριν.
Jer. XLVI, 15. Gr. XXVI. נסחף νεσαπ. LXX. ἐφυγεν ὁ 'Απις. Cogitarunt נס et

et AΠ pro abbreviatura habuerunt, cui terminationem addiderunt. Conf. *Kennicotti* Diff. general. in V. T. tom. II. Bibl. p. 20.

Ezech. VII, 7. הַר הרים ἐδσαρειμ. LXX. μετα ωδινων את צירים

— IX, 2. קסת הספר inſtrumentum ſcribae. LXX. ζωνη σαπφειρου.

Zach. XIII, 7. הך את הרעה . αχ ἐθ αρωε. Ald. et Compl. παταξον. Matth. XXVI, 31. Marc. XIV, 27. παταξω. Cl. *Kennicottius* in Diff. gen. pag. 20. §. 44. ad duo provocat gr. MSta, quae παταξω legunt. Sed utraque lectio ex ſcriptione hebraeo-graeca derivanda. אך et הך unico modo αχ vel ακ ſcribitur.

Alia porro deprehenduntur exempla, ex quibus liquido apparet, interpretes verba hebraica in linguam graecam ſuſcepiſſe, et quidem ſine ulla verſione. Si codicem hebraice et litteris hebraicis ſcriptum ante oculos habuiſſent, verba ipſa textus intellexiſſent: atque interpretum erat, hebraica in graecum ſermonem transferre. Jam vero notiſſima verba hebraica in ipſa verſione graecis ſiſtunt litteris ſcripta. Nunquam id certe fieri potuiſſet, niſi ſcriptione hebraeo-graeca ſeducti fuiſſent. Ipſa verba ergo in exemplaribus hebraeo-graecis aut fuerunt erronee et falſe ſcripta; aut pronunciatione helleniſtica tantopere immutata fuerunt, ut interpres non ſtatim, quod in textu authentico ſcriptum ſit, recordari potuerit.

Gen. II, 14. הוא פרת ουφραθ. LXX. Vatic. Ευφρατης. Ald. et Compl. ουτος Ευφρατης, et quidem per correcturam ſcribae haud felicem; ſcribere enim debuiſſet ουτος Φρατης. Codex itaque hebraeo-graecus fluvio nomen dedit, quod adhuc hodie in uſu eſt.

Joſua XI, 2. ובנפות דור. Vatic. Φεναεδδωρ. Alex. et Compl. Ναφεθδωρ. Ald. Ναφεδδωρ.

Jud. VIII, 7. הברקנים oxycanthae. Βαρκημιμ. Alex. Βαρκομμειν. Ald. Βορκοννειν.

1 Sam. XIII, 18. גיא הצבעים vallis tinctorum. Γαι την Σαβιμ. al. Σεβωιμ.

— XX, 20. למטרה ad ſcopum. Alex. Δααρματταραι. Δ pro Λ. Compl. Ἀματταρα. Ald. Αμαγγαρι.

1 Sam. XXX, 8. גדוד turma. Γεδδουρ.

2 Reg. XIV, 7. גיא מלח. Γεμελεδ. Ald. Γεμελα.

2 Paral. XXV, 18. החוח ſpina. Ἀκχουχ. Alex. Οχοζ.

Nehem. III, 5. אדיריהם Primates eorum. Αδωριμ. Alex. Αδωρην.

Jerem. XXXVIII, 14. השלישי tertius. Ἀσαλισαηλ.

— XLIX, 4. בעמקים in vallibus. Gr. XXX. 4. Ἐνακειμ.

Ezech. XX, 29. הבמה excelſum. Ἀβαμα. Alex. Αββανα. Ald. Ἀβανα.

— XLVIII, 28. מריבות contradictiones. Βαριμωθ. Ald. Μαριμωθ. Compl. Μαριβωθ.

Dan. X, 5. בדים Byſſus. Βαδδιν.

Tertio denique loco producenda ſunt exempla, quorum in interpretatione plane contrariam ſelegerunt interpretes methodum. Verba hebraica graece et ad pronunciationem helleniſticam exſcripta interdum admodum ſimilia ſunt verbis graecis, quae longe aliam habent ſignificationem. Accidit Interpretibus, ut talia verba ob cognatum ſonum pro vere graecis habuerint. Nunquam id fieri potuiſſet, ſi e codice Hebraeo verſionem confeciſſent; ſolus codex hebraeo-graecus eos inducere potuit.

Exod. XII, 19. גר peregrinus. Γειωρας.
Nehem. VII, 3. אד חם השמש αδ αμ ασεμες, ad calorem folis. ἕως ἅμα τῳ ἡλιῳ.
— XIII, 31. ולבכורים et primitias. και ἐν τοις βαχχουριςις.
Jerem. XXV, 30. הידד. Gr. XXII, 30. αιδε.
— XLVIII, 33. הידד. Gr. XXXI, 33. αιδε. Compl. αιδεδ.
Dan. I, 20. אשפים Ἀσωφειμ. In Cod. Chif. Σοφοι. A pro ה articuli habentes.
Amos III, 12. ערש fponda. LXX. ἱερεις, conjunxeruntque vocem cum fequenti commate.
Habac. II, 17. חמס. Aq. αιμα.

Singula exempla, quae ex multis hisce prorfus fimilibus, quorum plurima ipfe huic hypothefi invitus fuppeditat *Capellus*, felegimus, accurate qui penfitabit, verfionem iftam graecorum Interpretum nunquam e codice hebraice fcripto profectam effe, fed neceffario codicem Hebraeum graeco charactere et fecundum φωνην Helleniftarum fcriptum praefupponere, fine dubio intelliget. Indoles et ipfa Verfionis graecae conditio de exiftentia codicum hebraeo-graecorum teftatur. Jam vero de Methodo fcribendi nonnulla obfervanda funt. Triplex exftat modus fcribendi: *hebraeus*, ad dextra ad finiftram; *graecus*, a finiftra ad dextram; et *buftrophedon*, quo lineae alternant, et modo ad dextram modo ad finiftram producuntur, et inter fefe fingulae lineae connectuntur. Fragmenta codicis hebraeo-graeci, quae in Hexaplis *Origenis* fuperfunt, oftendunt fcriptionem graecam a finiftra ad dextram. Verum cum primi fcriptores Judaei fuerunt, qui a primis unguiculis a dextra ad finiftram fcribere didicerant, atque ipfi Senes codicem Hebraeum graecis litteris fcripferunt; omnium primo codicem Hebraeum graecis litteris a dextra ad finiftram fcriptum fuiffe, verofimillimum nobis videtur. Reftat unicum exemplum, quod *Montfauconius* detexit in MS. Cod. Jefuit. ubi ad Jerem. XXXI, 21. in verfione Aquilae vox שמי graece εμς fcripta eft: ex quo apparet, non plane inufitatum et pofteriori tempore fuiffe, hebraica graecis litteris fecundum morem Hebraeorum fcribere. Nomen Dei effentiale יהוה litteris originalibus in codicibus hebraeo-graecis fcriptum fuit, quod alii ΠΙΠΙ, alii vero *Aja* vel *Jaja*, duobus *Ja*, ut habet *Hieronymus*, legerunt: ex quo priores a finiftra ad dextram, pofteriores a dextra ad finiftram hoc nomen legiffe, fequitur. [a]) Ni fallimur, hoc pro fcriptura *buftrophedon* militat. Sed quomodocunque fit, id tamen, fuiffe olim codices hebraeo-graecos, e quibus verfio graeca feptuagintaviralis confecta eft, e fupra allatis argumentis, etiamfi modus fcribendi incertus fit, lector, qui a praeconceptis liber eft opinionibus, non in dubium vocabit.

Codd. hebr. gr.

Origo Verfionis Graecae.

At quomodo factum fit, ut tam finiftra et perverfa interpretatio in graecam verfionem tranfierit, quaeftio eft, quam filentio intactamque transmittere haud poffumus. Ex iis quae jam fupra obfervavimus, interpretes coactos fuiffe, facrum codicem ita interpretari, non ut hebraice fcriptum ipfi e Palaeftina adduxerant, fed uti graecis litteris et fecundum pronunciationem hellenifticam ipfi fcripferant, conftat. Ancipiti premebantur boni viri honeftis inclufi carceribus periculo. Si textum genui-

a) Vid. *Tychfenii* befreytes Tentamen p. 39. Erfter Anhang p. 105.

genuinum in interpretando sequuti essent, aberrandum ipsis erat a textu graece scripto, qui aliam permittebat interpretationem, atque sic Regem offendissent. Tutius itaque quod erat, carcere inclusi elegerunt, seque ex angustiis, ut ita textum interpretarentur, uti quilibet Hellenista eum interpretaturus fuisset, liberare studuerunt. Atque hoc modo commune omnium suffragium communemque approbationem quam certissime exspectare poterant. Si vero statuimus, quinque Seniores, qui legi et scribendae et in graecum sermonem vertendae interfuerunt, accurate textum interpretatos esse, fieri potuit, ut posteriori tempore, a quodam correctore, qui graecam versionem cum codice hebraeo-graeco contulit, loca illa ad codicem istum revocata et correcta sint; qui cum hebraice scripta ignoraret, versionem a codice authentico aberrare sibi persuasit, atque ita errata emendare studuit, dum versionem ad lectionem hebraeo-graecam reformavit. E. g. invenit in versione Deut. XXII, 8. υιοι ισραηλ, et in codice hebraeo-graeco Βενειηλ. Errorem detexit; sed ecquis erravit? Non in eandem, ut hodierni Critici perplurimi, qui quoties versionem inter et textum differentiam deprehendunt, textui vim inferunt, abiit partem; sed versioni medelam paravit, et uti בני האלהים graece ab *Aquila* οι αγγελοι του Θεου, et a *Symmacho* οι υιοι των δυναστευοντων dicuntur, aliam interpretationem in locum Deuteron. substituit. Aliis in locis hodiernis Criticis, quin et ipsi *Capello*, qui non de eo, quid sacer scriptor scripserit, sed quid ipsis commodiorem praebere videatur sensum, solliciti sunt, facem praetulit. Perplexus ipsi e. g. visus est locus Genes. XLIX, 24. nec, quid sibi hoc loco velit *lapis Israel*, cogitare potuit, aliam itaque secundum textum graece scriptum, quam et Chaldaeus adoptavit, inseruit interpretationem. Reliquos quod attinet Libros sacros, quorum versio graeca versione Pentateuchi longe est inferior, si non ab ipsis senioribus, qui festinanter opus quomodocunque sit conscripserunt, et quibus *Demetrius* υπεραστιστης in elaborando opere haud adfuit, confecta est, incerto quodam auctore e gremio eruditorum Judaeorum, qui Alexandriae vixerunt, graece versi sunt: et cum auctor codicem hebraeo-graecum manibus tractavit, quid mirum si ambiguam ejus codicis lectionem sequutus sit, et quae forte ignoraverit, hebraice, sed graeco charactere transscripserit, aut quae ipse haud intellexit, tamdiu torserit et exagitaverit, donec aliquem praebere potuerint sensum? E. g. 1 Sam. XIII, 21.

Quid vero demum de Lectionibus variantibus textus Hebraici e versione graeca septuagintavirali collectis statuendum sit, facile unicuique patebit. Fortassis ea, quae scripsimus, viris istis, qui varias lectiones eum in finem, ut textui sacro medelam parent, undequaque corradunt, et illarum quovis aucupio delectantur, minime se probabunt. Verum quae nobis visa sunt vera, scripsimus, et unicuique liberum permittimus judicium. Non desunt viri eruditi, qui satis dure et acerbe in versionem septuagintaviralem invehunt, eamque laceram, interpolatam, multis vitiis inprimis ex librariorum oscitantia oriundis defoedatam, impuram, et malitiose vitiatam salutant, et nihilo tamen secius ex ista versione textum sacrum restituere satagunt. Mirum semper nobis hoc visum est, quomodo ex fonte tam impuro et incerto textus sacri authentici lectio falsitatis accusari et emendari possit? Quis quaeso mihi, interpretem graecum, qui toties quoties aberravit, et hoc loco non aber- Lect. V. auctoritas.

 rasse

raſſe fidem faciet? *Capellus* certe tam ingentem Lectionum e graeca verſione emendandarum acervum accumulavit, ut, ſi vera eſſent, quae ſcripſit, textus Hebraeus revera quam maxime eſſet deturbatus. Ecquis vero illum reſtituet? Verſio illa graeca, interpolata, defoedata, manca, et malitioſe depravata? Studioſe in illas, quas e verſione graeca deducit lectiones varias *Capellus*, inquiſivimus, atque illos quadruplicis generis eſſe obſervavimus. Prioris generis ſunt gloſſemata, quae ex margine in textum verſionis irrepſerunt, et manifeſti errores, vel ab interprete, vel a quodam correctore vel a librario quodam commiſſi. Omnes itaque hujus generis lectiones ſumma injuria variantibus annumerantur Codicis ſacri lectionibus. Ingens adeo variantium *Capelli* lectionum evaneſcit cumulus; et hasce qui colligit, non codicis hebraei varias lectiones colligit, ſed errorum graecae verſionis coacervat cumulum. Secundi generis ſunt lectiones, quae ex varia punctorum vocalium pronunciatione oriuntur. Quam diverſa Helleniſtarum fuerit pronunciatio, ſupra multis exemplis oſtendimus. Reſecantur itaque et hujusmodi lectiones, et qui illas colligit, non Varias lectiones Textus ſacri, ſed diverſitates Helleniſtarum et Maſoretharum ſeu Palaeſtinorum in pronunciandis punctis vocalibus vel litteris manifeſtat. Tertii generis ſunt varietates, quae una aut altera editione verſionis graecae ſuffulciuntur, alia vero ejusdem verſionis editione deſtruuntur. *Capellus* plerumque unicam conſuluit verſionis graecae editionem, et quam ſaepiſſime Francofurtanam, haud accuratam, et quoties illa a textu Hebraico recedit, Variantem condit lectionem, quae, ſi alia in ſubſidium vocatur editio, ſtatim evaneſcit. Fallitur *Capellus* erronea ſcriptione unius codicis ſeu editionis, et fallit incautos et harum rerum ignaros lectores. Obviam hisce aliquo modo ivit Cl. J. G. *Scharfenbergius* in obſervationibus novae editioni *Critices ſacrae Capellanae* ad marginem adſcriptis, in quibus lectores, ne tam facile, uti alias conſueverunt, *Capello* ejusque adſertis fidem adſenſumque praebeant, ſtudioſe monet. Quae hujus generis variae lectiones nominantur, revera non ſunt, ſed qui illas colligit, tantummodo diverſitates variarum verſionis graecae editionum cardinalium coacervat. Quarti generis ſunt varietates ipſa verſione graeca et conſenſu editionum cardinalium comprobatae. Sed quid de hisce ſtatuendum ſit, ex graeca ſcriptione textus Hebraici et ex pronunciatione helleniſtica dijudicandum erit. In ſingulas hujus generis varias lectiones a *Capello* productas ſtudioſe inquiſivimus; et ne unica ſupereſt quidem varians lectio, quae non ex ſcriptura hebraeo-graeca reſolvi poſſit. Singulae permutationes temporum verborum, ſingulae vocalium permutationes et litterarum, quibus diverſus efficitur ſenſus, in aliis vocibus, et inprimis in nominibus propriis deprehenduntur, ita ut lectio textus hebraici abſimilem habeat lectionem alio in loco in una editione; et lectio, quam graeca verſio indicat, abſimilem lectionem habeat in eodem loco in alia editione. Exemplo ſtatim obvio hoc monſtrabimus. 2 Sam. VII, 23. habet textus hebraicus ואלהיו *et Diis earum:* verſio vero graeca habet σκηνωματα, legit itaque ואהליו. Secundum *Capellum* p. 628. eſt varians lectio orta ex litterarum transpoſitione, et litterae *Lamed* et *He* transpoſitae ſunt. Textus Hebraicus ſcribit *Lamed He*, textus graecus *He Lamed.* Geneſ. XXII, 24. legitur מעכה et ſcribitur ſecundum textum Hebraeum in editione Vaticana Μοχα, et poſitio ſeu locus litterarum M et X reſpondet poſitioni litterarum *Lamed He.* At in editione Complutenſi ſcribitur Χωμα, et poſitio litterarum X et M reſpondet poſitioni litterarum *He Lamed* in lectione verſio-

ſionis graecae. Ejusmodi transpoſitiones in Graecis ſunt frequentiſſimae. 1 Chron. VIII. 3. Ἀδιϱ, Aϱεδ. c. VII, 6. Χώβωϱ, Βοχοϱ. Ubi itaque litterarum transpoſitio facta eſt? In aprico eſt, eſſe errorem ab interprete graeco commiſſum. Ergo non eſt varians Lectio. Utraque vox porro graece ſcribitur συελαιν. Exod. XXXI, 6. אהליאב Ελιαβ. Hinc non eſt varians lectio, ſed error in verſione graeca e codice hebraeo-graeco reſolvendus; interpres enim ſcriptione deceptus non de Diis, ſed de tentoriis cogitavit. Statueramus primo in *Capelli* hujus generis variantes lectiones noſtram hic ſubjicere criſin, ſed brevitatis ſtudio ducti a propoſito noſtro abstinemus. Sufficiant interim ſpecimina, quae ſupra expoſuimus. Ex omnibus vero a *Capello* e verſione graeca productis variantibus lectionibus, remanere fere nullam, nobis quam certiſſime conſtat. Scripſit quidem Cl. *Knappius* de caute adhibenda verſione graeca in colligendis textus Hebraici variantibus lectionibus, emendandoque textu hebraico e verſione graeca. Verum quare huic verſioni nullam omnino tribuamus auctoritatem, ex iis quae hactenus diſputata ſunt, patebit.

Antequam vero *Capelli* molimina dimittimus, ut Cl. *Kennicottii* opus celebratiſſimum, edito ſecundo volumine conſummatum, cum illis conferamus, idem certe Virorum communis ſcopus a nobis exigit. Primum operis tomum ſuo tempore et loco recenſuimus. [b]) Adeſt jam alterum volumen eodem modo uti primum diſpoſitum, eleganter expreſſum et ingenti variantium lectionum cumulo oneratum. Accedit operi Diſſertatio generalis pp. 129. adimplens. Et ecquid exſpectarunt Critici? Sine dubio, quod *Millius* olim praeſtitit, accuratam omnium MStorum collatorum deſcriptionem, ut quivis de auctoritate, antiquitate, dignitate judicare poſſit. Sed revera ab omni ſpe dejecti ſunt viri, qui operi nondum nato hederam toties ſuſpenderunt. Repetit Vir doctus eadem, quae jam ſaepius ſcripſerat; dari variantes lectiones probat, in textum Maſorethicum invehit, et ſatis jejunam MStorum collatorum inſtituit recenſionem. Utrum vero MSta ſint fide digna, an vero varietates obſervatae aberrationibus calami ſcribentis tribuendae ſint, hoc eſt quod lectores, niſi ipſi MSta adeunt, inpoſterum ſunt ignoraturi. Sicuti *Capelli* collectio variantium e verſione graeca productarum non eſt niſi cumulus et acervus errorum in verſione graeca obviarum; ita et Cl. *Kennicottii* collectio non eſt niſi incertus catalogus errorum in deſcribendo codice Hebraico commiſſorum. Damus Cl. Viro quam lubentiſſime, quod variis Rabbinorum teſtimoniis probat, codicem ſacrum Hebraeum utique variantes admittere lectiones; ſed ex recenſione MStorum Codicum intelligi poſſe, utrum ſit error ſcribentis, inſtituta collatione cum archetypo jam correctus et emendatus, an varians lectio vera, hoc eſt quod negamus: atque ita ex opere ſplendido diſcimus, dari aberrationem; ſed qualis illa ſit, niſi ad ipſos MStos Codices refugimus, ſemper ignorabimus. Redit Vir Doctus ad familiarem ſibi hypotheſin, Judaeorum malitia codicem Hebraeum fuiſſe depravatum. Dolemus vicem gentis Judaicae, cujus patres olim immenſo labore, innumeris vigiliis et ſumma cura ſingulos apices numerarunt, et de integritate textus conſervanda ita ſolliciti fuerunt, ut Chriſtianorum nemo ipſis par haberi poſſit, quod ipſi tanta inuritur nota: nec unquam cum iis, qui in eandem abeunt ſententiam, uti Cl. *Starckius* nuper fecit, communem habebimus cauſam. Provocant Viri Docti ad exempla, quibus hypotheſin ſuam ſtabilire ſatagunt. Liceat vero unicum, quod potiſſimum e Ver-

b) Bibliothecae noſtrae Part. I. Cap. I. Sect. I. §. 42.

Verſione graeca petitur, examinare. Notiſſimum eſt dictum Eſai. XIX, 18. ubi veram codicis Hebraici lectionem fuiſſe volunt עיר החרס *Civitas ſolis*, quam Palaeſtinenſes Judaei malitia ducti in עיר ההרס *Civitas perditionis* permutaſſe dicuntur, [c]) ex quo per malitiam Helleniſtarum iterum *πολις Ἀσεδεκ* natum ſit, perinde ac ſi olim in codice Hebraeo עיר הצדק *Civitas juſtitiae* lectum fuiſſet. Graecas ſi conſulimus editiones, graviſſimus certe inter illas eſt diſſenſus. Nulla editio accurate legit *Ἡλιουπολις*. Symm. *Πολις ἡλιου*. Theodot. *Ἀρες*. Compl. *Ἀχερες*. Cod. Marſ. *Θαρες*. Vat. *Πολις ἀσεδεκ*. Quid ex tanta teſtium inconſtantia contra Hebraei textus lectionem concludi poſſit, diſpiciant alii. Plures e Graecis quam certiſſime errarunt: unicus ergo eſt tantummodo contra textum Hebraeum teſtis, et quidem *Symmachus*. Porro, ſi verba textus graecis litteris ſcribuntur, utrumque החרס et ההרס ſcribendum eſt *ιρ ααρες*. Unde facilis diverſarum verſionum eſt origo. *Symmachus* cogitavit *ααρες* החרס et vertit *πολις ἡλιου*; *Aquila* legit *ααρες* et cogitavit הארץ *ααρες*, et vertit *civitas terrae*. Alii codices retinuerunt vocem hebraicam, et quia nomen *Civitas ſolis* ipſis notiſſimum erat, et contextus de Aegypto ejusque civitate loquitur, ſcripſerunt *αχαρες*, vel ex *ΑΑρες* per errorem ſcribentium natum eſt *Αχαρες*. Quomodo vero in nonnulla exemplaria nomen urbis *ἀσεδεκ* tranſierit, jam diſpiciendum eſt: vario enim modo hoc fieri potuit. Ponamus LXXII. Seniores in carceribus incluſos textum hebraeum et graece ſcripſiſſe et deinde ex hebraeo-graeco codice verſionem confeciſſe. Hi certe *Ptolemaeum* quam graviſſime offendiſſent, ſi civitatem Aegypti *civitatem deſtructionis* ſalutaſſent; ut itaque Regi adularentur, loco *ααρες*, in verſione nomen hebraicum ſcripſerunt *ασεδεκ*. Commode hoc fieri poterat, quia jam in Metropolin Aegypti Lex Dei ejusque cultus tranſierat, et urbs, quae propter idololatriam civitas deſtructionis fuerat, jam in urbem juſtitiae per Legem et veri Dei cultum transformata erat. Vel ſi mavis, interpretes olim in graeca verſione ſervaſſe vocem *ααρες*, correctura eſt cujusdam Alexandrini Judaei, qui Alexandriam Hieroſolymis non minoris dignitatis eſſe voluit, atque cum in finem ex Eſai. I, 26. nomen *ασεδεκ* ſubſtituit. Quod vero antiquitus ſuſpicio de errore in graeca verſione invaluerit, ex ipſa codicum inconſtantia ſequitur. Is enim, qui in Complutenſi *αχερες* ſcripſit, non de textu hebraeo, neque de Alexandria cogitavit, ſed Heliopolin hic innui ſibi perſuaſit. Ejusmodi vero deviationes in Graecis obviae pro vera et intemerata Codicis hebraei lectione ſtrenue militant, atque ſic Judaei ab ignominia malitioſae depravationis codicis ſacri liberandi ſunt.

De reliquis Graecis interpretibus, *Aquila*, *Symmacho*, *Theodotione* et Anonymis in Bibliotheca noſtra egimus. Hosce vero interpretationem graecam non e codice hebraice, ſed graecis litteris ſcripto confeciſſe, exempla demonſtrant, quae Cl. *Tychſenius* hunc in finem produxit. [d])

Nihil amplius itaque addimus, quam ut Deo benigniſſimo rerum noſtrarum arbitro, qui vitam viresque hucusque conceſſit, publicas hic referamus grates. Caeterum ſciant, qui rebus noſtris favent, Volumen partis ſecundae tertium de Editionibus Sacri Codicis Latinis, jam proelo adaptatum eſſe.

Scribebamus Neoſtrelitzii in Ducatu Mecklenb. die XVI. menſis Martii MDCCLXXXI.

CON-

c) *Kennicottius* Diſſ. gen p. 10. et 55. *Starckius* l. c. p. 9. et 128. d) Tentamen p. 56. etc.

CONSPECTUS

VOLUMINIS II. PARTIS II. BIBLIOTHECAE SACRAE.

ד.

a) e libr. Samuel. §. II.
b) Efther. §. III.
c) Jobus. §. IV.
d) Pfalterium. §. V. VI.
e) Proverbia. §. VII.
f) Ecclefiaftes. §. VIII.
g) Canticum Cantic. §. IX.
h) Prophetae. §. X.

2) Librorum Apocryph. §. XI.

3) N. T.
a) Evang. Johan. §. XII.
b) Epift. Apoftol. §. XIII.
c) Orat. Dominic. §. XIV.
d) Hiftoria Paffionis. §. XV.
e) Pericopae dominicales. §. XVI.



PAR-

PARTIS II.

VOLVMEN II.

DE

VERSIONIBVS GRAECIS.



SECTIO I.

DE

VERSIONIBVS GRAECIS VETERIS TESTAMENTI.

§. I.

Antiquitate et celebritate inter occidentales facri codicis verfiones eminent verfiones graecae, quae vel integrae vel faltem ex parte noftris fervata funt temporibus. Confignatae funt lingua, quae olim fere ubivis terrarum celeberrima, et tunc temporis tam univerfalis fuit, ut et remotiffimis ab ipfa Graecia populis innotuerit. Inter populum Judaicum usque ad prioris captivitatis tempora pura et intemerata lingua Hebraica confervata erat: fed cum jufto divino judicio gens incredula et pervicax in captivitatem traderetur, in locum purioris linguae hebraicae, populorum, qui victis imperabant Judaeis, fucceffit dialectus. Inter Graecos vero artes et fcientiae florere coeperunt, unde qui et eruditioni, artibus et fcientiis fefe dederunt, ad Graecos abeuntes, illorum linguam addifcere coacti fuere. Ipfa quoque bella, quae *Alexander M.* et qui poft ejus obitum regni in partes diffecti potiti funt, gefferunt, victoriae Graecorum celebres, qui victis artes, leges, linguamque dabant, communis linguae Graecae ufus caufae fuere. Quin et ipfis Judaeis, ante Novi Foederis tempora, in Palaeftina fatis nota et familiaris, et iis, qui extra patriam, alios inter populos difperfi vixerunt, vernacula fuit. Ipfi quoque Judaei *Ariftobulus*, *Philo*, et *Jofephus*, quamvis hebraicam linguam intellexerint, graeco tamen idiomate in confcriben-

bendis operibus usi sunt. Nec desunt, qui linguam graecam et Judaeis sacram, ipsamque versionem graecam in Synagogis publice praelectam fuisse, adserunt. Verum hoc non adeo certum est, ut potius contrarium statuendum sit. Praelectio enim in Synagogis Hellenistarum facta est non secundum pronunciationem Palaestinensium, sed secundum pronunciationem graecissantium, quae, perinde uti hodierna lectio Judaeorum Germanorum et Hispanorum, diversa fuit. [a])

§. II.

Versio prima.

Antiquissima et celebratissima Codicis Veteris Testamenti versio Graeca est, quae a septuaginta duobus Senibus nomen accepit, et vulgo *Septuaginta Interpretum* nomine venit, quae tum et inter Judaeos recepta fuit, tum et a scriptoribus Novi Foederis divinitus inspiratis citari solet. Historiam antiquarum Veteris Testamenti versionum ex Hebraeo graece factarum condidit Auctor noster ex *Synopsi* Scripturae sacrae, apud *Athanasium*, [b]) ex historia Litteraria Scriptorum Ecclesiasticorum *Guill. Cavei*, aliisque scriptoribus; sed ita condidit, ut multa scitu maxime necessaria silentio praetermiserit. Vera quidem sunt verba *Joannis Pearsonii* [c]): „Cum multa sunt, quae „de versione septuagintavirali dici possent, imprimis de illius dignitate et an„tiquitate, nihil tamen in praesenti dicemus; siquidem de hoc argumento vi„ri docti multa praeterito seculo scripsere, qui cum maxime inter se dissen„tiunt, nihil adhuc certi et explorati videntur tradidisse.„ Et si omnia, quae de hac versione disputata sunt, in medium proferre, variisque ex scriniis omnia et singula compilare vellemus, lectori fortassis plus taedii crearemus, quam studiis ejus inservire possemus. Delectum itaque dicendorum et instituamus necesse est, ne ea, quae necessaria sunt, lector desideret, nec iis, quae minus necessaria sunt, vel quae superflua videri possint, obruatur. Plura qui fortassis desiderat, scriptores ad marginem citatos adeat. [d])

§. III.

a) Conf. *Tychsenii* tentamen p. 154. etc. Repertorium für biblische und morgenländische Litteratur part. III. p. 150.

b) Synopsis sacrae scripturae ab hodiernis criticis unanimi fere consensu *Athanasio* abjudicata est. Satis vero vetusti scriptoris opus est. Recenset ille sacros Veteris Testamenti libros, et ab iis Apocrypha distinguit scripta; deinde et Novi Foederis libros nominat; et singulorum exponit argumentum. Ultimo denique loco Versiones Veteris Testamenti Graecas recenset. Conf. *Du Pin* nouvelle Bibliotheque des Aut. Eccles. tom. 2. p. 51. *Guil. Cave* hist. litt. script. eccles. p. 146.

c) Praefat in Bibl. Graec. Cantabrigiensia. *Le Long* p. 145. col. 2. D.

d) Conf. *Joh. Alb. Fabricii* Biblioth. graec. vol. 2. p. 315. *Joh. Christoph. Wolfii* Bibliotheca Hebraea, vol. 2. p. 440. *Joh. Franc. Buddei* histor. eccles. V. T. vol. 2. p. 1031. Ejusd. Isagoge hist. theol. p. 1516. *Christ. Cellarii* Diss. de LXX interpr. 1696. *Christ. Kortholti* tract. de variis Scripturae S. editionibus c. 6. p. 51. *Joh. Frickii* praefat. ad Biblia Graeca Lipsiensia. *Joh. Gottl. Carpzovii* Critica sacra V. T. part. 2. cap. 2. pag. 481. *Joh. Christoph. Dornii* Biblioth. theol. crit. lib. 4. cap. 5. vol. 1. p. 678. *Rich. Simon* hist. crit. du V. T. lib. 2. cap. 17. pag. 292. *Du Pin* nouv. Biblioth. des Aut. Eccl. tom. 1. Diss. praelim. 13. p. 57. *Brian. Waltoni* prolegom. IX. p. 309. *Jac. Usserii* syntagma de graeca septuaginta interpr. versione, Lips. 1695. 4. *Lud. Capelli* Critica sacra, lib. 4. cap. 1. tom. 2. p. 491. edit. A. 1775.

Joh.

§. III.

Auctores Verſionis.

* Prima verſio (inquit auctor Synopſeos S. Scripturae) eſt ſeptuaginta duorum interpretum. Hi cum Hebraei eſſent, electi ſunt ex unaquaque tribu ſex viri, et divinam ſcripturam ſub Ptolemaeo Philadelpho rege interpretati ſunt, ducentis triginta annis ante nativitatem ſecundum carnem Domini noſtri Jeſu Chriſti.

* Verſio graeca LXX. Interpretum ita vocata eſt, quod a magno Synedrio LXX. viris coacto fuerit approbata. [e])

[De ipſo interpretum numero, qui Vetus Teſtamentum in graecam linguam transtulerint, et inter illos, qui *Ariſteae* relationem agnoſcunt, magnus eſt diſſenſus, et vix ac ne vix quidem diverſae relationes, ſi omnes de verſione intelligendae eſſent, conciliari poſſunt. Plurimi cum auctore Synopſeos, ſex e quavis tribu viros delectos ad opus conficiendum Alexandriam miſſos eſſe ſtatuunt. Sed non deſunt, qui auctoritate Talmudis Hieroſolymitani ducti, numerum interpretum ad quinque viros reducunt. „Non enim „tot homines (inquit *Lamb. Bos*) [f]) quot vulgo feruntur, nimirum LXX. vel „LXXII. hoc opus aggreſſi videntur; ſed pauciores numero, et forſan, uti „ego quidem exiſtimo, quinque tantum, quae ſententia confirmatur tradi„tione veterum Judaeorum, quemadmodum videre eſt apud *Hodium*. At„que hi homines non transtulerunt omnes libros ſacros, quod multi opinan„tur, ſed Pentateuchum ſolum. Cujus ſententiae auctores habeo praeter *Jo„ſephum*, Viros eruditiſſimos, *Uſſerium*, *Salmaſium*, *Marshamum*, *Ho„dium* aliosque.„ Quibus *Capellus*, *Leusdenius* aliique accedunt. Utraque vero ſententia teſtes habet haud rejiciendos. Talmudiſtae quinque, alii ſcriptores LXX. vel LXXII. nominant interpretes. Optime vero conciliantur contrariae ſententiae, ſi teſtimonia tam diſſonantia rite diſtinguuntur, ita ut LXXII. Senes ad integrum opus perficiendum miſſi, quinque vero viri in Pentateucho ſcribendo occupati fuerint. Quae *Rich. Simon* Synedrio magno Hieroſolymitano tribuit, de Synedrio Alexandrino, a quo opus examinatum et approbatum ſit, exponit *Lamb. Bos.* Verum Judaei in Palaeſtina opus non

Joh. Buxtorfii anticrit. part. 2. cap. 8. p. 541. *Stephani Morini* exercitationes de lingua primaeva cap. 8. p. 236. *Joh. Henr. Hottingeri* theſaurus philolog. lib. 1 cap. 3. pag. 278. Ejusd Diſſ. de translat. Bibliorum in linguas vernaculas p. 96. *Joh. Leusdeni* Philol. hebraeo-mixt. Diſſert. 2-4. p. 10. *Joh. Aug. Starckii* Davidis aliorumque poetarum hebraeorum carminum lib. V. Regiomont. 1776. 8. vol. 1. Sect. 5. p. 120. *Gabriel Fabricii* des Titres primitifs tom. 1. p. 195. *Joh. Sal. Semleri* apparatus ad liberalem Vet. Teſt. interpretationem. Halae 1773. 8. p. 288. C. F. *Schmidii* hiſtoria et vindiciae Canonis V. et N. T. Lipſ. 1775. 8. p. 220. etc *J. F. Fiſcheri* proluſiones de verſionibus graecis, Lipſ. 1771. 8. *J. G. Hagemanni* Nachricht von den fürnehmſten Ueberſetzungen der h. Schrift p. 12. Allgemeine Welthiſtorie tom 8. p. 761. 644. Plures ſcriptores, quos vero nobis conſulere haud licuit, recenſet *Carpzovius* noſter loco ſupra citato.

e) *Le Long* p. 145. col. 2. C

f) Prolegom. ad Biblia graeca cap. 1. §. 2.

non approbarunt, sed diem, quo sacra in manus gentilium profanas pervenerunt oracula, lugubrem et diem jejunii statuerunt: eorum enim judicio dies aeque acerba ac illa fuit Israelitis, qua factus fuit vitulus, quia lex jam non potuit recte pronunciari seu recitari. Synedrium vero Alexandrinum, quod ad normam Hierosolymitani formatum sit, valde dubium est. Res itaque redit ad LXXII. Senes Alexandriam missos, qui Synedrium Hierosolymitanum repraesentantes, apographum jussu *Ptolemaei* factum publica declaratione confirmarunt. g)

§. IV.

Fontes Versionis.

* Non praetereundum (inquit *Joh. Alb. Fabricius*) h) quod Aristeas et Josephus scribant versionem hanc factam esse ex Hebraico; Philo et R. Azarias e Chaldaico; nonnulli apud Ghedaliam in Schalschelet Hakkabala e Syriaco; e Samaritano denique Christiani doctores Postellus et Seldenus.

* Ea de re scribit *Waltonus* i): Guilielmus Postellus primus in Tab. XII. linguarum asseruit Septuaginta ex Codicibus Samaritanis suam versionem confecisse. Alii vero e contra, Samaritanos ex Graeca LXX. Interpretum versione Pentateuchum suum descripsisse aiunt; in quam sententiam adducunt quidem Ludovicum de Dieu in Matth. XIX, 5. et Joannem Seldenum in mari clauso p. 57. quorum tamen neuter hoc directe adfirmat. R. Azarias libro Meor Enaim cap. 8. et 9. et paulo ante illum R. Ghedalia dicunt post Esdrae reditum Legem in linguam Chaldaeam translatam fuisse, in gratiam vulgi, quod linguae Hebraeae tempore captivitatis obliti, Chaldaeam melius intelligerent, et hujus usus durasset per totum tempus templi secundi. Sed quia carebant Masora, inter vulgus corruptam et depravatam fuisse, et ex hoc depravato codice Chaldaico septuaginta suam fecisse versionem; hanc esse caussam discrepantiarum inter eam et Hebraeam, licet exemplari, quod sequuti sunt, ad amussim respondeat. k)

[Non inanis aut otiosa vel mere speculativa est de fonte versionis Graecae disceptatio, in primis hodierno tempore, quo *Capelli* vestigiis insistentes Critici omnem rem navant, ut ex versione Graeca textum sacrum restituant. Multas inter textum Hebraeum et Graecam versionem diversitates intercedere, non negamus, unde quaestiones, num alium interpretes habuerint textum archetypum ac hodiernum, num lectio Hebraei codicis nostri sit immutata aut depravata, num interpretes oscitantia a textu Hebraeo aberrarint, et quae hujus plures sunt generis, nascuntur. *Josephus* textum Hebraeum, *Philo* vero Chaldaeum versionis sistit fontem, qui vero tantummodo nomine, non vero re ipsa a se dissentiunt. *Philonis* enim textus Chaldaeus est textus Hebraeus, litteris quadratis seu Chaldaeorum charactere scriptus. Nec ex Chaldaea paraphrasi, seu ex Targumim formari potuit versio Grae-

g) Conf. *Fabricii* Biblioth. gr. vol. p. 2. p. 321.

h) Lib. 3. Biblioth. gr. c. 12. §. 4.

i) Prolegom. IX. §. 14.

k) *Le Long* p. 145. col. 2. E.

Graeca, quae forte aetate paraphrafin chaldaicam fuperat. E Samaritanis codicibus ipfa verfio Graeca originem haud trahere potuit, folus enim Pentateuchus Samaritanus proftat, et hic quidem e Graeca verfione acceffiones et aberrationes accepit, feu viciffim proprias Graecae verfioni commodavit. Quam accuratiffime fingula difcuffit *Joh. Henr. Hottingerus.* *l*) Ut de Syriaco contextu taceamus, nullus reftat, nifi folus contextus Hebraicus, ex quo verfio Graeca formari potuerit. Verum qui fieri potuit, ut interpretes tam frequentiffime a Codicis Hebraei lectione recefferint? Variis in locis ofcitantia aberrarunt, litteras externa forma fibi fimiles inter legendum permutarunt; fed ex hisce erroribus minime omnes derivari poffunt deviationes, quod unicuique, qui amplum illum errorum cumulum, quem *Hottingerus* contulit, *m*) fub examen vocat, facile patebit. Quid itaque ftatuendum? Aliter legerunt Interpretes, quam hodie in textu Hebraeo legimus. Eftne textus Hebraeus pofteriori tempore corruptus, immutatus, depravatus? Non defunt, qui textum Hebraeum tali injuria afficiunt. Verum ex hypothefi Cl. *Tychfenii* de Codicibus Hebraeo-Graecis, five textu Hebraeo litteris graecis et quidem uncialibus fcripto, plurimarum aberrationum commoda reddi potest ratio: quae fe itaque unicuique, cui integritas textus noftri Hebraei curae cordique eft, quam maxime commendat.

§ V.

Stylus Verfionis.

Graece quidem fcripta eft verfio feptuagintaviralis, fed minime ftylo puro, verum multis hebraifmis intermixto, qui a puritate et deliciis Graecae eloquentiae multum recedit, et ideo a *Scaligero* helleniſticus dictus eft. Quomodo vero ille comparatus fit, paucis exponit *Hottingerus*, qui de ftylo et genio verfionis graecae ita judicat: „I. Stylum V. T. quidem graecum „effe, fimplicem tamen, *χουδαιον* et *ιδιωτικον*; II. Certum et indubitatum effe, „verfionem hanc plures Hebraifmos intertextos Graecae orationis corpori, „quafi notas ac naevos oftendere; III. Eandem in multis ita adftrictam effe „textui Hebraico, ut quae vocibus Graecis exprimere non valerent Inter„pretes redderent Hebraicis, terminatione Graeca veftitis; tale eft *γειωρα* à „גר, *κεφαλις* à כפל, *τοκος* à תוך, *θηβη* à תיבה. IV. Non tamen femper „Graecorum Interpretum inventioni accepta ferenda, quae in aliis fcriptori„bus minus trita funt: poffunt enim illa vel a Macedonum, vel Theffalorum, „aliorumve Hellenum prifcorum fcholis mutuari. V. Quod fi vero vitio „linguae Hebraeae, quae paupertina valde eft, et verborum inopia laborat, „contingat, ut ad vocis emphafin retinendam vel nova prorfus fingatur dictio, „vel alia fignificatio, fumma attentione opus eft, ne forte per incuriam, aut „minus attentum idiotifmi illius examen, in varios incidamus errores. VI. „Atque his de caufis veniam mereri, qui ftilum Graecorum interpretum vel „Helleniſticum appellant, vel Hebraeo-graecum, vel etiam Hebraizantem.

 „Hel-

l) Thefaur. philolog. lib. I. cap. 3. p. 294. etc.

m) Ibid. p. 352. etc.

„Helleniſticum, quatenus in iis maxime comparet ſcriptis, quae vel a Ju„daeis ἑλληνίζουσι contexebantur, vel manibus eorum verſabantur. Hebraeo„graecum vero aut Hebraizantem, quia pleraque verbis quidem Graecis, „ſed nimia Hebraiſmi tinctura conſpicuis exprimuntur.„ n) In dijudicanda o) vero ipſa verſione duo, ut nobis quidem videtur, diſtinguenda ſunt momenta, quid nimirum Interpretes primi ipſi ſcripſerint, quid vero deinde vel incuria aliorum, qui exemplaria deſcripſerunt, irrepſerit, vel ab iis, qui exemplaria recognoverunt, ſtudioſe inſertum ſit. Ex collatione quatuor editionum Cardinalium facile patebit, communes eſſe omnibus editionibus errores interdum ſat lepidos, qui ex Hebraei codicis falſa lectione derivandi, adeoque primis interpretibus tribuendi ſunt; permultos vero eſſe errores, qui in alia editione reperiuntur, in alia vero rectius leguntur; atque hi reviſoribus aut ſcribis adſcribendi ſunt. Triſtem vero ipſam verſionem ubivis oſtendere faciem, qui quatuor comparabit editiones, nunquam negabit. Antequam ita de reſtituendo codice Hebraeo ex Verſione Graeca diſputamus, de reſtituenda integritate verſionis Graecae diſputandum eſſet.

§. VI.

Verſio ſecunda Aquilae.

* Altera verſio eſt Aquilae, qui cum Sinope Ponti oriundus et Graecus eſſet, Ieroſolymis baptizatus eſt. Poſtea vero reprobato Chriſtianiſmo, Judaeis ſe conjunxit, et ſacram ſcripturam perverſa ratione ſub Adriano Imperatore, tabe corporis laborante, trecentis triginta poſt LXXII. verſionem annis, interpretatus eſt. o)

* Hic, ut narrat *Guil. Cave* p) circa annum Chriſti 128. vel 129. novam Bibliorum verſionem Graecam aggreſſus eſt, eo praecipue animo, ut LXXII. Interpretationem eluderet, et teſtimonia de Chriſto in ſcripturis prolata perverteret, atque aliter ederet: de eo ita Hieronymus ad Pammachium epiſtola de optimo genere interpretandi: „Aquila Proſelytus et contentioſus „interpres, qui non ſolum verba, ſed et etymologias verborum transferre „conatus eſt, jure projicitur.„ Quanquam alibi de illo benignius loquatur, nempe: „Aquilam non contentioſius, ut quidam putant, ſed ſtudioſius ver„bum interpretari ad verbum;„ Quaeſt. 2. ad Damaſum tom. 3. „Verborum „Hebraeorum diligentiſſimum explicatorem„ vocat, Epiſt. ad Marcell. ibidem. Verſionem ſuam teſtante eodem Hieronymo in Ezechiel. cap. 3, 16. 40. iterata editione, quam κατ' ἀκρίβειαν nominant Judaei, perpolivit. Hujus translationis ſuperſunt hodie tantum particulae, antiquorum ſcriptis hinc inde aſſutae.

* Duas interpretationes edidiſſe Aquilam exploratum eſt, (inquit D. *Bern. de Montfaucon*) primam liberiorem, ubi etſi verba ſingula Hebraea Graece exprimere ſatageret, ſenſum tamen apte reddere curabat, neque tam ſcru-

n) Theſaur. philolog. lib. 1. cap. 3. pag. 351.

o) Auctor Synopſeos S. Scripturae.

p) Hiſt. litt. ſcriptor. eccleſ. ſecul. Gnoſtic. ad ann. 128.

scrupulose voculas omnes sectabatur, ac cum seriem interturbaturas esse prospiceret, repraesentare negligebat, quod verum erat Interpretis officium. Alteram deinde versionem paravit, quae κατ᾽ ἀκρίβειαν vocitabatur, id est, secundum accuratam vertendi rationem, ubi tanto scrupulo verba et voculas singulas Hebraicas reddere curabat, ut de styli barbarie nihil cogitaret. pp)

[Perperam hic *Aquila*, interpres Graecus, confunditur cum *Onkeloso*, Paraphraste Chaldaico, qui tempore prior vixit. q) Ab ecclesia Christiana recessit, non ad Ebionitas aut Nazaraeos, uti *Cappellus* sibi persuasit, sed secundum communem Patrum Ecclesiae relationem, ad Judaeorum castra transiit, quorum causam ut ageret, novam condidit Veteris Testamenti interpretationem et quidem duplicem, atque praeeunte R. *Akiba* de Christo Vaticinia, quae ex Versione Septuagintavirali Judaeis opponi poterant, misere detorsit. Varius in recensenda hac Versione est ipse *Hieronymus*, qui modo illam perstringit, modo mitior de illa judicat. Quonam vero ex Codice, utrum ex Hebraeo hebraice scripto, an ex Hebraeo graeco charactere scripto versionem suam concinnaverit, quaestio est, quae hodie inter eruditos agitatur. Posteriorem adfirmare sibi sumsit Cl. *Tychsenius*, multisque exemplis comprobavit, *Aquilam* usum fuisse codice Hebraeo graecis litteris scripto, cujusmodi codices tunc tempore communiores fuere. Versio vero *Aquilae* adeo periit, ut non nisi fragmenta quaedam nostris temporibus servata sint. *Origenes* vero suis Hexaplis *Aquilae* versionem junxerat. r)

§. VII.

Versio tertia Symmachi.

* Tertia interpretatio est Symmachi. Hic cum Samaritanus esset, nec populo suo acceptus, quod primatum adfectaret, ad Judaeos se recepit, ac secundo circumcisus est. Et ut Samaritanos subverteret, vertit et ipse divinam scripturam sub Severo Imperatore s) annis post versionem *Aquilae* quinquaginta sex, t)

* Duas Symmachum editiones emisisse certum videtur, ut testatur Hieronymus Comment. in Nahum 3, 1. et in Hieremiam 20, 3. et 30, 32. Duae etiam eaeque diversae Symmachi lectiones adferuntur Isai. 47, 2. Oseae 12, 11. Psalm. 109, 4. In libris item 1. et 2. Regum binae nonnunquam ejus interpretationes adferuntur. Sed quia ejusmodi Exempla non ita frequentia sunt, conjectandi locus est, Symmachum non duas omnino diversas Editio-

 nes

pp) D. *Bern. de Montfaucon* cap. 4. Proleg. de Hexaplis *Origenis*. *Le Long* pag. 146. col. 1. B.

q) v. supra cap. I. Sect. II. §. XII.

r) Conf. *J. C. Wolffii* Biblioth. hebr. vol. 1. p. 958. *Joh. Alb. Fabricii* Biblioth. gr. vol. 3. p. 332. *Joh. Franc. Buddei* isagoge p. 1525. *Rich. Simon* hist. crit. du V. T. lib. 2. c 9. p. 232. *Joh. Henr. Hottingeri* thesaur. philolog. p. 376. Ejusd. Dissertat. de translat. biblior. in ling. vernac. p. 105. *Brian. Waltoni* proleg. 9. §. 19. etc. *Joh. Frickii* praefat. ad edit. Lips. Septuag. Interpr. p. 23. *J. G. Carpzovii* critica sacra, part. 2. c. 3. p. 552.

s) Vel potius sub Lucio Vero, juxta *Dionys. Petavium* in notis in Epiphanium p. 398.

t) Auctor Synopseos S. Scripturae.

nes emififfe; fed quam priorem emiferat, aliquot in locis emendaffe, verbaque alia identidem fubftituiffe pro aliis. Alioquin fi duas perinde ac Aquila prorfusque varias interpretationes concinnaffet, quid caufae eft, cur, cum longe elegantior et melior interpres a multis habitus fit quam Aquila, tam paucae tamen ex altera ejus editione lectiones adferantur, quando tot tantaque ex fecunda Aquilae editione fuperfunt? Haec conjectando folum dicta fint; res enim non ita explorata elt, ut poffimus fententiam ferre. — — Interpretatio Symmachi clariffima et elegantiffima omnium eft. Res ille ut plurimum apte ac dilucide exprimit: non verba fingula fcrupulofe referre ftudet, ut Aquila; non LXX. Interpretes preffo veftigio fequitur ut Theodotion; fed vel in difficillimis locis fenfum ita legenti exhibet, ut ftatim intelligatur. Hebraifmos raro fectatus, fummopereque curaffe videtur, ne quidpiam in Graeca ferie poneret, quod Graecum lectorem Hebraice ignarum offendere poffet: ea tamen cautela, ut Hebraicum exemplar unicum fequendum fibi proponeret, nec quidpiam ex editione τῶν ὁ, quod fibi cum Hebraico non quadrabat, in Interpretationem fuam refunderet. u)

* Haec tertia dicitur interpretatio juxta Origenis Hexapla, in quibus tertio loco ponitur.

* Symmachus (*inquit Guill. Cave*) x) a Judaeis ad Chriftianos, faltem ad Ebionitas defecit; et ut popularium fuorum interpretationes fubverteret, fimulque loca quaedam de Chrifto, ad genealogiam praecipue fpectantia, celaret, novam Veteris Inftrumenti translationem Graecam condidit, quam fecunda etiam editione perpolivit; in qua, non ut Aquila verbum e verbo, ut Hieronymus praefat. in Iob. innuere videtur, fed potius fenfum e fenfu expreffit.

* Francifcus Junius hunc tertia vice verfionem fuam aemulatione Theodotionis recenfuiffe affirmat, y) fed fine antiquo tefte. Haec leguntur in Bibliotheca feu Antiquitatibus Conftantinopolitanis in 4. Argentorati 1578. editis et alibi poftea pluries.

„Symmachi Hebraei interpretatio in Pfalterium David. Ejusdem „interpretatio in omnia volumina Veteris divinae Scripturae.„ z)

[Circa aetatem *Symmachi* et *Theodotionis*, quaeftio oritur, quis horum alteri praeceflerit? Si *Epiphanio* credendum effet, *Symmachus* tempore prior fuiffet. Verum ipfa *Epiphanii* relatio cum vera Imperatorum Romanorum chronologia haud confentit, et auctorem fatis ofcitanter fcripfiffe evincit. Dubia itaque horum remanet aetas: interim ab *Origene Symmachus Theodotioni* praemittitur, fed et ne hoc quidem ab *Johanne Frickio* ut argumentum pro vera horum determinanda aetate admittitur. „Ut in collocanda in Hexaplis verfione τῶν LXX. aetatis rationem nequaquam habuit *Origenes*, fed medium pro dignitate tueri juffit, *Epiphanio* referente; ita potuit etiam fine refpectu aetatis *Symmachum Theodotioni* anteponere: cujus rei cau-

u) D. *Bernardus de Montfaucon* cap. 6. prolegom. ad Hexapla Origenis p. 54.

x) Hift. litt. fcr. eccl. l. c.

y) Lib. 2. cap. 5. de Verbo Dei.

z) Bibl. Rever. Domini *Conftantini Barini* cod. 10. et 11. *Le Long* p. 146. col. 2. A.

causam sane perquam probabilem eam *Huetius* excogitavit: quod quemadmodum studiorum ordo postulet, ut intricatam quaestionem et incertam disceptaturi extremas primum et oppositas exploremus sententias, inde ad temperatas et medias progrediamur: ita *Origenes* junxerit Hebraeo textui primo *Aquilam*, qui maxime ad illum accessit, tum *Symmachum*, qui ex opposito plus reliquis ab eodem recessit, sententiarum quam verborum retinentur: demum LXX. et *Theodotionem*; media via incedentes, ut sic per extrema et media veritas eo rectius inquiratur.„ [a]) Fragmenta quae hujus versionis supersunt, itidem Codicem Hebraeo-graecum archetypum produnt.

§. VIII.

Versio quarta Theodotionis.

* Quarta Theodotionis Ephesii est. Hic cum primum haeresim Marcionis Pontici sequeretur, postea sectatoribus haeresis illius succensens, et ipse sacram scripturam sub Commodo Imperatore, eo ipso tempore, ad subversionem praedictae haeresis interpretatus est. [b])

* Theodotion fuit tempore post LXX. sacrae scripturae secundus Interpres, claruit ut nos docet Epiphanius lib. de mens. et ponder. n. 70. sub secundo Commodo, i. e. Marci Aurelii Veri filio, circa annum 175. Hic gente Ponticus, Ephesinus ab Epiphanio et ab auctore Synopseos vocatus, forsan quia ibi habitavit, religionem Christianam deseruit, et ad Judaeos defecit. Ab iis litteras hebraicas edoctus, Vetus Testamentum graece transtulit, LXX. Interpretes praecipue secutus, a quibus, ut ait Hieronymus cap. 2. Comment. in Ecclesiasten, simplicitate sermonis non discordat. Hanc ob causam caeteris praelatus est; adeo ut Origenes, cum Hexapla sua conderet, quae ex Hebraeo deerant, ex Theodotione supplenda censeret, asteriscis notata. Quin et totam Danielis Prophetiam non ex 70. sed ex Theodotionis versione et olim et hodie legit ecclesia, unde et in codice Rupifucaldiano hunc titulum praefixum habet Danielis liber, Δανιηλ κατα Θεοδοτιωνα. Hanc translationem, quae in Hexaplis Origenis quartum locum occupavit, edidisse dicitur Theodotion circa annum 182. vel 186. Paucula quae supersunt fragmenta, cum Aquilae fragmentis edita sunt. [c]) Ex ejus editione refertur historia Suzannae in Bibliis graece editis.

* Duas olim fuisse Editiones Theodotionis, observavit hactenus nemo, inquit eruditissimus Hody, [d]) nempe vir infinitae lectionis non meminerat Huetii, qui hoc jam annotaverat libro de Claris Interpretibus. [e])

* Theodotionis genus translationis mixtum est et temperatum, ita ut quemadmodum Aquila verbum e verbo, Symmachus sensum e sen-

a) Prolegom. ad edit. LXX. Lips. p. 28. Conf. *Joh. Alb. Fabricii* Biblioth. gr. vol. 2. p. 336. *Rich. Simon* hist. crit du V. T. p. 236. *J. H. Hottingeri* thesaur. philolog. p. 376. *J. G Carpzovii* critica sacra p. 566. *Waltoni* prolegom. IX. §. 20.

b) Auctor Synopseos S. Scripturae.

c) Ita *Guill. Cave* hist. litter. script. eccles. sec. 2. num. 175.

d) De Bibl. text. origin. pag. 584.

e) Ita *Joh. Alb. Fabricius* Biblioth. gr. lib. 3. c. 12. p. 336.

ſenſu (Hieron. praefat. in Iob. verſ. ex Hebraeo) ſic Theodotion ex utroque commixtum et medie temperatum translationis genus expreſſerit. f)

* Ado Viennenſis in Chronico verám Interpretum horum aetatem deſignat, atque de tempore Hadriani Imperatoris loquens ait, „per idem „tempus Aquila Ponticus Interpres ſecundus poſt LXX. oritur.„ Et ſub Commodo: „Theodotion Epheſius Interpres tertius apparuit.„ Idem ſub Severo: „Symmachus interpres quartus agnoſcitur.„ g)

[Quod Danielis prophetiam graece verſam attinet, ſatis luculenter *Uſſerius* Armachanus, collata interpretatione cap. VII. Danielis ex verſione *Theodotionis* et LXX. ex *Juſtino* deſcripta, illam priorem agnoſcere auctorem demonſtravit. Latuit Verſio hujus Prophetae graeca ſeptuagintaviralis uſque ad annum hujus ſeculi LXXII. de qua infra dicendum erit. *Grotius* eidem auctori tribuit verſionem Paralipomenon, ſed abſque ulla veterum auctoritate. h)

§. IX.

Verſio quinta.

* Quinta interpretatio ea eſt, quae abſcondita in dolio inventa eſt ſub Antonio Imperatore, Caracalla dicto, in Jerichó, a quodam ex illis, qui Ieroſolymis literati erant. i)

* Complexa eſt haec quinta Editio Prophetas minores, Pſalterium, Canticum Canticorum, et ut videtur, Iobum. In Prophetis minoribus citatur haud raro ab Hieronymo in Hoſ. c. 13. Joel. 3. Amos 1, 4. Mich. 5. Nachum 1, 2. Habacuc. 2. In Pſalmis a multis paſſim. In Cantico citatur ab Origine in Homil. In Iobo citatam non invenio. Olympiodorus tamen in Iobi caput ult. alium quendam Interpretem adducit praeter Aq. Th. et Symmachum. k)

* Chriſtianusne an Judaeus, Samaritanusne fuerit, qui editionem quintam adornavit, nec ex Veterum teſtimonio, nec ex ejus interpretatione colligi poſſe videtur; quisquis vero fuerit, multo liberiore quam Symmachus, interpretandi genere uſus eſt; ita ut paraphraſten quandoque ſapiat, ut videre praeſertim eſt in XII. Prophetis minoribus, ubi frequentiora ejusdem fragmenta habentur. l)

[Quae auctor Synopſeos, praeeunte *Epiphanio*, de verſione quinta refert, eam tempore Caracallae Jerichunti inventam eſſe, majori jure teſte *Hieronymo* de verſione ſexta dicuntur; quinta vero ab *Origene* in Actaeo littore, Nicopoli inventa creditur. m)

§. X.

f) *Joh. Henr. Hottingerus* Diſſertat. de translat. Bibl. in ling. vern p. 108.

g) *Le Long* p. 147. col. 1. C.

h) Conf. *Jac. Uſſerii* ſyntagma de Septuaginta interpr. verſione cap. 6. p. 56. *J. G. Carpzovii* crit. ſacr. part. 2. cap. 3. p. 560. *Rich. Simon* hiſt. crit. du V. T. lib. 2. cap. 9. p. 237. *Brian. Waltoni* proleg. IX. §. 19. p. 326.

i) Auctor Synopſeos S. Scripturae.

k) *Humphr. Hody* lib. 4. de Bibl. text. origin. cap. 1. p. 590.

l) D. *Bern. de Montfaucon* cap. 7. prolegom. ad Hexapla Origenis p. 59. *Le Long* p. 147. col. 2. C.

m) *J. G. Carpzovius* l. c. p. 571.

§. X.

Versio Sexta.

* Sexta interpretatio et ipsa in doliis latens inventa est, sub Alexandro Mammaeae filio, Nicopoli ad Actium, a quodam Origenis familiari. m)

* Comprehendit editio sexta Prophetas minores, librum Psalmorum, et Canticum Canticorum. Utrum alios aliquos libros, mihi non satis constat. In Psalmis non raro citatur; in Propheta Habacuc ab Hieronymo ad cap. 2. et 3. In Cantico apud annotationes Nobilianas cap. 6. Insigni errore asserit Salmasius libro de lingua Hellenistica, nec Quintam nec Sextam ab Hieronymo unquam memorari. Sunt qui credunt has editiones Quintam et Sextam non fuisse proprie loquendo versiones, sed coagmentatas fuisse ex aliis versionibus LXX. Aq. Theod. et Sym. Verum hoc ex eo refellitur, quod aliquibus in locis ab omnibus illis dissentiebant. n)

* Sextam editionem a Christiano viro concinnatam fuisse vel ex hoc uno ejus fragmento Habacuc 3, 13. (apparet) cujus versiculi Graeca ex MS. eruuntur, Latina ex Hieronymo, qui addit, Sextam editionem prodere manifestissime Sacramentum. Hic autem Interpres perinde atque praecedens paraphrasi gaudebat. o)

* A Judaeis fuisse (Quintam et Sextam Editionem) existimat Hieronymus: p) *Magnis ut scio sumptibus redemisti Aquilae et Symmachi et Theodotionis, Quintaeque et Sextae Editionis Translationes.* Sextae vero auctorem fuisse Christianum apparet ex illius interpretatione versus 13. Orationis Habacuc, quam ipse profert Hieronymus: *Sexta editio prodens manifeste Sacramentum, ita vertit ex Hebraeo: Egressus es ut salvares populum tuum per Jesum Christum tuum* q)

* In Pentateucho Quintam et Sextam editionem locum occupasse suum, testificantur exempla non pauca; sic Genesis cap. 14. v. 15. ex codice regio adfertur Quintae editionis lectio, et cap. 35, 19. Ambrosius in Epistola ad Horantium ait: *Quinta autem traditio* (seu Editio): Ephrata ipsa est domus panis; *hoc praeteritum est in aliorum traditionibus.* Et Levit. 11, 17. Sexta editio memoratur, ejusque interpretatio adfertur. At mirum est Quintam et Sextam editionem a nemine Veterum Graecorum, qui in Pentateuchum tot commentaria ediderunt, memoratam uspiam fuisse. De Septima in Pentateucho nihil hodie: utrum vero olim adfuerit, ignoratur. r)

* Quidam volunt authores utrosque fuisse Judaeos, ut Hieronymus lib. 2. contra Ruffinum. Alii utrosque Christianos esse existimant. Quintam enim commendat Athanasius, ut a quodam, qui Hierosolymis precibus vacaverat, compositam, utramque Hieronymus in Habacuc. c. 3. quod locum de

m) Auctor Synopseos S. Scripturae.
n) *Humphr. Hody*, ibid.
o) *D. Bern. de Montfaucon*, ubi supra.
p) Lib. 2. adv. Ruff. circa finem.
q) *Hody*, ubi supra.
r) *D. Bern. de Montfaucon* cap. I. p. 17.

de Christo bene explicassent. In Sexta enim Jesus Christus nominatur ut salvator mundi. [s])

[Sextam Editionem non Nicopoli, sed Jerichunti inventam esse jam supra §. praeced. observavimus. De religione interpretis *Hieronymus* sibi ipsi haud constat. Majorem sibi interpretem licentiam evagandi et a fontibus recedendi, quam priores interpretes, sumsisse, ex iis, quae adhuc supersunt, fragmentis constat. [t])

§. XI.

Versio septima.

* Septima editio laudatur ab Eusebio Caesariensi hist. lib. 6. cap. 16. his verbis: *Quin etiam in Hexaplis Psalmorum exemplaribus, post insignes illas quatuor editiones* (sc. LXX Interpr., Aquilae, Symmachi et Theodotionis) *cum non Quintam modo, sed etiam Sextam et Septimam apponeret versionem* etc. Ex hoc autem Eusebii loco concludunt Valesius, Huetius et Vossius, Septimam editionem Psalmos tantum habuisse. — Tantum abest, ut haec editio fuerit Psalmorum duntaxat, ut non immerito dubitaveris, utrum Psalmos omnino complexa sit, licet id constare videatur ex verbis Eusebii. Certe eam non fuisse Psalmorum ex eo colligi posse videtur, quod ab Hieronymo nec in Epist. 135. ad Sunniam et Fretellam, nec 139. ad Cyprianum, nec 140. ad Principiam, nec 141. ad Marcellum, nec 145. ad Damasum, in quibus saepe citantur sex aliae Editiones Psalmorum, nominatur septima. — — Nec ab eo nec ab ullo Commentatore citatur usquam septima. [u])

* Hanc vero sententiam refellit D. Bern. de Montfaucon his verbis: [x]) In Psalmis quidem tres illas editiones adjunctas fuisse suadent frequentia singularum fragmenta, quae passim observantur. Deinde addit: In duodecim vero Prophetis minoribus, teste Hieronymo, praeter Aquilam, Symmachum, LXX, Theodotionem et Quintam, duae aliae Editiones appositae erant, videlicet Sexta et Septima; Quintae nempe frequentissima, aliarum vero rariora. In Canticis Canticorum Quintae solum et Sextae lectiones adferuntur, Septimae vero ne vestigium quidem habetur.

* Septima editio Christianine an Judaei Interpretis sit, ex uno Habacuci Cantico judicari potest, si tamen Septimae sit interpretatio Cantici totius, ibidem editioni των ο' subjuncta, quod sane plus quam verisimile arbitror. — Hic autem interpres locum Habac. 2, 4. supra allatum, quem Hieronymus queritur a Symmacho et Theodotione Ebionaeo more versum fuisse hoc pacto: *Egressus es ut salvares populum tuum, ut salvares Christum tuum*, Judaico more convertit his verbis: *apparuisti super salute populi tui ad liberandum electos tuos*, quod sane vir Christianus non fecerit. Ex hoc item capite deprehenditur hunc interpretem admodum παραφραστικως vertisse, ut quisquis vi-

s) *Jo. Henr. Hottingerus* Differt. 3. de translat. Bibl. in ling. vern. p. 108. *Le Long* p. 147. col. 2. E.

t) Conf. *Carpzovius* l. c. p. 573.

u) *Humphr. Hody* l. c. p. 593.

x) l. c. p. 17.

videre possit. His itaque perspectis dicendum restat, tres illas superadditas Editiones, longe liberiori interpretandi genere concinnatas fuisse, quam Editio Symmachi, qui tamen magis, quam Aquila et Theodotion ab Hebraica litera deflectit. y)

* Hanc septimam (*dixerat Humphredus Hody*) z) etsi in Hexaplis Origenis extantem, ignorabant Epiphanius, Auctor Synopsis, Euthymius et Josephus Christianus. E quibus Auctor Synopsis et Euthymius, quos vulgo sequuntur recentiores, pro Septima perperam recensent Editionem Lucianeam. *At pergit:* a) Sixtus Senensis negat Septimam editionem in Origenis Hexaplis aut Octaplis locum habuisse. Quod refellitur non modo ex ipsius Eusebii verbis, si modo ea recte se habent, aliisque scriptoribus, qui eum sequuntur: verum etiam ex Hieronymo in Catalogo; ubi ait Origenem *praeterea Quintam, Sextam et Septimam Editionem, quas etiam nos* (inquit) *de ejus Bibliotheca habuimus, miro labore reperisse, et cum coeteris editionibus comparavisse*, i. e. in Hexaplis. Idem Comment. in Epist. ad Titum cap. 3: *Unde et nobis curae fuit omnes Veteris legis libros, quos vir doctus Adamantius in exempla digesserat, de Caesariensi Bibliotheca descriptos, ex ipsis authenticis emendare, in quibus et ipsa Hebraea propriis sunt characteribus verba descripta, et Graecis litteris tramite expressa vicino, Aquila etiam et Symmachus, LXX. quoque et Theodotio suum ordinem tenent. Nonnulli vero libri, et maxime hi, qui apud Hebraeos versu compositi sunt, tres alias editiones additas habent, quas Quintam, Sextam et Septimam translationem vocant, auctoritatem sine nominibus Interpretum consecutas. Editiones Quintam, Sextam et Septimam, licet quibus censeantur authoribus ignoretur, tamen ita probabilem sui diversitatem tenere, ut auctoritatem sine nominibus tenuerint*, testatur rursum Hieronymus Praefat. Chronici Eusebii. b)

[Quaenam illa septima fuerit Interpretatio, divinandum reliquit *Josi. Morinus.* Sunt, qui illam et Lucianeam LXX. Interpretationem eandem esse statuunt, ut *Flaminius Nobilius*, qui in praefatione ad latinam editionem Romanam septuaginta Interpretum dicit, in vetustis Scholiis Quintae duntaxat et Sextae mentionem fieri; nec fere Graecos aliam Septimam agnoscere praeter Luciani, qui aetate inferior erat *Origene*, interpretationem. c) Praeter hasce ab auctore nostro recensitas interpretationes ab *Origene* et aliae minus notae recensentur, quas hic silentio praeterire nobis non licebit. 1) *ὁ Ἄλλος.* Quis vero sit ita designatus interpres, utrum ille sit qui Septimam edidit, an vero alius, et ab hoc diversus, haud accurate determinari potest. Interim, *Origenem* illum ab aliis, quos recenset, interpretibus recedere deprehendisse, ex provocatione ejus ad hunc interpretem satis constat. Eundem vero versionem suam parasse non e Codice Hebraeo charactere scripto, sed e

 Co-

y) *D. Bern. de Montfaucon* l. c. p. 60.
z) l. c. lib. 4. cap. 1. p. 591.
a) ibid. p 594.
b) *Le Long* p. 148. col. 1. E.

c) Conf. *Waltoni* proleg. 9. §. 20. *Carpzovius* l. c. p. 573. *J. A. Fabricius* l. c. p. 342;

Codice Hebraeo-graeco, ex exemplis a Cl. *Tychsenio* passim in medium prolatis, conjici poterit. E. g. 1 Sam. IV, 19. ותכרע *Et incurvavit.* Ἀλλ. ἐστενάξε. ותקרא. C. XV, 33. וישסף. συισασηφ aut συισασειφ. *Dilaniavit.* Ἀλλ. ὑιου Σασειφ. *Filii Saseiph*: hebraicum συι sumsit pro Graeco ὑιου. 2) ὁ Ἑβραιος. Quis ille sit, iterum incertum est; ab *Aquila* vero illum diversum esse, exinde quod ab *Origene* huic ad latus ponatur, quin et praemittatur, conjiciendum est. Fortassis eruditus quidam fuit Judaeus, cum quo *Origeni* frequens fuit commercium. 3) ὁ Συρος et 4) το Σαμαρειτικον. Singulae istae versiones inter Veteres Ecclesiae Doctores satis celebres et notae, ab *Origene* immenso labore in unum collectae opus, temporum injuria adeo periere, ut non nisi fragmenta quaedam supersint, quae demum typis mandata in publicum prodiere.

§. XII.

Editiones Fragmentorum graecorum in B. Gr.

[I.] * Veterum interpretum Graecorum, Aquilae, Symmachi et Theodotionis fragmenta ex antiquis veterum scriptorum libris collecta a Petro Morino. Romae 1587. fol. Eadem Latine, Romae 1588. fol.

V. Biblia Graeca; et Biblia Latina, Romae 1587. et 1588. d)

[Non seorsim excusa sunt illa fragmenta Interpretum; sed Bibliis Graecis auctoritate Sixti V. Pontif. inserta sunt, quae deinde *Flaminius Nobilius* latine edidit. Plura de hisce Bibliis infra dicenda veniunt: hic tantummodo monemus, *Petrum Morinum*, qui perperam *Johannes* vocatur, et cum editore Bibliorum Graecorum Parisiensium confunditur, fragmenta ista ex antiquis monumentis collegisse, uti ex ejus epistola ad *Antonium Sylvium* apparet. e)

[II.] * Veterum Interpretum Graecorum, Aquilae, Symmachi et Theodotionis fragmenta ex antiquis veterum scriptorum libris collecta. Francofurti 1597. Fol.

V. Biblia Graeca, Francofurti 1597. fol. f)

[Eadem sunt ac in editione praecedente Romana. Editor, qui vel *Franciscus Junius*, vel *Fridericus Sylburgius* creditur, quamvis in edendis Bibliis Graecis non editionem Romanam, sed Herwagianam, hinc Aldinam sequi maluerit, ex Romana tamen Veterum Interpretum fragmenta suae editioni addidit. g)

[III.] * Veterum Interpretum Graecorum, Aquilae, Symmachi et Theodotionis fragmenta ex antiquis veterum scriptorum libris collecta. Parisiis 1628. Fol.

V. Biblia graeco-latina studio *Joan. Morini* edita. h)

[Eadem quidem sunt ac praecedentia; placuit vero *Joh. Morino*, versionem latinam, in editione Romana seorsim excusam, singulis in eadem addere pagina. i)

[IV.] * Veterum Interpretum Graecorum, Aquilae, Symmachi et Theodotionis fragmenta ex antiquis veterum scriptorum libris collecta. Londini. 1653. 4.

V. Bi-

d) *Le Long* p. 149. col. 1. D.
e) Vide infra, §. LVII.
f) *Le Long* ibid.
g) V. infra, §. LIV. n. 5.
h) *Le Long* ibid.
i) V. infra, §. LXI. n. 1.

V. Biblia Graeca Londinenfia. 1653. 4. [k])

[Cum haec editio accuratiffime et ad amuffim ad exemplar Romae editum recufa dicatur, quod tamen vero haud confentaneum eft, eadem ut Romana exhibet fragmenta. [l])

In facra Biblia Graeca ex verfione LXX. Interpretum Scholia, fimul et Interpretum caeterorum lectiones variantes. Francofurti 1697. 8. maj. [V.]

V. Biblia graeca ex editione Frickii, infra §. LX. n. 1.

* Veterum Interpretum Graecorum, Aquilae, Symmachi et Theodotionis fragmenta ex antiquis veterum fcriptorum libris collecta. Franeckerae 1709. 4. [VI.]

V. Biblia Graeca, Franeckerae 1709. 4. [m])

[Locupletior hic prodit fragmentorum collectio, cura *Lamberti Bos:* de qua in praefatione: „Ceterum, ne quid huic editioni deeffet, praeter varias lectio-„nes inferuimus Fragmenta Verfionum Aquilae, Symmachi et Theodotionis, non „tantum ea, quae reperiebamus in Schol. Rom. fed longe plura, ex notis *Patricii* „*Junii*, ex ed. Francof. ex *Drufio* et ex Card. *Barberini* Cod. margine." [n])

§. XIII.

Editiones Fragmentorum peculiares.

* Veterum Interpretum Graecorum in totum Vetus Teftamentum Fragmenta, collecta, verfa et notis illuftrata a Joh. Drufio. Arnhemiae apud Joh. Janffonium, typis Friderici Heinfii MDCXXII. 4. [o]) [I.]

[Opus poft obitum Auctoris publici juris fecit *Sixtinus Amama*, auctoris in officio publico fucceffor. Fragmenta in Editione Romana expofita multis aliis e propria Patrum lectione adauxit, fingulisque latinam addidit *Drufius* interpretationem. [p])

* Veterum Interpretum Graecorum Fragmenta. Londini 1657. fol. [II.]

V. Tom. VI. Biblior. Polyglott. Londinenfium, n. IX. [q])

[Collectio *Morini* ex editione Romana hic ex collectione *Drufii* locupletior fiftitur. [r])

§. XIV.

Origenis Hexapla.

* Origenis Hexaplorum Pars non minima. Graece et Latine. Parifiis. 1699. Fol. [I.]

V. Tom. II. Opp. S. Hieronymi, column. 830. [s])

[Primum hoc eft Operis Origeniani reftituendi tentamen. Operum S. Hieronymi editor *Johannes Martianaeus*, duas *Origenis* in Canticum Canticorum homilias ab *Hieronymo* latinitate donatas poftquam exhibuit, Origenis Hexaplorum partem non minimam fubjungit. Singula ab *Hieronymo* mutuo fumfit, qui veterum Grae-

k) *Le Long* ibid.
l) V. infra, §. LVIII. n. 1.
m) *Le Long* ibid.
n) V. infra, §. LIX. n. 2.
o) *Le Long* ibid.
p) Biblioth. Bunaviana Tom. I. p. 8.
q) *Le Long* ibid.
r) Conf. Part. I. Cap. III. §. VI.
s) *Le Long* p. 151. col. 1. C.

Graecorum Interpretum faepe recordatus eft, ingentemque verborum ac verfuum fcripturae copiam fuo ordine in Hexaplis pofitam fubminiftravit. Singulas interpretationes per columnas difpofuit: ubi vero omnes Graecas interpretationes diverfas invenit, excepta illa, quae eft *Theodotionis*, hanc cum LXX. Interpretibus confentire fibi perfuafit, atque hoc modo hujus defectum fupplevit. Quae vero hoc modo *Martianaeus* incepit, fummo ftudio felicique eventu a *Bernardo de Montfaucon* ad finem perducta funt. t)

[II.] * Hexaplorum Origenis quae fuperfunt, multis partibus auctiora, quam a Flaminio Nobilio et Joanne Drufio edita fuerint: ex manufcriptis et ex libris editis eruit et notis illuftravit D. Bernhardus de Montfaucon monachus Benedictinus e Congregatione S. Mauri. Accedunt opufcula quaedam Origenis anecdota, et ad calcem lexicon Hebraicum ex Veterum interpretationibus concinnatum, itemque Lexicon Graecum et alia, quae praemiffus initio laterculus indicabit Tomus primus. Parifiis apud Nicolaum Simart, Sereniffimi Delphini Typographum, via Jacobaea ad infigne Delphini. MDCCXIII. Cum privilegio Regis. Vol. II. Fol.

Ex his fex prioribus interpretationibus (*ait Dan. Huetius*) u) et Ebraico exemplari, Tetrapla fua, Hexapla et Octapla Origenes concinnavit. Ac Tetrapla quidem quatuor conftabant editionibus per columnas difpofitis, prima Aquilae, fecunda Symmachi, tertia Septuaginta Senum, et poftrema demum Theodotionis. Interpretationem των ό tertio loco pofuit, ut ad eam, quam omnium exiftimabat effe accuratiffimam, reliquae facilius exigi et examinari poffent. x) Hexaplis hae ipfae Interpretationes quatuor, totidem ordine collocatae cum Ebraico exemplari, Ebraicis defcripto literis, eodem Graecorum charactere exarato, continebantur. Prior occurrebat columna Ebraica Ebraice defcripta; at quae contextum Ebraicum Graecis exaratum literis exhibebat, interpretationi Aquilae proxime conjungebatur. Sejuncta autem poft fex illas columnas Hierichuntina editione, quam Quintam appellavit Origenes, et numeri quinarii nota ε infignivit, et poft Hierichuntinam Nicopolitana, quam vocavit Sextam et ἐπισημῳ ς' notavit, Octapla exiftebant. y)

In illa variarum editionum coagmentatione (*pergit Huetius*) z) aliqui libri quatuor duntaxat conftabant editionibus cum Diplis Ebraicis, atque libri erant vere ἑξαπλοι. Sex vero habebant editiones Graecas, cum Diplis Ebraicis, alii libri per verfus compofiti, excepto Pfalterio, nempe Proverbia, Ecclefiaftes, Canticum, ac pro-

t) Acta Eruditorum Lipfienf. A. 1699. p. 532. *J. G. Walchii* Biblioth. exeget. p. 145.

u) Libro 3. Origenianorum fect. 4.

x) Optimam hujusce ordinis rationem affert D. Bern. de Montfaucon: Ideo, inquit, Aquilae primum locum deputavit, ejusque editionem priorem pofuit Origenes; quia ille fcrupulofius quam coeteri omnes Hebraicam fcripturam verbum e verbo reddere ftuduerat. Poft hunc autem Symmachum locavit, quia ille propius quam LXX et Theodotio ad veritatem hebraicam accedebat. Deinde LXX. praepofuit Theodotioni, quia Theodotio LXX. Interpretes e veftigiis pene fequi videbatur.

y) Haec fere Epiphanius lib. de pond. et menf. cap. 18. Idem confirmat S. Hieronymus cap. 3. Comment. Epift. ad Titum fupra laudati.

z) ibid. p. 258.

proinde erant ὀκταπλοι. At liber Pſalmorum praeter geminas Ebraici contextus columnas ſeptem editiones continebat, meritoque librum illum ἐννεαπλουν diceres. (*Hanc ſententiam oppugnat infra Humphr. Hody.*) Igitur opus iſtud Origenis partim erat Hexaplum, partim Octaplum, partim Enneaplum (*qua voce nullus veterum, cum de Origeniano illo opere agitur, uſus eſt*). — — Aſſerit etiam Origenes (*in Graeca Catena in Threnos a Mich. Ghiſlero edita*) ab interpretationibus Aquilae et Theodotionis abfuiſſe Threnos Hieremiae, itaque liber fuit τετραπλους. — Manifeſtum eſt, unum idemque opus fuiſſe Hexapla et Octapla; ſed a diverſis quibus conſtabat partibus diverſas appellationes habuiſſe.

Hexapla et Octapla (*inquit Humphredus Hody*) [a]) idem opus fuere, in quo columellis variis e regione appoſiti ſunt teſtamenti veteris 1. Textus Hebraeus characteribus Hebraicis; 2. Textus idem literis graecis; 3. Verſio Aquilae; 4. Symmachi; 5. LXX.; 6. Theodotionis; 7. Quinta; 8. Sexta; 9. Septima. Quia vero editio Septima comparuit tantum in libris Scripturae pauciſſimis, ideo, quaſi nulla iſtius habita ratione, volumina illa nominata ſunt, non Enneapla, ſed Octapla ſive Octaſelida. Et quia Quinta et Sexta non comparuere in prioribus libris, ſed tantum in quibusdam ex poſterioribus, idcirco ab aliis, idque frequentius (ſive ab ipſo etiam authore) appellata ſunt Hexapla, i. e. Sextuplicia, a ſex variis columnis, quae in libris prioribus conſpiciebantur. In alio opere, columellis quatuor conjunxit Origenes tantum quatuor Editiones, Aquilae, Symmachi, LXX. et Theodotionis, quae volumina a quatuor columellis nuncupata ſunt Tetrapla, h. e. quadruplicia. En tibi jam vera deſcriptio ac ratio illorum voluminum celeberrimorum, de quibus reperiuntur tot et tantae doctorum virorum hallucinationes.

Origenem Tetrapla poſt Hexapla compegiſſe [b]) exiſtimavit Valeſius aſſentiente Huetio — nempe putat, Origenem, cum animadvertiſſet Hexaplorum codices nimio ſumptu ac labore indigere, Tetrapla, quorum uſus foret facilior, edidiſſe. Mihi magis placet recepta ab Uſſerio aliisque opinio, eum primo Tetrapla, et deinde adinventis editionibus V. VI. et VII. Hexapla concinnaſſe. — Non enim veriſimile videtur, potuiſſe Origenem reliquas Graecas verſiones in ſecunda editione omittere, tametſi Hebraicas fortaſſe columellas omittere voluiſſet. Neque quidem videtur, volumina iſta ab ipſo Origene fuiſſe edita, ſed aliquot annis poſt mortem ejus a Pamphilo et Euſebio publici juris facta fuiſſe.

Vulgo creditur [c]) Editionem των ό quae ſub Aſteriſcis ſuppleta, obeliſque notata eſt, ab Origene elaboratam fuiſſe poſt Tetrapla et Hexapla ſive Octapla. Sic ſtatuunt Sixtus Senenſis biblioth. ſanctae lib. 4. Bellarminus de verbo Dei lib. 2. cap. 5. Kimedontius de verbo Dei ſcripto lib. 5. cap. 1. Joan. de la Haye Prolegom. Bibliorum maxim. Auctor praefationis των ό, ut etiam Rivetus, Iſagog. cap. 10. §. 19. Epiſcopius inſtitut. Theolog. lib. 4. §. 1. Heinſius Ariſtarchi lib. 1. cap. 10. etc. At vero in ipſis Hexaplis appoſitas fuiſſe Aſteriſcorum, Obelorumque etc. notas, indiciis variis luculentiſſimis conſtat. En tibi teſtem Hieronymum apud Ruffinum Invect. 2. *Sed Origenes aſteriſcos fecit ex tranſlatione Theodotionis aſſumens, ut com-*

a) lib. 4. ut ſupra cap. 2. pag. 595.
b) ibid. pag. 603.
c) ibid. p. 608.

componeret volumina, quae appellantur Hexapla. Scholion Graecum ad 1 Reg. 14. *Haec in Hexaplo ſunt annotata aſteriſco, quippe quae ex Theodotione ſunt appoſita.* d) Ad 3 Reg. 14. *Poſthaec in Hexaplo ponuntur, quae pertinent ad morbum et mortem Abiae filii Jeroboam, cum aſteriſcis.* Scholion in Pſalm. 131. *Hic verſus non eſt poſitus in Tetraſelido. — In Octaſelido autem apud ſolos 70. poſitus eſt obelo notatus.*

Hexapla autem et Tetrapla e) poſt Origenis obitum per annos circiter quinquaginta delituiſſe videntur, donec tandem a Pamphilo et Euſebio ejus amico, Caeſarienſi poſtmodum Epiſcopo, in Eccleſiae Caeſarienſis Bibliotheca reperta ſunt, et in lucem prolata, vel illus potius Bibliothecam inſtaurante Pamphilo, aliunde (a Tyro forte) translata. Origenis exemplaria autographa in Bibliotheca Caeſarienſi repoſita ſunt, ubi ea pervolvit Hieronymus, et apographa inde deſcripta nactus eſt. *Hactenus Humphredus Hody.*

De Origenis Tetraplis, Hexaplis et Octaplis perquam diverſa commentati viri docti ex varie intellectis locis veterum, Origenis, Euſebii, Epiphanii, Hieronymi. Mihi ſatis fuit (*inquit Joh. Alb. Fabricius*) f) de tota re, quae veriſſima viderentur, ſuccincte exponere. Interim evolvat conferatque qui volet *Andr. Maſium* praefat. in Joſuam, *Petrum Galeſinum* et *Joan. Wowerum* in ſuis de 70. Interpretibus commentariis, *Caeſ. Baronium* tom. 2. Annal. Eccleſ. ad ann. 231. *Dion. Petavium* not. ad Epiphanium pag. 404. *Jac. Bonfrerium* in Prolegom. biblicis, *Eliam Ehingerum* in diſpoſitione Bibliorum, *Jac. Uſſerium* cap. 5. Syntagm. de 70. Interpret. *Lud. Capellum* pag. 337. Criticae ſacrae, *Henr. Valeſium* ad lib. 6. Euſebii cap. 16. et in Epiſtola Euſebio ſubjecta ad Uſſerium, *Brianum Waltonum* Proleg. Bibliorum 9. §. 21. *Joh. Morinum* p. 81. Exercitat. Biblic. *Dan. Heinſium* pag. 796. Ariſtarchi ſacri, *Joh. Henr. Hottingerum* pag. 288. Theſauri philologici, *Alexandr. Morum* in cauſa Dei pag. 120. *Waltherum* pag. 275. Officinae Biblicae, *Jo. Dorſchaeum* Diſſertat. Theologiae Zacharianae praemiſſa, *Dionyſium de Rivis* in Diatriba ſua, *Dan. Huetium* lib. 3. Origenian. pag. 254. *Kortholtum* in tractatu de variis Bibliorum editionibus cap. 32. pag. 374. *Rich. Simon* cap. 18. diſquiſitionum criticarum et lib. 2. cap. 3. Hiſt. Criticae V. T. *Iſaacum Voſſium* in reſponſione ad objecta Criticae ſacrae pag. 305. *Claud. Fraſſenium* pag. 263. Diſquiſit. Biblicarum, *Lud. Ellies du Pin* tom. 1. prolegom. Biblic. pag. 183. *Guil. Cave* in vita Origenis num. 18. et qui diligentiſſime et fuſius in hoc argumento verſatus eſt, *Humphredum Hody* lib. 4. de Bibl. textibus Originalibus cap. 2. pag. 595. g)

[Ex iis, quae Auctor noſter ex Eruditorum ſcriptis coagmentavit, ſtructura et ordo operis Origeniani, quod temporum injuria ad noſtram aetatem ſupereſſe noluit, ſatis apparet. Reſtant nonnulla, quae ad pleniorem operis cognitionem ducere nobis viſa ſunt. Scopus *Origenis* potiſſimum in eo conſiſtit, ut ſeptuagintaviralem

d) Hoc Scholion aliter habet in editione latina; ſic ibi legitur: Haec uſque ad illud (et forte capitur) in ſola editione Theodotionis ſunt poſita, quam ob rem ſunt Aſteriſco notata, tanquam poſita in una aut ſecunda conjugatione ipſorum 70, non tamen in Hebraeo.

e) *Hody* ibid. p. 618.

f) Lib. 3. cap. 12. num. 13. Bibliothecae graecae.

g) *Le Long* p. 149. col. 2. A — 151. col. 1. C.

lem Interpretationem, quae jam tum propter scribarum quorundam incuriam, aut propter nefariam aliquorum scripturam emendantium audaciam, multis mendis, interpolationibus, transpositionibus, defectibusque laboravit, pristinae suae integritati restitueret. Quo vero hoc felicius fieret, Textui sacro duplici charactere scripto, diversas tunc temporis exstantes Veterum Interpretationes apposuit, primarium vero curae ejus objectum fuit versio septuagintaviralis, quam quidem ad Textum hebraicum revocavit, sed ita ut non temere, quae mutanda visa sunt, mutaret, sed intacte relicta priori lectione certis signis demonstraret, quae addenda vel amputanda sint: hinc ille usus Asterisci, Obeli, Lemnisci et Hypolemnisci, et literarum symbolicarum, ab *Origene* brevitatis studii causa in subsidium vocatarum. Asteriscus, cujus forma crux erat decussata, singula indicat, quae in Hebraeo quidem exstant, a Bibliis graecis vero abfuerunt. Obelus ea significavit, quae in Graeco quidem, sed non in Hebraeo legebantur, quae e contextu graeco penitus tollere noluit, sed obelo seu linea jacente vel paulo inflexa indicavit. Utriusque propositionis fini signum adscripsit, vel duo puncta, vel lineam perpendicularem, cujus medium linea transversa tangit. Lemniscorum vero et hypolemniscorum usus non adeo distincte repraesentatus est; a vero tamen non aberrare videntur, qui hisce signis indicari, interpretes vel diversis vocibus eundem sensum, vel diversum sensum expressisse, statuunt. Accedunt denique litterae symbolicae O, A, Σ, etc. quibus LXX, Aquila, Symmachus, etc. denotantur, quibus *Origenes* brevitatis causa usus est. Opus Origenianum, quod voluminosum fuisse necesse est, ita intercidit, ut nonnisi fragmenta aliis operibus Scriptorum Ecclesiasticorum inserta supersint, quae *Bernh. de Montfaucon* aliorum vestigiis insistens in unum collegit opus. Volumini primo praemittuntur praeliminaria in Hexapla *Origenis*, anecdota quaedam, et testimonia in veteres Interpretes. Sequuntur Fragmenta Interpretum a Genesi ad finem Psalmorum. Volumen secundum reliquos comprehendit Veteris Testamenti libros. Accedunt huic appendices annotationum, et in duo lexica sequentia praevia disquisitio, Lexicon hebraeum ad Hexapla, et lexicon graecum, quod duplex Lexicon Concordantiis suis graecis in Septuaginta Interpretes *Abrahamus Trommius* adjecit. [h])

Hexaplorum Origenis quae supersunt auctiora et emendatiora, quam a Flaminio Nobilio, Jo. Drusio et tandem Bernh. de Montfaucon concinnata fuerant, edidit notisque illustravit Car. Frider. Bahrdt, Antiqu. Sacr. in Acad. Erfurt. Prof. P. Ord. Lipsiae et Lubecae 1769. 70. 8. Partes II. [III.]

Emptoribus, quorum non erat, majori aere opus illud *Montfauconii* sibi adquirere, optime Cl. *Bahrdtius* consuluit, dum illud in hanc minorem formam minori pretio redimendum redegit. Multa itaque resecavit, nimirum versionem fragmentorum superfluam, explicationem singularum vocum in notis exhibitam, et Scholia

h) Conf. *J. G. Carpzovii* critica sacra, part. 2. cap. 3. §. 6. p. 574. *Joh. Francisc. Buddei* Isagoge hist. theol. lib. 2. cap. 8. p. 1585. *J. C. Dornii* Biblioth. theolog. crit. vol. 1. p. 701. etc. *J. G. Walchii* Biblioth. exeget. p. 145. Acta Eruditorum Lipsiensia A. 1714. p. 1. Acta eruditorum Germanica, vol. 2. p. 1013. *Nachrichten* von einer hallischen Biblioth. vol. 7. p. 491. Conf. Part. I.

lia nonnulla, quibus lectores facile carere possunt. Accesserunt vero fragmenta quaedam e Codice Bibliothecae Paulinae Lipsiensis ab Exod. 32, 7. ad Deuteron. 5, 13. Sic et anecdota, quae in opere *Montfauconii* Genesi praemissa, nec non quae inter appendices e MSto Coisliniano annotata erant, suis locis singula inseruit. Notas frequenter editor adjecit, quas tamen ab illis, quae *Montfauconii* sunt, signis non distinxit. Poenitendo autem consilio factum est, (sunt verba Cl. *Tychsenii*) ut Ven. *Bahrdtius* verba hebraica litteris graecis adscripta, tanquam rem, ut in Praefatione ad Partem I. scribit, ad exiguos usus aptam et praeterea vagam et incertam exulare jusserit, hanc rationem-inanem addens, quod verba hebraica olim in diversis regionibus diversimode pronunciabantur, ut testatur Hieronymus: adeoque ne uti quidem posset lector istis verbis graece scriptis ad cognoscendum et determinandum pronuntiandi morem Veterum Hebraeorum. Sed eo ipso viam lectoribus interclusit, detegendi interpretationum veterum originem, quae unice e codicibus suis graecis litteris scriptis haurienda est, et editionem suam omni usu critico privavit. Atque sine ista hebraeo-graeca pronuntiatione in subsidium vocata fieri omnino non potest, ut quis lexicon hexaplare omnibus numeris absolutum contexat. [i])

§. XV.

Laciniae Veterum Interpretum.

[I.] Specimen Hexaplorum, ex editione Waltoni. Londini 1657. Fol.

In sexto Bibliorum Polyglottorum tomo p. 133. *Waltonus* exhibet Hos. XI, 1. ut specimen externae Hexaplorum *Origenis* faciei. Hebraicus Textus non charactere hebraico sed graeco tantummodo expressus est. Idem etiam in *Montfauconiano* opere tom. II. p. 351. sistitur.

[II.] Genefeos Cap. I. Hebraice et Graece, et Hoseae XI, 1. Hamburgi 1707. 4.

Duplex hoc specimen Hexaplorum *Origenis* insertum legitur in *Joh. Alb. Fabricii* Bibliotheca Graeca lib. 3. c. 12. p. 346. Paginae sibi oppositae in sex distinctae sunt columellas, 1. Textus hebraicus charactere hebraico, 2. idem charactere graeco, 3. Aquila, 4. Symmachus, 5. LXX. 6. Theodotion.

[III.] Specimen Hexaplorum ex editione Josephi Blanchini. Romae 1749. Fol.

Aeri incisum est specimen hexaplare in Hos. XI, 1.

[IV.] Libri Esther editiones Graecae duae, ex Arundelliana Bibliotheca productae: Alexandrini quoque et Romani exemplaris in Cap. VI. et XVIII. Libri Judicum discrepante Lectione adjecta. Londini 1655. 4.

[V.] Libri Esther editiones duae — Lipsiae 1695. 4.

Ex editione *Jacobi Usserii* Armachani, ad calcem Syntagmatis de Graeca Septuaginta interpretum versione. [k])

[VI.] Pars Libri Esther ex duplici versione Graeca. Romae 1772. Fol.

In editione Romana Danielis secundum LXX. p. 434-450. una cum paraphrasi Chaldaica et versione Latina antiqua et vulgata. [l])

* Ec-

i) O. G. *Tychsenii* tentamen de variis codicum Hebraeorum V. T. MSS. generibus p. 152. Conf. *J. A. Ernesti* Theologische Biblioth. Vol. 9. p. 483.

k) *J. G. Walchii* Biblioth. exeget. p. 141. *Jac. Frid. Reimmanni* catal. Biblioth. theol. p. 266. Accessiones ad Catal. p. 158. v. infra §. LXXI.

l) Conf. Part. II. Vol. I. Sect. II. §. XLI. n. 7.

* Ecclesiastes Graece ex versione Aquilae, Theodotionis et LXX. Interpretum, cum Scholiis Olympiodori. Basileae, Bebelii, 1536. 8. m) [VII.]

[Ita auctor noster. Verum editionem hancce e Syllabo graecarum editionum exterminandam esse censemus. *Bebelius* Basileensis typographus recusam dedit antiquiorem *Henrici Stephani* editionem anni 1512; utraque vero tantummodo latinam Scholiorum *Olympiodori* a *Zenobio Acciajola* Florentino confectam versionem exhibet, sine contextu Graeco. Majori jure huc referendae essent editiones graeco-latinae in Auctario Bibliothecae Patrum Ducaeano, Parisiis 1624. fol. tom. II. p. 602. et in Bibliotheca Patrum Morelliana, Parisiis 1644. 1654. Tom. XIII. n)

Varia loca Scripturae S. ex duplici versione Graeca ex editione Jacobi Usserii. Londini 1655. 4. Lipsiae 1695. 4. [VIII.]

Inserta leguntur *Jacobi Usserii* syntagmati de Graeca septuaginta interpretum versione: 1) Fragmenta Psalmorum, p. 36. 2) Fragmenta Prophetiae Esaiae, p. 40. 3) Fragmenta Amosi, p. 43. 4) Michae, p. 44. 5) Danielis cap. VII, 9-28. p. 62. et 6) Dan. cap. IX. Singula editor eum in finem produxit, ut suam de LXX. Interpretibus hypothesin, de qua infra dicendum erit, eo felicius stabilire possit.

Catena Graecorum Patrum in Pentateuchum, latine versa a Francisco Zephyro. Florentiae 1547. 8. [IX.]

Catena Graecorum Patrum in Pentat. — Coloniae 1572. 8. [X.]

Quae sub nomine *Catenarum* veniunt diversorum veteris aevi interpretum fragmentorum collectiones, huc referendae sunt, cum una cum variis Scriptorum ecclesiasticorum in diversa loca commentationibus, etiam Veterum Interpretum fragmenta et lacinias memoriae conservarunt. Quam *Zephyro* debemus catena graece extat in Bibliotheca Reipublicae Tigurinae. Posterior editio subjunctam habet Catenam in Canticum Canticorum et in Novum Testamentum, quae primo Bataviae 1564. 4. prodiit. Varia habet ex *Aquila*, *Symmacho* et *Theodotione*.

Catena in Beatissimum Iob absolutissima, e quatuor et viginti Graeciae Doctorum explanationibus contexta, in lucem emissa, cura Laurentii cum Deo. Lugduni apud Johannem Stratium. 1586. 4. [XI.]

Catena in Beatissimum Iob — Venetiis 1584. 4. [XII.]

Catena Graecorum Patrum in Iobum collectore Niceta, Heracleae Metropolita, ex duobus MSS. Bibliothecae Bodlejanae codicibus, graece nunc primum in lucem edita et latine versa opera et studio Patricii Junii Bibliothecarii Regii. Accessit ad calcem Textus Iobi στιχηρως, juxta veram et germanam Septuaginta Seniorum interpretationem, ex venerando Bibliothecae Regiae MS. codice et totius orbis antiquissimo ac praestantissimo. Londini ex typographeo regio MDCXXXVII. fol. [XIII.]

Tres hasce conjungimus editiones, quae quamvis ita sint diversae, ut duae priores tantum versionem Latinam, posterior vero textum graecum cum nova habeat versione latina; in eo tamen consentiunt, ut unum idemque sistant opus, quod primus *Junius* vero auctori, *Nicetae* nimirum vindicavit. Multa hic adsunt *Aquilae*,

m) *Le Long* p. 198. col. 2. E.
n) Conf. *Joh. Alb. Fabricii* Biblioth. Gr. vol. 9. p. 351.

lae, *Symmachi* et *Theodotionis* fragmenta. Librum *Iobi* operi non ab initio praemisit, uti refert *Joh. Alb. Fabricius*, fed ad calcem addidit ex Codice Alexandrino, ex quo integram codicis facri verfionem edere ftatuerat. Eundem *Terentius* recudi fecit.

[XIV.] Balthafaris Corderii expofitio Patrum Graecorum in Pfalmos. Antwerpiae 1644. Fol.

Fragmenta undequaque collecta *Aquilam*, *Symmachum*, et *Theodotionem*, nec non alios a Septuaginta diverfos interpretes agnofcunt autores.

[XV.] Catena Patrum Graecorum et Latinorum in Jeremiam, in Mich. Ghislerii Comment. in Jeremiam. Lugduni 1623. Fol.

Multa funt ex *Aquila* et *Symmacho* memoriae confecrata.

[XVI.] Antonii Agellii Commentarius in Threnos, collectus ex auctoribus graecis, et in eosdem explicatio, et Catena graecorum Patrum ex ejusdem verfione. Romae 1589. 4. o)

§. XVI.

Ufus Verfionum.

Veterum Interpretum collectiones, diverfarumque interpretationum collationes magnae effe utilitatis, et multifariam rei criticae et facrae Veteris Teftamenti Scripturae interpretationi infervire, quin et antiquiffimas Codicis Hebraei lectiones repraefentare, poft *Cappellum* multi ex hodiernis Criticis exemplis demonftrare fatagunt. Ecquis eft, qui ratiocinia: Ita interpretati funt, ergo ita olim lectum, et hodie legendum eft, ignoret? Sunt vero, qui contrarium ftatuunt, atque verfiones antiquiores, quorum ufus tantopere extollitur, nihil hic fubfidii conferre contendunt; fiquidem et notiffima Hebraica vocabula tam vage redduntur, ut ipfos interpretes de vera vocabulorum notione incertos fuiffe fatis evincant. p) Non illa quae fupra q) de verfione Septuagintavirali annotavimus, hic repetenda funt; id tantummodo, reliquos Veteres Interpretes, quorum fragmenta noftro aevo confervata funt, non feliciores fuiffe interpretes, ac LXX, qui omnium funt antiquiffimi, hic monemus. Quapropter parum fubfidii ab hisce quoque exfpectandum eft: nifi forte in exponendis ἅπαξ λεγομένοις aliquo modo lectori fuccurrere poffint.

§. XVII.

Verfiones reliquae V. T.

Praeter illas quas jam enumeravimus verfiones codicis facri graecas, longe plures celebrantur a Scriptoribus antiquioribus verfiones graecae, quae plerumque videntur fictitiae: quarum nonnullae fi exftiterunt, ita ut ne fragmentum illarum quidem fuperfit, periere. Interim quia Scriptoribus ecclefiafticis frequens de illis fermo eft, hiftoriam illarum fcribere placuit Auctori noftro, quem ducem fequi lex eft, quam nobis ipfis fecimus.

§. XVIII.

o) Conf. *Walchii* Biblioth. exeget. p. 388. *Job. Alb. Fabricii* Biblioth. gr. lib. 5. cap. 17. vol. 7. p. 727.

p) Conf. *Job. Simonis* in praefat. ad obfervationes Lexic. Halae 1763. 8.

q) v. Praefationem.

§. XVIII.

Versio I.

* Graeca ſacrae ſcripturae verſio ante Alexandrum Magnum adornâta. Ariſtobulus, celebris e Judaeorum gente Peripateticus, cum incredibile ipſi videretur e ſola converſatione tam multa de Judaeis manare ad Ethnicos potuiſſe; jam dudum ante Graecorum regna conditam legis Moſaicae verſionem aliquam Graecam fuiſſe ſuſpicatus eſt. Haec ſunt verba ejus apud Euſebium r): „Satis conſtat, inquit, legum noſtrarum inſtituta ſequutum eſſe „Platonem, et ſingula earum capita diligenter et ſtudioſe perlegiſſe. Nam „etiam ante Demetrium illum Phalereum, adeoque ante Alexandri ac Perſarum imperium, ea jam omnia Graece ab aliis converſa fuerant, quibus illa Hebraeorum popularium noſtrorum ex Aegypto migratio, tum eorum „ſeries, quae coelitus ipſis evenere, promiſſae regionis occupatio, et univerſae legis expoſitio continetur: nemini ut dubium eſſe poſſit, quin ſuos in „libros laudatus inde Philoſophus pleraque derivarit.„ Quemadmodum Ariſtobulus diſerte Pentateuchum jam tum eſſe translatum non ſcribit, ſed et ita poteſt accipi, ut e libris Hebraeorum hiſtoriam gentis ejus, legumque enarrationem deſumptam dicat, ita plerique alii doctorum, Joſephi, Philonis et Ariſteae teſtimoniis ſubnixi, haud immerito verſionem illam inter fabulas ablegant, potuitque ſane in totum falli ſua conjectura Ariſtobulus, quod adfirmare non dubitant Lud. Capellus s), Waltonus, t) Rich. Simon. u) *Ita Frickius.* x)

Si credimus commentariis, quae olim ferebantur ſub Ariſtobuli nomine, extitit olim quaedam Pentateuchi verſio Graeca, non modo ante LXXviralem, ſed et ante Perſarum imperium. Ariſtobuli teſtimonio acquieſcunt Bellarminus, Gretſerus, Serrarius, Poſſevinus, cum multis aliis. Genebrardus exiſtimat eam factam fuiſſe ſub Manaſſe Rege Judaeorum. — Rugerus de libris Canonicis cap. 38. eam ante ipſos Homerum ac Heſiodum extitiſſe arbitratur, quoniam illi quoque, ut ait, ex Judaicis ſcripturis nonnulla hauſerunt. — Eam mere fictitiam eſſe, et Ariſtobulum finxiſſe quandam ante LXXviralem extitiſſe, quo probabile fieret Platonem alioſque Veteres Graecorum Philoſophos e Lege Moſaica quaedam deſumpſiſſe, mihi res videtur certiſſima et minime dubia. Non modo SS. Patribus omnibus, verum etiam Joſepho, Philoni, atque ipſi Pſeudo-Ariſteae, ignotam fuiſſe iſtiusmodi verſionem conſtat. Qui omnes de LXXvirali tanquam omnium prima loquuntur. y)

Judaeus quidam nomine Ariſtobulus, qui ſe Regis Ptolomaei praeceptorem dicit, aſſerit, fuiſſe quandam ſacrorum librorum Verſionem Graecam, antequam Alexander Magnus Aſiam invaſiſſet. Cur et a quibus facta ſit haec Grae-

r) Praeparat. Evang. lib. 13. num. 12.
s) Critica ſacra lib. 4. cap. 1. p. 212.
t) Prolegom. IX. §. 10.
u) Hiſt. crit. V. T. lib. 2. cap. 2.
x) In praefat. ad edit. LXX. Lipſ. 1697.
y) Haec *Humphr. Hody* lib. 4. ut ſupra p. 570.

Graeca Verſio? an a Judaeis, qui hanc linguam non callebant praeſertim his in regionibus? an pro Judaeis, qui illam non intelligebant? z)

[*Ariſtobulo* jungendus eſt *Joſephus*, a) qui *Platonem* potiſſimum legislatorem Judaicum ſcilicet *Moſen* imitatum eſſe teſtatur. Non deſunt ſcriptores, qui ex hisce teſtimoniis, Platonem ſua e libris ſacris Judaeorum hauſiſſe ſtatuunt; et ut quomodo hoc fieri potuerit oſtendant, *Ariſtobuli* relationi ſubſcribunt. In aliam abit ſententiam *Auguſtinus*, b) qui cum expreſſe adfirmaſſet, *Platonem* ſcripturas legere haud potuiſſe, quae nondum fuerunt in Graecam linguam translatae, eum per interpretem et quidem colloquendo argumentum librorum ſacrorum didiciſſe ſtatuit. Poſterius hocce quamvis non negaverimus, *Ariſtobuli* tamen relatio fabulam ſapere videtur. c)

§. XIX.

Verſio II.

*Graeca Bibliorum ex Chaldaeo ſermone translatio a LXX. Interpretibus facta et auctoritate Philonis Judaei comprobata.

Sic enim loquitur Philo Judaeus libro 2. de vita Moſis circa medium: „Talis Princeps (Ptolemaeus Philadelphus) captus legis noſtrae amore ac de„ſiderio, in Graecam linguam e Chaldaica eam transferendam curavit.„

Hanc difficultatem ita ſolvit Iſaacus Voſſius: d) „Futile eſt illud quod dicunt, Interpretes LXX. non ex Hebraeo codice, ſed ex Chaldaica Paraphraſi verſionem ſuam adornaſſe, ac ſi ulla iſto tempore vel Paraphraſis vel Verſio Chaldaica extitiſſet. Nempe quia Philo ſcribit verſionem Graecam factam eſſe ex Chaldaico, ideo putant eum de verſione aut de Paraphraſi quadam intellexiſſe. Sed inſigniter falluntur: Philo Linguam Hebraicam et Chaldaicam pro eadem ubique accipit, Hebraeumque codicem paſſim Chaldaeum appellat, tum quod Hebraeorum aborigines e Chaldaea, ac proinde Hebraei ſaepe Chaldaei vocentur, tum quod Philonis ſeculo non amplius Syriacis (*ſive Chananaeis*) ſed Chaldaicis literis eſſent exarata.

Hoc quoque probat, quod ante Philo dixerat: Lex antiquitus ſcripta fuit lingua Chaldaica, manſitque longo tempore in ea, quamdiu legis pulchritudo non eſt intellecta externis hominibus.

Omnes Judaei (*ait Morinus*) e) uno Aſaria (*de Roſſi, in libro ſuo, quem inſcripſit Meor Enaim*) excepto, Legem a LXX. Interpretibus ex Hebraeo Textu verbum e verbo translatam fuiſſe teſtantur; hic Aſarias ſolus e libris Chaldaicis charactere Samaritano deſcriptis translationem factam fuiſſe opinatur. f)

[Qui

z) Memoriae Trevultianae Septembr. 1718. p. 406. *Le Long* p. 153. col. 2. E. — 154. col. 2. A.

a) Lib. 2. contra Appionem.

b) De Civitat. Dei lib. 8. c. 11.

c) Conf. *Joh. Clerici Epiſtolae criticae*, Epiſt. 7. p. 189. et de *Ariſtobulo*, *Joh. Alb. Fabricii* Biblioth. gr. lib. 3. c. 11. vol. 2. p. 280.

d) Cap. VI. Diſſertat. de LXX. Interpretibus.

e) Epiſt. 38. ad Th. Cromberum p. 203. Antiq. Eccleſ. Orient.

f) *Le Long* p. 154. col. 2. B.

[Qui hic *Asaria de Rossi* nominatur, est R. *Asarias de Rubeis*, Mantuanus, g) scriptor seculi XVI. celebris, qui in libro *Meor Enajim* libro tertio multa, de lingua hebraea, ejus litteris et vocalibus aliisque linguis orientalibus tractavit. Statuit ille tempore templi secundi duplicem fuisse librum legis, alterum lingua hebraea et charactere chaldaico exaratum; qui liber sanctus legitimus et rectus sacerdotibus custodiendus traditus est: alterum vero lingua Aramaea et litteris transfluvialibus (*Samaritanis*) scriptum in communem usum evulgatum esse; et ex hoc codice Seniores ad Ptolomaeum vocatos versionem suam composuisse credit. h) *Asarias* vero non unicus est, uti *Morinus* sibi persuasit, qui hanc inter Judaeos sententiam aluerit, legem litteris Samaritanis primo scriptam fuisse. Plura enim ejusdem generis testimonia collegit *Joh. Buxtorfius* F. i) Interim utcumque sint, quae de litteris primaevis codicis sacri inter eruditos disputantur, k) id tamen, et *Philonem*, et *Asariam*, non aliam, quam hodie extantem Septuagintaviralem versionem intelligere, exinde sequitur, quia versionem *Ptolomaei* curae adscribunt. Interim versiones Chaldaicas seu Targumim multis in locis, et quidem iis, in quibus versio graeca a Textu Hebraeo recedit, cum hac apprime consentire, eandemque, ut Graeci, ostendere lectionem, non negamus. Verum ejusmodi exempla non graecam versionem ex Chaldaico contextu formatam, sed Chaldaicum Textum ad graecam versionem transformatum esse evincunt.

§. XX.

Versio III.

* Graecae Bibliorum versiones sub Ptolemaeo Lago et sub Herode.

Duae istae versiones ab uno et solo Calvinista Junio (*ait Serrarius*) l) effictae sunt, et quidem ex solo novitatis studio aliqua cum imperitia conjuncto. Nam quem pro *Lagiana* citat, Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromatum clare loquitur de ea, quae est Septuaginta. Justinus vero, quem pro *Herodiana* profert, mendosus est; ita ut, quemadmodum etiam Novatorum quidam observarunt, *Langius* et *Sylburgius* in Apologiam Justini secundam, pro *Herode* Rege legendus sit *Eleazarus* Pontifex, cum de sola Septuaginta versione sermo ipsi Sancto Justino sit.

Joseph. Scaliger: m) Certum est (ait) eos falli, qui a Ptolomaeo Lagida curatum volunt, ut Hebraeorum sacra instrumenta in Graecum sermonem converterentur.

Franciscus Junius n) et Samuel Petit o) suspicati sunt Pentateuchum sub Philadelpho: at libros Veteris Testamenti Propheticos et Psalmos sub He-

g) Conf. *Wolffii* Biblioth. hebr. n. 1773.

h) Cap. 5. fol. 38. col. 1.

i) Dissertat. Philologico - Theologicae, Dissert. 4. p. 196. etc.

k) Conf. *Stephani Morini* exercitationes de lingua primaeva cap. 6. p. 192. *J. G. Carpzovii* crit. sacr. part. 1. cap. 5. sect. 6. p. 225. *Wolffii* Biblioth. hebr. vol. 2. p. 419.

l) Cap. 16. Prolegom. Biblic. quaest. 3.

m) Animadvers. Eusebian. pag 122.

n) Lib. 2. contra Bellarminum de Verbo Dei cap. 5.

o) Cap. 28. variar. lection.

Herode Rege demum translatos, et ab Essenis quidem, ut conjicit Petitus, in Graecum idioma fuisse. Alii sub Herode concinnatum volunt totius Veteris Testamenti versionem novam Graecam, priore scilicet 70 Interpretum deperdita. Verum non alium habent hujus sententiae suae fundum, quam locum Justini Mart. p) in quo nisi lateat error librarii, necesse est optimi doctoris parachronismum confusamque temporum rationem excusare. q)

[Antiquiores scriptores rerum Ebraicarum parum periti, minime de Veteribus Versionibus distincte loquuntur: dum modo Pentateuchum, modo integrum codicem sanctum graece versum asserunt. Procul dubio insequentibus temporibus Codices Hebraeo-Graeci saepius descripti sunt: et exinde Patres occasionem nacti sunt, de novis versionibus loquendi, dum recentiora Apographa cum novis versionibus confuderunt. Fortassis *Justinus* aliquomodo excusari posset, si verba illius de Apographo aliquo Hebraeo-Graeco exponantur, quod tempore isto transsumtum esset. Aut si mavis, diversa S. Pater confundit facta. Post incendium, quod Bibliothecam in Serapeo conditam ex parte consumsit, *Cleopatra Ptolemaei Philometoris* uxor novam exstruxit Bibliothecam, quod, tempore *Herodis* factum, fortassis *Justino* ansam dedit, ut Versionem Librorum Propheticorum hoc tempore factam esse, sibi imaginatus sit. *Serrarii* emendatio certe nimis dura videtur, nec melior est illa *Joh. Ern. Grabii*, qui in editione sua *Justini* pro βασιλευοντι Ηρωδῃ legi vult ἱερει, et mox pro βασιλευς Ἡρωδης, βασιλευων ἱερευς. Tutissima videtur *Fabricii* sententia, Patrem S. aliquid humani passum, ipsamque versionem fictitiam esse.

§. XXI.

Versio IV.

* Graeca sacrorum voluminum versio ex Hebraeo ab Origene condita.

Non defuerunt inter recentiores, (*inquit Hodius*) r) qui Origenem ex Hebraeo versionem novam instituisse credidere, quod quae deerant ex Hebraeo juxta Theodotionem inseruerit, eaque asteriscis illucescere fecerit.

Idem de hac praetensa versione sic scribit: s) Origenes ob illustrem hanc operam in edendis Hexaplis versioneque LXX. emendanda atque supplenda, inter ipsos interpretes a nonnullis male recensetur. Jacobus de Valentia prol. in Psalmos: *in quibusdam Ecclesiis Graecorum legebatur traductio Origenis, et in aliis traductio Luciani.* Origenem scripturas ex Hebraeo transtulisse, ait Possevinus Appar. sacr. v. Biblia. Sic quoque Lutherus praefat. Comment. de ultimis Verbis Davidis, et Abulensis. Comestor ait illum *primo sub Alexandro LXX. correxisse cum Asterisco et obelo, postea transtulisse sine istis.* Eadem habet Hugo Cardinalis. Alii illum auctorem fuisse versionum

p) Apologia I. p. 72.

q) Ita *Joh. Alb. Fabricius* lib. 3. c. 12. num. 5. Biblioth. graec. *Le Long* p. 154. col. 2. E.

r) Lib. 3. cap. 4. sub finem p. 400.

s) Idem lib. 4. p. 618.

num Sextae et Septimae dictarum tradidere, ut Hugo de S. Victore: *Sextam et Septimam Origenes fecit, cujus codices Eusebius et Pamphilus vulgarunt.*

Quod autem (*inquit Petrus Sutor*) [u]) nonnulli putant Origenem Vetus Testamentum de Hebraeo in Graecum traduxisse, ipsi viderint. Aliter enim sentit Ruffinus hoc pacto dicens: Ego illius nec ullam lineam ex scripturis divinis de Hebraeis invenio translatam. [x])

[Qui *Origenem* ipsum novae Veteris instrumenti versionis Graecae auctorem venditarunt, testimonia Veterum de opere Origeniano male intellexerunt, et quae de editione *Origenis* dicta sunt, de versione ab ipso confecta interpretati sunt. Nec ipse *Origenes*, quamvis versiones graecas ad Textum Hebraicum revocarit, et quae in versione deerant, addiderit, tamen ipsius linguae Hebraicae tam peritus fuit, ut proprio marte versionem novam condere potuerit. [y])

§. XXII.

Versio V.

* Graeca Sacrae Scripturae versio ex Hebraeo a Theodoro Antiocheno concinnata.

Salmasius haec ait: [z]) Photius de Theodoro Antiochensi, quem tradit novam translationem Bibliorum molitum esse post Septuaginta Interpretes, post Aquilam, et Symmachum, etc.

Longe fallitur Cl. Salmasius, (*inquit Joh. Frickius*) [a]) cum eam in rem Photium testem Theodoro id operis tribuentem allegat. Sane si Photius evolvatur (cod. 177. *De Theodoro Antiocheno*) nequaquam is Theodoro novam versionem S. Scripturae tribuere deprehenditur, sed potius ipsiusmet Theodori indignabundi querelam exprimit, qua in Aramum (hoc nomine decurtato Hieronymum intelligit) quendam occidentalis Ecclesiae doctorem invectus vitio ei inter alia vertit, quod rejecta divina vetere των LXX. versione novam ipse condere ausus esset, neque tamen Hebraeam linguam satis edoctus, nec sensum scripturae tenens, sed ignobile Hebraeorum quorundam terrae filiorum mancipium. Haec ibi apud Photium Theodorus, qui tantum abest, ut novam versionem in se susceperit, ut potius ex eo capite Aramum graviter reprehendendum existimarit. Haec vero cum ita sint, quivis facile videt, nec Theodoro tribuendam cum Salmasio versionem Scripturae sacrae, nec omnino illam, quam Aramo adscriptam a Theodoro diximus, Graecis esse annumerandam. [b])

[*Theodori* contra *Hieronymum* querelae, nisi omnia nos fallunt, errore aliquo nituntur. Hieronymum nunquam versionem graecam Textus Hebraei adornasse certum est. Sed extitit tunc temporis duplex editio versio-

u) Cap. 2. de tralat. Bibliae.
x) *Le Long* p. 155. col. 1 D.
y) Conf. *J. A. Fabricius* Biblioth. gr. lib. 3. cap. 12. num. 12. p. 343.
z) De Hellenistica Comment. p 177.
a) Praefat. in Bibl. Graec. Lipsiens.
b) *Le Long* p. 155. col. 2. B.

ſionis graecae, Vulgata illa, *κοινη* dicta, et altera ab Origene in Hexaplis emendata. Priorem rejecit *Hieronymus* tanquam corruptam et adulteratam; poſteriorem latine ipſe vertit. Hoc aegre tuliſſe *Theodorus* videtur, quod *Hieronymus* adeo ſiniſtre de Verſione Vulgata judicarit, eamque rejecerit, dum verſionem meliorem cum Eccleſia communicare voluerit: et fortaſſis ſibi, *Hieronymum* meliorem verſionem graecam meditari, imaginatus eſt.

§. XXIII.

Verſio VI.

* Graecae ſacri codicis Verſiones ex Hebraeo a Patrophilo et ab Euſebio Caeſarienſi concinnatae.

Librorum omnium Veteris Teſtamenti, qui in Canone Hebraeorum ſunt, in Graecam linguam *facta* eſt ab Euſebio Caeſarienſi translatio, cujus recordatur Socrates et Sozomenus. c)

Patrophilus Scythopoleos Palaeſtinae Epiſcopus in prima Nicaena Synodo clarus omnem Hebraicam Scripturam Graece vertit anno 300. Meminit hujus Translationis Gregorius (*ſeu potius Georgius*) Laodicenus in vita Euſebii Emiſſeni apud Socratem. d)

Haec ſunt ejus verba ex verſione Henrici Valeſii: Quisnam porro iſte (*Euſebius Emiſenus, de quo in hoc capite loquitur*) fuerit, docet Georgius Laodiceae Epiſcopus, qui Concilio huic etiam interfuit. Nam in libro, quem de ejus vita conſcripſit, ait illum ex viris nobiliſſimis Edeſſae in Meſopotamia generis ſui originem duxiſſe: et a puero ſacris litteris inſtitutum, Graecas poſtea diſciplinas a quodam magiſtro, qui tunc temporis Edeſſae degebat, percepiſſe: *τελος ὑπο Πατροφιλου και Ἐυσεβιου τα ἱερα ἡρμηνευθη βιβλια.* Tandem vero ſacrorum voluminum expoſitionem ex Patrophilo hauſiſſe et Euſebio. e)

En verba Sozomeni: Euſebius quoque cognomento Emiſſenus a puero juxta patriam conſuetudinem ſacras ſcripturas didicit. Poſtea vero in Gentilium diſciplinis inſtitutus eſt a Magiſtris, qui tum in ea civitate morabantur. *ὑϛερον δε ἐξηγηταις Ἐυσεβιῳ τῳ Παμφιλου, και Πατροφιλῳ τῳ προιϛαμενῳ Σκυθοπολεως, τας θειας βιβλους ηκριβωσε.* Tandem vero interpretibus uſus Euſebio Pamphili et Patrophilo Scythopolitano Epiſcopo ad ſummam ſacrorum voluminum notitiam pervenit. f)

Quibus verbis nihil aliud hi auctores ſignificatum voluerunt, quam hunc ſacrarum literarum intelligentiam a Patrophilo et ab Euſebio Caeſarienſi didiciſſe. g)

§. XXIV.

Verſio VII.

* Graeca ſacri codicis verſio a triginta hominibus facta.

Hanc

c) Ita Sixtus *Senenſis* lib. 4. Biblioth. ſanctae p. 233.
d) Idem ibid. p. 290.
e) *Socrates* hiſt. eccleſ. lib. 2. cap. 9.
f) *Sozomenus* hiſt. eccleſ. lib. 3. cap. 6.
g) *Le Long* p. 155. col. 2. E.

Hanc memorat Philaſtrius Epiſcopus Brixienſis haereſi poſt Chriſtum 91: Eſt haereſis, quae iterum poſt Aquilam triginta hominum interpretationem accipit, non illorum beatiſſimorum LXXII., qui integre inviolateque de Trinitate ſentientes, Eccleſiae Catholicae firmamenta certiſſima tradiderunt interpretantes Scripturas. Iſti triginta in multis Aquilam ſunt ſequuti, unde ab Eccleſia Catholica et iſtorum non ſuſcipitur interpretatio: quae continetur in libris authenticis. *Haec Philaſtrius.*

Nec ab ullo Scriptore (inquit Humphredus Hody) [h]) praeter Philaſtrium, memoratur iſta triginta hominum translatio. Visne, quid ipſe ſentiam, ſcire? paucis accipito. Cum Luciani editionem in Bibliorum Graecorum marginibus ſub litera Λ et λ (quae non modo illius nominis initialis eſt, ſed et numeri 30. nota) citatam invenit, triginta quorundam hominum interpretationem deſignari putavit. [i])

§. XXV.
Verſio VIII.

* Verſio graeca ſex virorum.

Meminit idem (*Philaſtrius*) illeque ſolus interpretationis alius Sex Virorum. „Eſt haereſis, *inquit*, quae iterum ſex virorum interpretationem „poſtea editam vult ſequi, non illorum primorum ſanctorum, qui LXXII., „aliis modis interpretari deſiderant, et non parvum errorem incurrit, diverſa itidem ſentiens de fide Catholica.„ Et hoc quoque eſſe errorem non dubito, ex eo nimirum exortum, quod in marginibus Bibliorum editionem Sextam ſub epiſemo ς′ citatam (quod fieri ſolet) repererat. [k])

§. XXVI.
Verſio IX.

* Editio Heracleenſis.

Editionis Heracleenſis, e qua hiſtoriae Suzannae Syriaca verſio confecta eſt, mentionem habemus ante editionem Suzannae Syriacam. *Scribimus praeterea librum Danielis parvuli. hiſtoriam Suzannae ex editione Heracleenſi.* Deſignatur, ni fallor, Editio Theodotionis, qui Ponticus fuiſſe dicitur, ubi ſita eſt Heraclea. Atque hoc ex eo fit magis probabile, quia monet quoque Hieronymus in principio verſionis Latinae vulgatae ſe eam transtuliſſe ex Theodotionis editione. [l])

§. XXVII.
Verſio X.

* Verſio Macedonica.

 Ga-

h) Lib. 4. de Bibl. Text. origin. p. 632.
i) *Le Long* p. 156. col. 1. D.
k) *Hody* ubi ſupra. *Le Long* p. 156. col. 1. E.
l) *Hody* ubi ſupra. *Le Long* p. 156. col. 2. A.

Galesinus de 70. Interpr. pag. 53 inter eas versiones, quae ex LXX. derivatae sunt, enumerat *Macedonicam*. Quaenam autem fuerit, viderint alii. Galesini certe cerebelli foetus est. m)

Haec eadem est quae ante Alexandrum Magnum adornata narratur. n)

§. XXVIII.

Versio XI.

* Graeca Bibliorum versio ab Apollinario juniori confecta.

Apollinarium Apollinarii filium Episcopum Laodiceae Editionem quandam mixtam Bibliorum ex Interpretum omnium versionibus conflatam, elaborasse existimant eruditi, inducti testimoniis quibusdam Hieronymi. „Praetermitto (inquit lib. 2. adv. Ruff.) Apollinarium, qui bono quidem studio, „sed non secundum scientiam, de omnium translationibus in unum vestimen„tum pannos assuere conatus est: et consequentiam scripturae non ex regula „veritatis, sed ex suo judicio texere„ Idem Comment. in Ecclesiasten XII. „Symmachus nescio quid in hoco loco sentiens, multo aliter interpreta„tus est — — cujus interpretationem Laodicenus secutus, nec Judaeis pla„cere potest nec Christianis, dum et ab Hebraeis procul est et sequi LXX „Interpretes dedignatur.„ Baronius. Ann. Eccles n. 377. „Conatum fuis„se Apollinarium divinorum librorum translationes omnes in unum as„suere tradit S Hieronymus, qui tamen opus minime probavit.„ Idem refert Possevinus in Apparatu Sacro. Sixtus Senensis Biblioth. Sancta in Apollinario: „Secutus est autem in expositionibus suis aliquando Symmachi ver„sionem, aliquando vero editionem quandam ex omnibus editionibus a se „ipso conflatam, de qua Hieronymus libr. 2. contra Ruffinum.„ Huetius de claris interpretibus p. 95. „Novam quoque ex aliis omnibus editionem confla„re ausus est Apollinarius, Symmacho tantum sese pressius adjungens etc.„ His etiam accedit Usserius, ut alios missos faciam. Sed falluntur omnes; loquitur enim Hieronymus non de ulla Bibliorum editione ab Apollinario confecta, sed de illius tantum Scripturarum explanationibus, in quibus sine ullo judicio translationes omnes commiscuerat, secutusque fuerat. Et intelligi tantum illius explanationes, confirmant haec verba ad cap. 4. Eccles. ubi de aliis commentatoribus cum verba fecisset, „Laodicenus, inquit, Interpres „res magnas brevi sermone exprimere contendens, more sibi solito etiam hic „locutus est: de commutatione, inquiens, bonorum in mala, Ecclesiastae „sermo est.„ Neque talem Bibliorum editionem tacuisset Hieronymus in illustr. virorum catalogo, ubi commemorat illum scripsisse in S. Scripturas fere innumerabilia. o)

[*Apollinario* ejusmodi versionis centonem adscribit *Sixtus Senensis*, p) *Richard Simon*, q) et *Joh. Alb Fabricius*, r) qui omnes ad *Hieronymum* provocant; quem de Commentariis loqui statuit *Hodyus*. Edidit vero *Apollinarius*

m) *Hody* ibid. p. 633.

n) v §. XVIII. *Le Long* pag. 156. col. 2. B.

o) *Hody* ut supra, pag. 631. *Le Long* p. 156. col. 2. C.

p) Bibliotheca sancta, lib. 4. p. 203.

q) Hist. crit. du V T. lib. 2 c. 10. p. 242.

r) Biblioth. graec. lib. 5. cap. 16. vol. 7. p. 664.

rius Moyſis libros et ceteros V. T. libros hiſtoricos carmine heroico, integrumque carmen ad imitationem *Homeri* in 24. libros digeſſit. Hunc foetum reſpicit *Hieronymus*, qui verſioni propius accedit, quam ejus Commentaria, quae breviſſima fuere.

§. XXIX.

Verſio XII.

* Graeca utriusque Teſtamenti ex Hebraeo translatio a S. Hieronymo condita.

Juxta Epiſtolam quae extat ſub nomine S. Auguſtini de magnificentia S. Hieronymi. Ridicule ſcribit auctor ille, „S. Hieronymum utrumque Teſtamentum ex Hebraeorum lingua in Graecam pariter et latinam transtuliſſe.„ Nec multo melius auctor carminis in ejus laudes:

Tu Vetus atque novum duo Teſtamenta labore
Ingenti variis purgans erroribus illa
Vertiſti in linguam ſacro de *fonte* Latinam
Hebraico quae nunc traductio vera tenetur. r)

Quaſi vero tempore S. Hieronymi extitiſſet aliqua Novi Teſtamenti Hebraica translatio, quam deinde ſanctus hic doctor latine reddiderit. s)

§. XXX.

Verſio XIII.

* Graeca totius ſacri codicis verſio ex latino S. Hieronymi a Sophronio confecta.

Hieronymi verſionem latinam fuiſſe totam a Sophronio Graece translatam crediderunt nonnulli, ut Genebrardus in Chronologia, quibus Huetius etiam aſſentiri videtur. At vero non totam, ſed tantum Pſalmorum et Prophetarum verſionem a Sophronio fuiſſe in linguam Graecam traductam, teſtatur ipſe Hieronymus. t) Non deſunt qui arbitrantur verſionem, quam e Graeco τῶν LXX. elaboravit Hieronymus, e Latino fuiſſe iterum Graece redditam. Huetius id aſſerit u) ipſumque laudat Hieronymum lib 2. in Ruffinum. In hoc Clariſſ. Viro minime accedo, ſed graviſſime certe fallitur. Loquitur enim ibi Hieronymus de interpretatione ſua ex Hebraeo derivata, nimirum de illis libris, quos exinde in Graecum traduxerat Sophronius. *Unde mihi putabam bene mereri de Latinis meis, et noſtrorum ad diſcendum animos concitare, quod etiam graece verſum de latino poſt tantos interpretes non faſtidiunt.* x)

§. XXXI.

Verſio XIV.

* Graeca totius Veteris Teſtamenti converſio interprete Hugone Broughtono.

 Pro-

r) *Hody* ibid. p. 359.

s) *Le Long* p. 157. col. 1. B.

t) In Catalogo ſcriptor. Eccleſ. cap. 134. Conf. *Fabricii* Biblioth. graec. lib. 5. cap. 21. vol. 8. p. 197.

u) De claris interpretibus pag. 95.

x) *Hody* ubi ſupra, p. 630. *Le Long* p. 157. col. 1. D.

Promiſerat Hugo Broughtonus novam translationem Graecam ex Hebraeo Textu propius expreſſam, ſed morte ipſius incubuit illud opus in ſpongiam. [y])

[*Hugo Broughthonus*, Anglus, multis ſcriptis inprimis elencticis clarus, obiit 1612; praeter orationem ab auctore noſtro laudatam, edidit an Epiſtle concerning the translation of the Bible. Opera ejus conjunctim prodiere Londini 1662. IV. tomis fol. [z])

§. XXXII.

Verſio XV.

* Graeca Pentateuchi Samaritani translatio a multis auctoribus laudata. [a])

Tertia verſio *(Pentateuchi Samaritani)* eſt Graeca juxta Jo. Morinum: *ita intelligit Samaritani Pentateuchi Graecus interpres.* [b]) Idem: „Conſentit „antiqua Pentateuchi Samaritani verſio Graeca, cujus veſtigia nonnulla de„prehenduntur in Scholiis, quae citantur in editione 70. Interpretum Six„tiniana„ [c]) Et Joh. Henr. Hottingerus: *per Samariticum codicem intelligitur verſio Graeca, ex Samaritanorum codice Hebraeo translata.* [d]) Uterque citat hic in Exercitationibus quaedam Scriptorum Eccleſiaſticorum loca, in quibus de codice Pentateuchi Samaritani mentio fit, et haec ſunt: Euſebius Caeſarienſis lib. 1. Chronicorum integra et ſatis prolixa fragmenta profert: Diodorus Tarſenſis Numerorum 24, 7. S. Hieronymus Quaeſt. in cap. 4, 8. Geneſeos et praefat. Comment. in Lib. Regum: S. Cyrillus Alexandrinus ad Geneſ. 4, 8. Procopius Gazaeus in Devteron. 1, 6. et 9. p. 435. et Scholiaſtes Graecus antiquus ſaepe laudatus a Flaminio Nobilio et in Scholiis Graecis ad editionem Romanam LXX. Interpretum. Hi omnes linguae Samaritanae imperiti vertendo in Graecum Pentateucho ipſimet pares eſſe non potuerunt, proindeque quae ex illo laudant, ex verſione Graeca ſane excerpta ſunt. Haec vero collecta ſunt a Morino et ab Hottingero locis citatis. V. Waltonum. [e]) Rich. Simon ita ſcribit: [f]) „Fuit quoque Samariti„cis verſio Graeca, in uſum Samaritarum, quibus lingua Graeca erat verna„cula, compoſita.„

In

y) *Gisbert Voetius* lib. 2. Biblioth. ſtudii theol. cap 4. p. 509. V. Ejusdem *Broughtoni* Oratio brevis ad Electorem Moguntinum de Veteri Teſtamento converſo recens Graece de Hebraeo. Francofurti 1610. 8. *Le Long* p. 157. col. 2. A

z) Allgemeines Gelehrten-Lexicon tom. I. p. 1402. *Georg. Matth. Königii* Biblioth. Vetus et nova, p. 136.

a) [Quae auctor noſter de hac verſione e ſcriptis variorum Eruditorum collegit, non uno eodemque loco protulit. Primo in Articulo de Verſione Samaritana p. 110. col. 2. A. recenſet verſionem graecam, ut tertiam Pentateuchi Samaritani verſionem; prima enim eſt verſio Samaritana, ſecunda Arabica, et tertia Graeca.

Reliqua vero ſubdit Articulo de Verſionibus graecis p. 157. col. 2. B. Nos vero quae ita disjuncta erant, ut ſingula eo facilius inter ſe conferri poſſint, hic uno loco exhibemus.

b) Cap. 1. Exercit. 3. in Pentat. Samarit. p. 219.

c) Epiſt. 38. pag. 202. Antiq. Eccleſ. Orient. ad Th. Cromberum.

d) Exercitat. Antimorin. p. 28.

e) Prolegom. XI. §. 22.

f) De variis Biblior. edition. cap. XI. p. 89.

In Actis Eruditorum Lipsiensibus leguntur haec verba: g) „Monitus Joan. Frickius post publicatam Bibliorum Graecorum Lipsiae 1697. editorum praefationem a quodam amico est, forte Symmachi Samaritae versionem Graecam ipsum illud esse το Σαμαρειτικον, quod apud Veteres toties „allegatum legitur, nec alia ratione nomen Samaritici Textus illi impositum „fuisse, quam versioni Aquilae nomen Textus Hebraei apud Justinum alios„que Patres. De qua conjectura alii judicent.„

Amicus ille sane fuit Illustriss. et Doctiss. Joan. Frid. Mayerus, qui in Dissertatione de notis biblicis Veterum, ea de re mentem suam iisdem pene verbis explicat. „Accuratius itaque perpendenti mihi, quae Julius Africanus „apud Eusebium in Chronico pag. 3. 9. 10. ac Syncellus p. 80. 82. 85. et 88. „edit. Regiae, tum alii Veteres sparsim ex Samaritano codice producunt, „in mentem venit sententia, *num Samaritani codicis nomine Veteribus ve„nerit Versio Symmachi, eo quod auctor Samarita fuerit, et versionem ex co„dice, quali Samaritae utebantur, composuerit?* Judicent me doctiores, „utrum ex vero fuerim suspicatus. Confirmat conjecturam meam, quod „Aquilae versio passim Hebraici Codicis nomine apud Veteres laudetur, et „LXX. opponatur Interpretibus.„ h)

Christiani Scriptores (*inquit Joh. Alb. Fabricius*) quemadmodum Aquilam fere innuunt, quando provocant ad Hebraicum, ita quando Σαμαρειτικον laudant, respicere ad hanc Symmachi Samaritae versionem, a quo Pentateuchum ex Samaritano translatum mihi persuadeo: neque enim Symmachi meminisse simul solent Veteres, quando inter diversas interpretationes Samariticum laudant, (*his contraria vide in sequentibus*) neque Samaritice callebant antiqui Patres Graeci vel Latini plerique, ne Origene quidem excepto, ut ex ejus Commentario ad Ezechielem 9, 4. observat Huetius. i) Graeca autem si exstitisset diversa a Symmachiana interpretatione Samaritici Pentateuchi versio Origene antiquior, cur, quaeso, eam Origenes in Hexaplis omisisset? quod si non omisit ut visum est Isaaco Vossio, k) quare Veteres Scriptores de Hexaplis Origenianis agentes hoc ad unum universi tacent? Superest igitur, ut Operi Origeniano inserta fuerit sub Symmachi nomine, vel ex Origenis Hexapla sit lecta. l)

Joan. Henricus Hottingerus scripsit Graecam versionem Pentateuchi ex Samaritano codice confectam fuisse circa Alexandri Magni tempora, proindeque ante LXX. Interpretes. Sic enim postquam attulit quendam S. Cyrilli locum, subdit: m) „Ubi per Samariticum codicem intelligitur Versio „Graeca sine dubio circa tempora Alexandri Magni vel paulo post introdu„cta, et ex Samaritanorum codice Hebraeo translata.„ Idem alio loco haec ait: n) „Factum est, ut Samaritanorum aliqua versio Graeca, sive Symma„chi,

g) Anno 1698. pag. 77.
h) Differt. de notis biblicis Veterum ad calcem Historiae Versionis germanicae Bibliorum D. M. Lutheri, p. 207.
i) Origenian. p. 29.
k) Resp. ad objecta Criticae sacrae, p. 305.
l) Biblioth. graec. lib. 3. cap. 12. num. 10.
m) Exercitat. Antimorin. §. 25. pag. 28.
n) Thesaurus Philolog. lib. 1. cap. 3. Sect. 3. p. 302.

„chi, five etiam alterius Samaritani, paulatim incaute irreperet. — — Sic-„que duplex verfio Graeca, quarum altera ex Hebraeo, altera ex Samarita-„no contextu, coaluit in unum.„

Nonnulli verfionem aliquam Graecam (*inquit Ifaacus Voffius*) ad fidem Samaritici exemplaris factam fuiffe contendunt et feorfim editam, unde iftae (ante allatae) lectiones promanarint. Verum haec opinio nulla vel ratione vel auctoritate nititur. [o]) Idem ait Hody: Haec fine idoneis argumentis affirmantur: potuerunt Patres nonnulli, qui Samaritica allegant, ab ipfis Samaritis de illis edoceri. [p])

Hanc deftruere conjecturam (*Mayeri et Fabricii*) facile eft teftimonio Procopii Gazaei ad Exod. 23, 16. Hic enim interpres Comment. in Deuteronomium circa initium, poftquam femel et iterum laudaffet Samariticum exemplar, ftatim in eadem pagina Symmachi teftimonium adducit. Hinc unum ab alio diftinxiffe manifeftum eft. Videatur Joh. Morinus, [q]) qui duplex producit exemplum difcriminis faltem quoad verba inter Samariticum codicem et Symmachum. Si rem attentius confideremus, nulla eft difficultas: Auctores Graeci linguam Hebraicam non callentes, quae explicanda volebant, exquirebant a Samaritanis ipfis; v. gr. erant Gazae plurimi Samaritani, a quibus quae adduxit Procopius, difcere potuit. Idem dicendum de aliis fcriptoribus, qui exemplaris Samaritici, non vero verfionis Samaritanorum loca proferunt. Verum cum plurima ea de re a doctiff. Bern. de Montfaucon in praefatione Hexaplorum Origenis adducantur teftimonia, quibus invictiffime probat, fuiffe olim Graecam Samaritici Pentateuchi translationem, meam nunc depono fententiam, et antiquam libenter amplector.

[Singula quae hactenus producta funt, ad certa capita revocat *J. G. Carpzovius*, [r]) et denique fubdit: „Quidquid demum ejus rei fit, certum „omnino exploratumque eft, neminem eorum, qui tam confidenter Grae-„cam Samaritarum verfionem afferunt, oculis eam unquam ufurpaffe, fed ex „Graecorum folum allegatione, fatis quidem vaga et adhuc dubia, exfcul-„ptam pro ingenii faltem facultate exornaffe.„ Quanquam vero in re tam ardua nihil definire audeamus, veritati tamen propius accedere, qui ejusmodi verfionem olim extitiffe adfirmant, nobis videntur. Luculentum obfervatur Levit. 26, 41. exemplum. Scholia graeca annotarunt, exemplar Samaritanum hic habere ἀκρόβυστος; LXX. vero habent ἀπερίτμητος. Sed in Codice Hebraeo et Samaritano eadem eft vox ערל. Cum itaque eadem vox in utroque Pentateucho legatur, interpretatio ejus vero tam diverfa fit, olim exftitiffe verfionem, et quidem a Symmachiana diverfam, e Pentateucho Samaritano confectam, omnem veritatis habet fpeciem. [s]) Comprobatur hoc ipfa Samaritanorum gloriatione, qui jam tempore Ptolomaei Philadelphi

o) *Voffius* cap. 29. de LXX. Interpr. p. 96.

p) Libro laudato, p. 633.

q) Exercitat. 3. in Pentat. Samarit. pag. 232.

r) Part. 2. cap. 4. p. 619.

s) *Joh Henr. Hottingeri* Differt. de translat. Bibl. in ling. vernac. p. 145.

delphi verſionem graecam e codice Samaritano confectam eſſe adfirmant, uti ex Chronico Samaritano *Abulphetuchii* adhuc inedito conſtat, cujus verba latine verſa exſtant apud *Hodium:* [t]) „Anno M. 4150. annoque X. Ptolemaei „Philadelphi egregii litterarum fautoris accitis Alexandriam Aarone et lectiſ-„ſimis Samaritarum, nec non doctoribus Judaeorum ſub Eleazaro ſuo, ut le-„gem moſaicam in Graecorum dialectum transferrent ex Hebraico, cum de „monte locoque electo templi et (in Deut. 32, 35.) de die retributionis, „aliisque in verſibus verſiones iſtae variarent, Rex approbavit magis Sama-„ritarum interpretationem, eosque ſplendidis muneribus donavit; imo vero „Judaeos ille monte benedicto Garizim Reſcripto omnino arcuit. Referunt „autem triduanas tenebras paſſum fuiſſe mundum, cum Judaei in Graecum „Moſis libros verterent.„ Nec alio modo, quomodo Patres tam linguae Hebraeae quam Samaritanae ignari τον Σαμαρειτικον citare potuerint, ratio reddi poterit, niſi ex Samaritano verſionem graecam extitiſſe concedatur. Interim Samaritica illa verſio penitus excidiſſe videtur, cum lingua Arabica in locum dialecti Samaritanae ſucceſſit. [u])

§. XXXIII.

Verſio XVI.

* Pſalmi et Prophetae a Sophronio, S. Hieronymi coaetaneo, ex verſione Latina ejusdem Sancti Graece verſi.

Opuſcula mea (inquit S. Doctor) [x]) in Graecum Sermonem elegantiſſime Sophronius transtulit; Pſalterium quoque et Prophetas, quos nos de Hebraeo in Latinum vertimus. [y])

§. XXXIV.

Verſiones Libr. Apocr. Sapient. Salom.

* Liber Sapientiae Graece ex lingua Syriaca converſus.

R. *Moſes Nachmann* [z]) ſtatuit compoſitum eſſe hunc librum a Salomone lingua Syriaca, ut mitteret eum ad aliquem regem ad fines Orientis habitantem. Sed haec mera ſunt Rabbinica ſomnia, nullamque refutationem merentur. „Convenientia autem locorum a Ramban citatorum (*inquit Joh. Henr. Heideggerus*) [a]) „cum editione Syriaca in Bibl. Polyglott. Londin. con-„jecturam facit, non originale utique exemplar lingua Syriaca ſcriptum fuiſ-„ſe, ſed Graeci textus originalis duntaxat converſionem Syriacam fuiſſe edi-„tionem.„

* Liber Sapientiae Graece ex Hebraeo translatus.

Idiomate liber hic ab auctore ſcriptus eſt Graeco. Falluntur enim haud dubie, qui primitus Hebraice ſcriptum tradunt. Ipſe namque Stylus et

t) De Textibus originalibus p. 123.

u) Conf *Lyrbſenii* append. ad tentamen liberatum, p. 111.

x) Cap. 134. de ſcriptor. Eccleſ.

y) Vid. §. XXX.

z) Teſte R. *Aſaria* in Meor Enaim, p. 175.

a) Lib. 2. cap. 2. Enchiridii Biblici, num. 8.

et Constructio prodit, nunquam fuisse scriptum Hebraice ab auctore, sed ab Hebraeo aliquo rarius Hebraizante, Graece. [b])

Contra ea *Joh. Alb. Fabricius* [c]) ubi librum Sapientiae incerti auctoris esse docuit, de lingua ejus originali haec addit: „A Philone Presbytero „Graece conversum esse ait Vossius, [d]) neque ex Hebraeo conversum esse abnuerim, etsi Stylus Graecam eloquentiam redolere visus est Hieronymo, „qui suo jam tempore nullum se Ebraicum exemplar reperire potuisse est testatus.„ [e])

[Graecas librorum Apocryphorum editiones, utpote quae pro editionibus authentici textus habentur, jam supra Part I Cap. IV. recensuimus. Hoc loco auctor noster illorum, quatenus graecus textus a quibusdam versio tantummodo dicitur, mentionem facit. Obscura sunt horum librorum natalitia, nisi forte penitus dubia. Quidquid de illorum lingua originali statuendum sit, graeca illa sit, an vero Hebraea aut Chaldaea, ex ipso illorum contextu dijudicandum erit; et quid mirum, si ipsi in diversas abeant partes judices? Quae ab utraque parte disputata sunt, accurate exponit *Joh. Alb. Fabricius*, in prolegomenis in librum Sapientiae. [f])

§. XXXV.

Ecclesiasticus.

* Ecclesiasticus ex Hebraeo sive Syriaco in Graecum sermonem conversus a Jesu Filii Sirach nepote.

Ut ipse innuit in prologo. Id ipsum confirmat S. Epiphanius libro de ponderibus et mensuris num. 4 et Hieronymus, qui praefatione in Proverbia ipsum codicem Hebraicum vidisse se testatur. [g])

[Hebraice primo scriptum esse Ecclesiastici Librum, certum quidem est, at hodie exemplar originale non amplius exstat. Neque enim audiendi sunt, qui Syriacam de Graeco factam translationem, quae una cum Arabica versione habetur in Polyglottis Anglicanis, originale exemplar esse volunt. [h])

§. XXXVI.

Tobias et Judith.

* Libri Tobiae et Judith e Chaldaeo idiomate Graece translati.

Hos chaldaice primitus scriptos fuisse ex Hieronymi verbis colligitur. [i])

§. XXXVII.

Versiones N. T.

Novi Foederis libros sacros lingua Graeca primitus conscriptos esse, communis est eruditorum sententia. Interim non desunt, qui nonnullis Novi

b) Idem ibidem.
c) Biblioth. graecae lib. 3. c. 29. p. 736.
d) De LXX. Interpret. pag. 396.
e) *Le Long* p. 155. col. 1. C.
f) In editione Apocryphor. Francof. 1691. 8. pag. 227.
g) *Le Long* p. 158. col. 2. A.
h) *Joh. Alb. Fabricii* prolegom. p. 356. Conf. Biblioth. graec.
i) *Le Long* p. 158. col. 2. A. Conf. supra Part. II. Vol. I. Sect. I. §. XII.

vi Teſtamenti Libris aliam adſcribunt linguam authenticam, Textumque hodiernum Graecum pro verſione venditant. Quae auctor noſter de integro Novo Teſtamento de novo Graece verſo refert: „Novum Teſtamentum no„ve verſum Graece reliquit Georgius Mayr praelo paratum probatumque: „*Sotvel in Bibliotheca Script. Soc. Jeſu.*„ manifeſtum continent errorem. [k]) *Georgius Mayr* enim Novum Teſtamentum quidem reliquit, ſed non Graece, verum Hebraice verſum, quemadmodum jam ſupra Part. II. Vol. I. Sect. I. §. V. n. 3. indicavimus. Quatuor vero ſunt Libri Novi Teſtamenti, quorum Textus Graecus a quibusdam verſio graeca ſalutatur, nimirum Evangelium Matthaei et Marci, et Epiſtolae Pauli ad Romanos et ad Hebraeos. De ſingulis Auctor noſter quaedam ſeorſim annotavit, ut lector de lite inter eruditos oborta ipſe judicium ferre poſſit.

§. XXXVIII.

Evangelium Matthaei.

* Evangelium ſecundum Matthaeum Graece ex Hebraeo, vel potius ex Syro-Chaldaico Sermone converſum a Jacobo Apoſtolo, vel a Joanne, vel a Barnaba.

Papias apud Euſebium [l]) de Matthaeo ſic habet: „Matthaeus quidem (inquit) Hebraico Sermone divina ſcripſit oracula.„ S. Irenaeus apud eundem: [m]) „Matthaeus (inquit) apud Hebraeos propria eorum lingua conſcri„ptum Evangelium edidit.„ Origenes apud eundem [n]) ait: „Primum ſcilicet „Evangelium ſcriptum eſſe a Matthaeo — qui illud Ebraico Sermone conſcri„ptum Judaeis ad fidem converſis publicavit.„ S. Hieronymus [o]) idem teſtatur his verbis: „S. Matthaeus Evangelium Chriſti Hebraicis literis ver„bisque compoſuit, quod quis poſtea in Graecum transtulerit, non ſatis cer„tum eſt. Porro ipſum Hebraicum habetur uſque hodie in Caeſarienſi Biblio„theca, quam Pamphilus Martyr ſtudioſiſſime confecit: mihi quoque a Na„zaraeis, qui in Beroea urbe Syriae hoc volumine utuntur, deſcribendi facul„tas fuit.„ Idem ſcribit S. Epiphanius. [p]) Idem Auctor Synopſeos apud Athanaſium. Quae contra opponuntur, docte refellit Rich. Simon. [q]) Fragmenta ejus Evangelii hinc inde e ſcriptoribus vetuſtis collecta exhibet Hugo Grotius in Matthaei cap. 1. et Johannes Saubertus. [r])

Autographum illud Hebraeum, (inquit Tirinus argumento in hoc Evangelium) jam intercidit: nam quod nuper Munſterus et Joannes Tilius nobis obtruſere, ſpurium olet. Et Syriacum quod nunc extat, longe recentius eſt ſeculo S. Matthaei. [s])

k) *Le Long* p. 158. col. 2. B.
l) Lib. 3. Hiſt. Eccleſ. c. 39. ſub finem.
m) Lib. 5. cap. 8. Idem Lib. 3. adv. Haereſ. cap. 1.
n) Lib. 6. Hiſt. Eccleſ. cap. 25. et initio Comment. in Matthaeum.
o) Libro de ſcriptor. Eccleſ. cap. 3.
p) Lib. 1. adv. Haereſes, Haereſ. 30. num. 3. et 4.
q) Cap. 5. Hiſt. crit. Textus N. T.
r) Prolegom. in variantes Evangelii Matthaei Lectiones p. 51. etc
s) *Le Long* p. 101. col. 1. C.

Ex hisce patet, hoc Evangelium Syriaco-chaldaice fuiſſe primitus conſcriptum; a quo autem in linguam Graecam translatum, non ſatis conſtat. Auctor Synopſeos apud Athanaſium ſub finem aſſerit, hunc librum a Jacobo fratre Domini fuiſſe translatum. Theophylactus vero praefatione in Matthaeum: „Joannes, inquit, hoc ex Hebraica lingua in Graecam, ut fe„runt, interpretatus eſt.„ Sunt qui opinantur, Barnabam Apoſtolum Matthaei Evangelium ex Hebraeo in Graecum transtuliſſe, inter quos eſt Sixtus Senenſis. Anaſtaſius Sionita libro 8. Hexaëmeron dicit, „Lucam et Paulum „reddidiſſe idem Evangelium Graece.„

Matthaeus Evangelium ſuum Graece ſcripſit, non Chaldaice vel Hebraice, ut poſt Papiam multi veteres, de Graeco interprete S. Jacobo vel Paulo, vel denique Luca et Joanne mirum in modum diverſa inter ſe tradentes, affirmarunt. t) Gottfr Olearius in obſervat. ad Matth. 6, 9. 10. quidem Matthaei Evangelium Graece primitus conſcriptum, attamen ipſis Apoſtolorum temporibus Hebraice converſum publicatumque fuiſſe, ex Patrum teſtimoniis optime colligit. u)

[Non recens nata, ſed per ſecula virorum clarorum crebris exercitationibus agitata eſt quaeſtio de lingua originali Evangelii Matthaei. Ingens eſt numerus ſcriptorum, qui pro Hebraico militant exemplari; pauciores Graecum textum originalem defendunt, pauciſſimi nihil definire audent. Rem ipſam vero quod attinet, lubenter concedimus, Patres duce *Papia* de Evangelio Matthaei hebraico frequentius loqui; ſed neminem, qui illud oculis uſurpavit, aut exemplar, quod vidit, pro authentico Evangeliſtae ſcripto venditet, inveniri ſimul adfirmamus. Fuit primo tempore Evangelium quoddam, quod vel Evangelium Matthaei, vel Evangelium κατα Εβραιους, vel Evangelium duodecim Apoſtolorum ſalutatum eſt. Scripſit vero Evangelium ſuum Matthaeus in uſum Hebraeorum, ſeu converſorum ex Judaiſmo in Palaeſtina. Patres itaque Evangelium Hebraeis ſcriptum etiam Hebraice ſcriptum fuiſſe, crediderunt. Hinc ille inter illos rumor et fabula de Matthaei Evangelio Hebraice ſcripto, quod nemo unquam vidit, aut conſuluit. Integram controverſiam ſingulari opella ante viginti, et quod excurrit, annos, ſub examen vocavimus. x)

§. XXXIX.

Evangelium Marci.

* Evangelium ſecundum Marcum Graece ex Latino factum.

Baronius adfirmat y) S. Marcum Romae ſuum ſcripſiſſe Evangelium, proindeque lingua Romana, puta Latina. Ita quoque Syrus in fine hujus Evan-

t) *Joh. Alb. Fabricius* Biblioth. gr. lib. 4. cap. 5. Conf. *Joh. Henr. Heideggerus* Enchir. biblic. Lib. 3. cap. 2.

u) *Le Long* p. 158. col. 2. B.

x) Abhandlung von der Grundſprache des Evangelii Matthaei, Halae 1755. 8. quacum conferatur *J. D. Michaelis* Einleitung in die Göttl. Schriften des neuen Bundes, vol. 2. p. 956. etc. Repertorium für die bibliſche und morgenl. Litteratur, part. 1. p 1. etc.

y) Annal. Eccleſ. ad an. 45.

Evangelii haec diſerte addit: „Finit Evangelium ſanctum, Evangelium Mar-„ci, quod locutus eſt et evangelizavit Romae Romane.„ Idem legitur ad calcem verſionis Arabicae et Perſicae. Verum nullius ſunt auctoritatis hujusmodi inſcriptiones, quae ad caput, vel ad calcem codicum ſacrorum praeſertim in Orientalibus Verſionibus leguntur. Accedit quod Seldenus z) notat, a Syro ceterisque Orientalibus per Romanam linguam etiam Graecam quandoque intelligi. Praeterea Marcum Graece ſcripſiſſe afferit S. Hieronymus praefatione in Evangelia. „De novo, ait, loquor Teſtamento, quod Grae-„cum eſt, excepto Apoſtolo Matthaeo, qui primus in Judaea Evangelium „Chriſti Hebraicis literis edidit.„ Idem expreſſe docet S. Auguſtinus. a) „Matthaeus, inquit, Hebraeo ſcripſiſſe perhibetur eloquio, ceteri Graeco.„ „Idem fuit communis Veterum et recentium ſenſus;„ juxta Cornelium a Lapide, b) cui aſſentitur Maldonatus: c) „Conſtantiſſima apud omnes Veteres „fuit opinio, ceteros quidem Graeco, Matthaeum vero Hebraico ſcripſiſſe „ſermone.„ Ita Maldonatus. d)

[Poſt *Baronium Melchior Inchoferus* longo ſermone probare voluit, Marcum Evangelium ſuum latine ſcripſiſſe, tum ad plura SS. Patrum *Clementis Alexandrini*, *Athanaſii*, *Papiae*, *Euſebii Caeſarienſis*, *Gregorii Nazianzeni*, *Damaſi*, aliorumque teſtimonia, tum ad ipſum Evangelii ſtylum latinum originale prodentem, provocans. e) Sed ipſa in medium prolata teſtimonia vel nihil definiunt, vel fidem haud merentur; et ex ipſo ſcribendi genere contrarium evincit *Millius.* f) Nec ad *Marci* Evangeliſtae autographum, de quo gloriatur urbs Venetorum, provocare licet; ſiquidem hoc MStum tempore adeo eſt detritum, ut nullius ſit uſus; et multi praeterea, quibus illud videre contigit, graecum eſſe litteris uncialibus ſcriptum, adfirmarunt. Verum qualis ille codex ſit, noſtris temporibus ſatis demonſtratum eſt, continere illum nimirum verſionem latinam Evangelii Marci. Integer codex, cujus pars aliqua Venetiis adſervatur, eſt Codex ille Forojulienſis, quem *Blanchini* in Evangeliario ſuo exſcribi curavit. Fragmentum Evangelii Marci, ſeu pars exemplaris Veneti, adſervatur Pragae, atque Cl. *Joh. Dobrowsky* cura impreſſum extat. g)

 §. XL.

z) Comment. ad Eutych. obſervat. 28.
a) Lib 1. de conſenſu Evangeliſt. cap. 2.
b) Praefat. in Marcum.
c) Praefat. in 4. Evangelia, cap. 5.
d) *Le Long* pag. 158. col. 2. E.
e) Hiſtoria ſacra Latinitatis, lib. 5. cap. 8. p. 348.
f) Prolegom. in N. T. §. III.
g) Conf. *Joh. Alb. Fabricii* Biblioth. graec. lib 4. cap. 5. n. 3. vol. 3. p. 131. *J. G. Pritii* introduct. in N. T. p. 302. *J. D. Michaelis* Einleitung in die Göttl. Schriften des neuen Bundes, vol. 2. p. 1159. *Rich. Simon* Hiſt. crit. du Texte de N. T. cap. 11. p. 111. *Chriſt. Kortholti* tract. de variis ſcripturae editionibus, cap. 7. p. 71. *Ern. Chr. Schrödteri* Diſſ. de lingua Marci authentica, Witteb. 1702. 4. *J. P. de Ludewig* unerkandte Umſtände des von dem Evangeliſten Marco eigenhändig geſchriebenen und zu Prag und Venedig verwahrten Evangelii, und ob daſſelbe lateiniſch geſchrieben? in Halliſchen Anzeigen, 1742. n 6. 13-15. *S J. Baumgartenii* epiſt. ad calcem Diſſ. Vindiciae textus Graeci N. T. contra Harduinum, Halae 1742. 4. *Joh. Dobrowsky* editio fragmenti Pragenſis Evangelii S. Marci vulgo Autographi. Pragae 1778. 4.

§. XL.

Epistola ad Romanos.

* Epistola D. Pauli ad Romanos Graece ex Latino conversa.

Idem de Epistola ad Romanos (inquit Alphonsus Salmeron) [h]) per Tertium amanuensem latine scripta cogitari potest. Cum enim illud nomen Tertii, sive, ut alii legunt, Teruntii, Latinum sit, cujus opera et ministerio usus Paulus fuit: nihil mirum esse debet, si postquam Epistola illa ex Latino sermone, in quo primum scripta extitit, in Graecum fuit transfusa atque conversa.

Huic opponitur alter Jesuita, nempe Jacobus Tirinus, qui praefatione in eandem sic scribit: Ut aliae, ita et haec Epistola Graecismis abundat. Unde patet, Graece a S. Paulo conscriptam. Et hic videtur sensus et consensus esse Interpretum tam Graecorum quam Latinorum. Omnes enim, cum dubia lectio occurrit, provocant ad Textum Graecum, quasi ad Pauli autographum. Nolim tamen Salmeroni, Latine scriptam contendenti, negare, Graecum autographum mox ab aliquo Pauli interprete conversum esse in latinum Sermonem, et ita Latinis transmissum. Et forsan Interpretis (sive Tertius is fuerit, sive alius quisquam) obscuritas causa fuit, quod haec Epistola prae aliis tam obscure et hiulce conscripta sit, inquit Diodorus Tarsensis. [i])

[Perpauci sunt inter Ecclesiae Romanae cives, qui Graeci Textus hujus Epistolae authentiam negant, ejusque loco Latinum substituunt. Ficulnea sunt argumenta, quae hunc in finem producuntur, quibus aliud ejusdem generis addi posset, nimirum Interpretem Syrum hanc Epistolam *Romane* scriptam esse asserere. [k])

§. XLI.

Epistola ad Hebraeos.

* Epistola D. Pauli ad Hebraeos Graece ex Hebraico sermone traducta.

Veteres non pauci, Clemens Alexandrinus, Eusebius Caesariensis, S. Hieronymus, et Theodoretus, asserunt a Luca vel a Clemente eam esse Graece conversam. „Clemens Alexandrinus (ut refert Eusebius) [l]) Epistolam ad Hebraeos Pauli quidem esse affirmat, sed Hebraico sermone utpote „ad Hebraeos primum scriptam esse: Lucam vero eandem Graeco Sermone „studiose interpretatum, Graecis hominibus edidisse.„ Eusebius ipse [m]) haec ait: „Cum ad Hebraeos patrio sermone scripsisset Paulus, alii Lucam Evan„gelistam, alii hunc, de quo loquimur, Clementem (Romanum) Epistolam „illam esse interpretatum ferunt.„ S. Hieronymus [n]) haec refert: „Vel cer„te quia Paulus scribebat ad Hebraeos, propter invidiam sui apud eos nominis

h) Prolegom. 36. in Evangel. p. 433.
i) *Le Long* p. 159. col. 1. C.
k) Conf. *Joh. Alb. Fabricii* Biblioth. gr. lib. 4. cap. 5. vol. 3. p. 153. *J. G. Pritii* introduct. in N. T. p. 308.
l) Lib. 6. hist. eccles. cap. 14.
m) Ibid. lib. 3. cap. 38.
n) De scriptor. Eccles. cap. 5.

„nis titulum in principio salutationis amputavit; scripserat autem ut Hebraeus „Hebraeis Hebraice, id est suo eloquio, disertissime, ut ea quae eloquenter scri„pta fuerant in Hebraeo, eloquentius verterentur in Graecum.„ Theodoretus: o) „Scripsit Paulus (inquit) eam lingua Hebraica; ferunt autem eam fuis„se a Clemente interpretatam.„

Sic autem istas auctoritates refellere conatur Heideggerus: p) Manavit haec traditio a Clemente Alexandrino solo, non alia ratione seu conjectura ducto, quam quod ad Hebraeos scripta esset, cum tamen non ad solos Hebraeos Palaestinos, sed ad dispersos etiam, Hebraici idiomatis parum callentes, scripta fuerit. — — Neque Graeca editio translationis notas habet ullas, sed Graecanitatis purae plurimas. Elegantia enim scriptionis illius versionem non sapit. *Epistola illa*, (inquit Origenes) q) *et in verborum compositione majorem praefert Graeci sermonis elegantiam, ut fatebitur, quisquis de styli differentia perite judicare potest.* Loca quoque Veteris Testamenti ex Graeca translatione citantur, r) ex Hebraeo potius citanda et traducenda, siquidem Hebraice primitus scripta esset. s)

[Hebraica lingua, qua Epistola scripta perhibetur, non est illa pura Veteris Testamenti, sed dialectus Chaldaico-Syriaca seu Hierosolymitana. SS. Patrum de hac Epistola testimonia studio congessit Cl. *J. S. Semlerus* t) Plura sunt inter illa, quae de Hebraico autographo loquuntur. Verum nemo omnium unquam Hebraicum vidit exemplar, sed ad Graecum omnes provocant: sola itaque ex conjectura, Hebraeis Hebraice scribi debuisse, ortus est iste inter Veteres rumor. Inter recentiores studiose in hanc controversiam inquisivit, atque pro textu Hebraico strenue militavit *Josephus Hallettus* in conatu ad detegendum epistolae ad Hebraeos scriptorem linguamque, qua scripta primum est, investigandam relato, et *Jo. Peircei* Paraphrasi et notis in Epistolam ad Hebraeos annexo; quem primo nobis latinum *J. C. Wolfius* u) et deinde Cl. *J. D. Michaelis* tradidit. x) Ad tria capita singula revocari possunt: *Paulum* hebraice loquutum esse; Hebraeorum, ad quos scripsit, conditionem, ut lingua ipsis vernacula uteretur, postulasse; et Patres hoc testimonio confirmasse. y)

§. XLII.

o) Prologo in hanc Epistolam, tom. 3. opp.

p) Lib. 3. Enchiridii Biblici cap. 21. pag. 825.

q) In Hom. ad Hebr. tom. 2. p. 430.

r) Ut observavit Hieronymus Comment. in Isaiam lib. 2. cap. 6.

s) *Le Long* p. 1 9. col. 1. E.

t) Beiträge zu genauerer Einsicht des Briefes an die Hebräer, ap. S. *J. Baumgartenii* Comment. in Ep. ad Hebr. Halae 1763. 4.

u) Curae philologicae et criticae Tom. 4. p. 806. etc.

x) *Jacobi Peircei* Paraphras. et not. in Ep. ad Hebr. Latine vertit, et suas ubique observationes addidit *Joh. Dav. Michaelis*. Halae 1747. 4.

y) Conf. *Joh. Alb. Fabricii* Biblioth. gr. lib. 4. cap. . vol. 3. p. 159. *Joh. Georg. Pritii* introd. in N. T. p. 303 etc. *Millii* prolegom. § 65. *Frid. Spanhemii* Diss. de auctore Epist. ad Hebr. part. 3. cap. 2. Observat. Selectae Halenses, vol. 7. p. 268.

§. XLII.
Editiones Verſionis LXX; Vulgata.

* Quinque (aut ſex) omnino verſionis LXX. Interpretum editiones diverſae colliguntur, juxta Morinum, [z]) quibus praemittenda eſt vetus illa Origenis, quae emendationem praeceſſit, et κοινη ſeu vulgata eſt. [a])

[Ardua et difficilis eſt de antiquis LXX Interpretum verſionis Graecae editionibus in ſcriptis veterum celebratis diſceptatio: nec plane inanis eſt. Nam quae hodie exſtant exemplaria tum in MStis tum in editionibus typis expreſſis non unius ſunt editionis, ſed multum a ſe invicem differunt, et diverſas antiquorum editiones aperte produnt. Quodſi vero temporis rationem habemus, editiones ſunt duplicis generis, ſeu ad duplicem referendae ſunt periodum. Prior comprehendit omnia apographa verſionis Graecae, quae ab initio et die verſionis natali ad *Origenis* tempora publicata ſunt. Plura certe apographa inter lectorum manus verſata eſſe, nemo unquam negabit. Etiamſi cum *Jacobo Uſſerio* ſtatuere vellemus, primam illam Pentateuchi verſionem in Bibliotheca Philadelphi repoſitam, penitus intercidiſſe, aliamque et plane novam totius codicis verſionem a Helleniſtis tempore *Ptolemaei Philometoris* confectam eſſe: [b]) multoties tamen verſionem iterum deſcriptam divulgatam eſſe aſſerendum erit, omnia vero Exemplaria ita privato judicio publicata et divulgata exhibent Verſionem Vulgatam, ſeu την κοινην dictam. Qualis illa fuerit, ex ipſa Hieronymi recenſione liquet, nimirum, quod pro locis et temporibus et pro voluntate ſcriptorum Veterum corrupta fuerit. [c]) Ad ſecundam periodum vero referendae ſunt editiones correctiores, repurgatae et emendatae, quae poſterioris ſunt temporis, et ab illa Vulgata multis in locis differunt: cujus generis quinque aut ſex recenſentur.

§. XLIII.
Editio Origenis prima.

* Prima eſt Origenis, qui Tetrapla et Hexapla ex verſionibus ſupra memoratis per columnas digeſtis compoſuit, atque etiam Octapla, addito Hebraeo textu, duplici charactere et columna exarato. [d])

§. XLIV.
Editio Origenis ſecunda.

* Aliam ſeorſim LXX. Interpretum editionem Origenes recenſuit et edidit: cui ea, quae apud Hebraeos abundant et apud LXX. deficiunt, ex Theodotione deſumpta, ſub aſteriſcis, ne cum genuino textu confunderentur, ſupplevit; quae vero apud Hebraeos deſunt, et apud LXX reperiuntur, obelo notavit. Iltius editionis meminit ſaepius S. Hieronymus praefatione in Pentateuchum, in Joſuam, in Paralip. et in Epiſt. ad Suniam et Fretellam. Haec

z) Praefat. in 70. Interpr.

a) *Le Long* p. 151. col. 1. E.

b) Syntagm. de LXX. Interpr. Londin. 1657. 4. Lipſiae 1694. 4.

c) Epiſt. 135. ad Suniam et Fretellam. Conf. *J. G. Carpzovii* crit. ſacra part. 2. cap. 2. p. 532.

d) *Le Long* ibid. Conf. ſupra §. XIV.

Haec Morinus. Aliter fentit Humphredus Hody, in quo leguntur fequentia Hieronymi: „Breviter illud admoneo, ut fciatis aliam effe editionem, quam „Origenes et Caefarienfis Eufebius, omnesque Graeciae tractatores κοινην, id „eft communem, appellant atque vulgatam, et a plerisque nunc λουκιανος dici- „tur, aliam LXX. Interpretum, quae et in Hexaplis reperitur, et a nobis in „latinum fermonem fideliter verfa eft, et Hierofolymae atque in Orientis „Ecclefiis decantatur. — — Κοινη autem ifta, hoc eft, communis editio „ipfa eft, quae et LXX. Sed hoc intereft inter utramque, quod κοινης pro lo- „cis et temporibus et pro voluntate fcriptorum veterum corrupta editio eft; „ea autem quae habetur in Hexaplis, et quam nos vertimus, ipfa eft quae in „eruditorum libris incorrupta et immaculata LXX. Interpretum translatio re- „fervabatur. Quidquid ergo ab hac difcrepabat, nulli dubium eft, quin ita „et ab Hebraeorum auctoritate difcordet.„ Ita Hieronymus. [e]) Et quod (fcribit Hody) [f]) illa editio, quae obelis afterifcisque ab Origene fignata fuit, non fuit κοινη, fed purior illa quam Hieronymus faepe των ο nomine ab ea diftinguit, ipfe docet in plerisque locis ejusdem Epiftolae.

Cum priora Hexaplorum exemplaria (inquit Bern. de Montfaucon) vetuftate confumta fuiffent, exfcribendi negligentia totum opus in perniciem ivit. Id vero quandonam acciderit, nullo fcriptorum teftimonio indicatur. Certum quidem eft Hexapla fuperfuiffe adhuc Juftiniani aevo; quandoquidem Procopium Gazaeum et Joannem Philoponum ea in manibus habuiffe liquet ex eorum commentariis, quae fuperfunt. Indubitatum etiam videtur, Hexaplorum faltem partem maximam extitiffe in Bibliotheca Apollinarii Coenobiarchae, quo tempore Codex Prophetarum, nunc Collegii Ludovici Magni, defcriptus fuit, ut memoratur in nota ibidem, idque feculo circiter octavo, ut ex charactere arguitur. [g])

[Codex ille, ad quem *Montfauconius* provocat, eft codex Rupifucaldianus, ubi ad calcem Jeremiae haec nota appofita eft: „Defcriptum eft ab „exemplari Patris Apollinarii Coenobiarchae, in quo fubjecta funt ifta: „Defumptum eft ab Hexaplis juxta editiones, et correctum eft ex Origenis „Tetraplis, quae et propria ejus manu correcta funt, et fcholiis illuftrata. Ego „Eufebius Scholia adjeci. Pamphilus et Eufebius correxerunt.„ [h]) Dubia et incerta eft haec fecunda Origenis editio, quae nil aliud, quam apographum Columnae e Hexaplis, compendii caufa defcriptum, effe videtur.

§. XLV.

Editio Eufebii et Pamphili.

* Tertia editio (ita pergit Morinus) eft Eufebii et Pamphili, quos ait Hieronymus praefat. in Paralipom. codices ab Origene elaboratos evulgaffe

e) Epift. ad Suniam et Fretellam.
f) Loc. cit. lib. 4. cap. 2. num. 19.
g) *Le Long* p. 151. col. 1. E.
h) Conf. *Le Long* p. 168. col. 1. C. *Bern. de Montfaucon* Palaeographia Graeca, lib. 3. p. 225. *Jacobi Ufferii* Syntagma p. 101.

gaſſe — — his codicibus uſae ſunt quae Aegyptum inter et Antiochiam jacent provinciae.

Hodius de hac editione ita loquitur: [i]) Pamphilus et Euſebius conjuncta opera editionem LXX. aſteriſcis obelisque in Hexaplis ſignatam emendarunt, indeque deſcriptam publici juris fecerunt, Eccleſiisque Palaeſtinis tradiderunt. — Unde Palaeſtinae nomen ſortita eſt. [k])

§. XLVI.

Editio Luciani.

* Quarta, inquit Morinus, editio a Luciano Martyre condita eſt: quid autem praeſtiterit, docet Euſebius. [l]) Editionem Septuaginta cum Hebraeis codicibus comparavit, recenſuit et emendavit. — Luciani Codices Graeciae Aſiaeque minoris Eccleſiae Antiochiam usque ceteris praetulerunt.

Auctor Synopſeos apud S. Athanaſium, cum ſex enumeraſſet Interpretationes Graecas ex textu Hebraeo, de quibus in praecedenti, (§. II.-X.) haec addit: Septima et poſtrema interpretatio ſancti Luciani magni Aſcetae et Martyris eſt, qui et ipſe, cum in praedictas editiones et Hebraicos libros incidiſſet, et diligenter, quae vel veritati deerant, vel ſuperflua aderant, inſpexiſſet, ac ſuis quoque propriis ſcripturam locis correxiſſet: interpretationem hanc Chriſtianis fratribus edidit, quae ſane poſt ipſius certamen et martyrium, quod ſub Diocletiano et Maximiano Tyrannis ſuſtinuit, libro videlicet propria manu ſcripto comprehenſa Nicomediae ſub Conſtantino Magno Imperatore apud Judaeos in pariete turriculae calce circumlito, quo cuſtodiae gratia poſita fuerat, inventa eſt.

De eadem Nicetas Metropolita Heracleenſis in comment. Pſalterii prooemio ſic loquitur: Sub Diocletiano et Maximiano Tyrannis ſanctus Martyr Lucianus, vir non minus in Judaeorum, quam in noſtrorum ſcriptis exacte verſatus, illorum libros in noſtram dialectum optime atque accuratiſſime transtulit. Nos vero ejusmodi editionem venerantes, eam quae eſt LXX. maxime praeferimus; quia diviſim dialecti translationem facientes, unam in omnibus ſententiam et dictionem reddiderunt.

Ac ſi (inquit Jac. Uſſerius) [m]) Lucianaea illa plane nova fuiſſet verſio, atque ab ea, quae LXXII. Interpretum habebatur, prorſus diverſa, — ſane Lucianus *tantum in literarum ſtudio laboravit, ut uſque nunc quaedam exemplaria ſcripturarum Lucianaea nuncupentur*, inquit Hieronymus. [n]) Sed, pergit Uſſerius, κοινην ſeu Vulgatam των ό eam fuiſſe editionem, quae a plerisque λευκιανος, ſeu λουκιανις dicebatur, oſtendit Hieronymus, [o]) et quidem poſt Origenis emendationem alio modo ab ipſo interpretatam. [p]) Quo in genere et Lucianum et Heſychium majorem quam Origenem licentiam ſibi ſumpſiſſe, et minore cum ſucceſſu ex illo loco Hieronymi in praefatione Evange-

i) Ubi ſupra num. 30.
k) *Le Long* p. 151. col. 2. E.
l) Hiſtor. Eccleſ. lib. 8.
m) Syntagm. de LXX. Interpr. p. 71.
n) In Catalogo de Scriptoribus eccleſ. cap. 57.
o) Epiſt. ad Suniam et Fretell.
p) Idem Epiſt. ad Chromatium.

angeliorum ad Damasum colligitur: *Praetermitto eos codices, quos a Luciano et Hesychio nuncupatos paucorum hominum asserit perversa contentio: quibus utique nec in toto veteri instrumento post LXX. Interpretes emendare quid licuit, nec in Novo profuit emendasse, quum multarum gentium linguis scriptura ante translata doceat falsa esse quae addita sunt.* Unde et a Gelasio, cum Romana LXX. Episcoporum Synodo, Evangeliorum ab eis factam emendationem hac censura videmus notatam: Evangelia, quae falsavit Lucianus, Apocrypha. Evangelia, quae falsavit Hesychius, Apocrypha. Haec Usserius. q)

[Quod si singula, quae Auctor noster proposuit, cum iis, quae a *Waltono* r) collecta sunt Veterum testimonia, conferuntur, *Lucianum* alia, quam *Origenes*, via progressum esse, satis apparet. Qui cum, exemplaria versionis Septuagintaviralis ut a mendis purgaret, et quantum fieri posset, eam completam sisteret, ex aliis versionibus voces singulas et propositiones immisisset, adeoque mixtam e diversorum auctorum foetibus compilatam editionem procurasset: *Lucianus* contra antiquam versionem Vulgatam seu κοινην, a Compilationibus *Origenis* liberam, fundamenti loco posuit, et ad Codicem Hebraeum revocavit; quam ubi lacunosam, depravatam vel interpolatam invenit, proprio marte secundum Textum Originalem emendavit, supplevit, correxit. *Luciani* methodus utique Origenianae praeferenda est; verum tanta jam erat *Origenis* in ecclesiis auctoritas, ut ejus exemplaria, quamvis mixta et compilata, editionibus *Luciani* longe praelata, hujus vero editiones in Ecclesiis Asiae minoris tantummodo fidem et auctoritatem nactae sint. rr)

§. XLVII.

Editio Hesychii.

* Quinta Editio Hesychii fuit, pergit Morinus. Hanc nihil aliud fuisse quam LXX. translationem ab eo recognitam, satis superque docet S. Hieronymus Praefat. in Paralipom. cum de his tribus ultimis editionibus verba faciens ait: *Alexandria et Aegyptus in Septuaginta suis Hesychium laudat auctorem. Constantinopolis usque Antiochiam Luciani Martyris exemplaria probat. Mediae inter has Provinciae Palaestinos codices legunt, quos ab Origene elaboratos Eusebius et Pamphilus vulgarunt.* Quorum editionis et emendationis luculentum exstat monumentum in codice Renati Marchalli (qui nunc Rupifucaldius dicitur, et extat Parisiis in Bibl Collegii S. J.). Ita Morinus. s)

Quod ad Hesychii et Luciani Martyris editiones attinet, (inquit Isaacus Vossius) t) illae non sunt accensendae novis versionibus; hi enim in eo potissimum elaborarunt, ut versionem LXX. Interpretum, quantum fieri posset, a naevis expurgarent, nihil interpolantes, aut immutantes absque fide exem-

q) *Le Long* p. 152. col. 1. et 2.

r) Prolegom. 9. §. 25.

rr) Conf. *Carpzovius* l. c. p. 532. *Cavei* hist. litt. script. eccl. ad ann. 294. *Fabricius* l. c. p. 358.

s) *Le Long* p. 152. col. 1. B.

t) In Epist. ad Lectorem praefixa appendici ad libr. de LXX. Interpr.

exemplarium. Cum utraque editio etiamnum fuperfit, non eft, ut de eo ulterius dubitemus. Hefychianam editionem exhibet exemplar Alexandrinum, quod in Anglia adfervatur. — Lucianea vero etiamnum extat in multis Orientis Ecclefiis; hujus quoque exemplar habet Sereniffima Chriftina. [u])

[*Hefychius* Aegyptius Epifcopus, *Luciani* coaevus, eandem codicibus Vulgatae feu communis Verfionis praeftitit operam, ut a mendis et corruptelis, quibus maculata erat, liberaretur: fed in methodo a *Luciano* difceffit: nam ex collatione plurium codicum Communis Verfionis genuinum textum reftituere voluiffe videtur; quapropter haec editio a Lucianaea diftinguenda venit. Omnes itaque hujus verfionis editiones duplicis generis funt: *primo* Vulgatae, feu communes, quae exftiterunt ante *Origenis* tempora, quarum apographa cum tempore intercidiffe videntur: *fecundo* editiones correctae et emendatae, et quidem triplicis generis: editiones mixtae et ex variis interpretationibus interpolatae, nimirum Origenianae, a Pamphilo et Eufebio revifae; editiones ad Textum revocatae, quae eft Lucianaea; et denique editiones ad codices plures emendatae, quae eft Hefychiana. [x])

§. XLVIII.

Editiones fuppofititiae.

[I.] ✱ Nova LXX. Senum Graeca editio, a Sancto Hieronymo adornata.

Si credimus Guillelmo Cave, [y]) cujus haec verba funt: „Quin etiam „Graecam *τῶν* LXX. verfionem ex melioris notae exemplaribus correctam „atque emendatam in ftudioforum ufum edidit.„ Revera Sanctus ille Doctor in Epift. 28. ad Lucinium ita fcribit: „Septuaginta interpretum editio„nem et te habere non dubito, et ante annos plurimos diligentiffime emen„datam ftudiofis tradidi.„ Haec autem dicta effe de LXX. Interpretibus ab ipfo Latine redditis manifeftum eft ex variis S. Hieronymi locis, v. gr. lib. 1. Apolog. adv. Ruffinum: „Egone contra LXX. Interpretes aliquid fum locu„tus, quos ante annos plurimos diligentiffime emendatos meae linguae ftu„diofis dedi.„ Et Lib. 2. ejusdem Apologiae: „Mihi non licebit poft LXX. „editionem, quam diligentiffime emendatam ante annos plurimos meae lin„guae hominibus dedi.„.

[II.] Editio a Johanne Jofepho confecta.

Alia adhuc refertur Septuaginta interpretum editio a Johanne Jofepho confecta. In Differtatione MSC. Theodoreti (cujus fragmenta quaedam laudat Jo. Phelippaeus) [z]) proferuntur notulae, quales fere reperias defignandis variis Interpretibus in Eufebiano codice apponi: *Ἱστέον δὲ ὅτι ὅπου τὸ ὃ μετὰ ἐγκαρσίου διαστολῆς εὑρεθῇ, τῶν ἑβδομήκοντα ὑπάρχει ἔκδοσις. — — ὅπου δὲ τὸ ἰ μετὰ τοῦ ὦ, Ἰωάννου Ἰωσίππου. Sciendum eft autem, ubi reperietur ὃ una cum diductione lineolae oblique infcriptae, fignificari editionem LXX. Interpretum.*

u) *Le Long* p. 153. col. 1. E.

x) Conf. *Fabricius* l. c. p. 358.

y) Ad ann. 378. Hift. litterariae de fcript. ecclef.

z) Praefat. Comment. in Ofeam, p. 19.

tum. — — *et ubi* ι *cum* ῶ *jungitur, editio quaedam est Joannis Josephi.* Haec Philippaeus ibidem.

Exemplar cujus meminit Georgius Syncellus.

Alter tamen codex ob summam tum accentuum tum propriorum cuique dictioni characterum integritatem commendatus et ex Caesariensi Bibliotheca ad manus meas delatus; cujus insuper praefixa inscriptio libros priores, ex quibus exscriptus fuerat, a magno Basilio comparatos ad invicem et correctos defert argumentum. Haec Georgius Syncellus, qui claruit A. 780. in Chronographia pag. 203. editionis Regiae. [a]) [III.]

§. XLIX.

Editiones superstites.

* Unam igitur (inquit Masius) hujusmodi interpretationem, veluti aptam ex duabus mistamque, cum sic Adamantius concinnasset, ut per appositas, quas dixi, notas, ipsa illa Vetus interpretatio LXXII. Senum, cujus auctoritatem Ecclesia Christianorum jam tum comprobaverat, tanquam integra et intacta videretur conservata; mox usque adeo placere illa coepit omnibus, ut in ipsa etiam templa atque in sacros coetus ad preces lectionesque admitteretur. Neque vero id mirum est; cum ea una instar Hexaplorum atque Octaplorum illorum esset, qui libri nisi sumptu et labore maximo parari a nullo potuere; et insuper in illa, non item in his, quid Hebraeum haberet, quidque non haberet, dijudicatum conspiceretur. Itaque cum hanc interpretationem omnes describerent, hac una contenti essent, brevi ceterae omnes neglectae jacuerunt, atque paulatim interciderunt etiam; usque adeo ut Hieronymus absque dubitatione dixerit, sua memoria in omnibus Ecclesiarum Bibliothecis vix unum atque alterum inventum iri potuisse librum, in quo illa LXXII. interpretatio simplex et absque asteriscis, hoc est, non suppleta Theodotionis verbis, superesset. Verum enim vero illae notae, etsi utilissimae essent, tum ad germanam τῶν ό versionem, tum ad ipsum Hebraeum Textum plane repraesentandum; tamen librariorum pigritia, et, ut opinor, minorum etiam sumptuum gratia, non ita diu post apponi prorsus desierunt, ut earum etiam memoria prope jam aboleverit.

Haec igitur ea est interpretatio, quam ego in meis annotationibus mistam voco, atque hujus exemplar secuti sunt in sua editione Complutenses, quanquam non planissime ubique. At altera illa Graeca apud omnes pervagata, et saepe typis edita in vulgus (*Aldina est, et quae illam imitantur Argentoratensis et Basileensis*) est illa quidem simplicis interpretationis LXXII. Seniorum exemplum, sed haud purum, neque ab omni admistione verborum Theodotionis liberatum. Hoc enim facile intelligit, quisquis eam cum codice Vaticano, multo sane integriore exemplari, confert, de quo dicam opportuno loco. Haec Andreas Masius. [b])

a) *Le Long* p. 253. col. 2. A.

b) In praefat. annotat. suarum in Josuam, p. 123.

Ex editionibus ante dictis (ait Hodius) Origeniana, Lucianaea et Hefychiana promanarunt, quotquot exftant, verfionis Graecae exemplaria integra hodierna. Nullum tamen reperitur, quod unam aliquam editionem puram atque finceram exhibeat; fed omnia mixta funt partim ex illis, partim ex *κοινῇ* editione; nonnullis etiam ex aliis iftis verfionibus Aquilae, Theodotionis, et Symmachi etc. fubinde admixtis. Libens tamen agnofco editionem, quae hodie fupereft, Graecam quoad partem longe majorem, eandem effe cum illa, quae Patrum antiquorum temporibus pro LXXvirali habebatur. [c])

[Editiones Cardinales Verfionis LXX. Senum, fi inter fe conferuntur, non omnes ex una eademque inter Veteres celebrata editione profluxiffe, unicuique patebit. Diverfas certe repraefentant antiquorum editiones, fed quae qualisve unaquaeque fit, haud facile definiri poterit. Complutenfem editionem fequi editionem *Origenianam*, et verfionem mixtam ftatuit *Mafius*: Alexandrinum vero Codicem editionem Hefychianam exhibere afferit *Voffius*. §. XLVII. Cujus vero editionis fit Codex, ex quo *Aldina* expreffa eft, et Vaticanus Codex, difficile eft dijudicatu. Hieronymus teftis eft [d]) in Alexandrinis exemplaribus commati undecimo Capitis LVIII. Efaiae addita fuiffe in principio verba: *Et adhuc in te erit laus mea femper*, et in fine: *Et offa tua quafi herba orientur, et pinguefcent, et haereditate poffidebunt in generationes et generationes*, quae verba nec in Hebraico et ne in LXX. quidem emendatis et veris exemplaribus lecta fuerint. Si verba ifta tantum in unica editione exftarent, illam ad Alexandrinos Codices formatam fuiffe, fciremus. Sed verba ifta: *καὶ τὰ ὀςᾶ σου ὡς βοτάνη ἀνατελεῖ, καὶ πιανθήσεται καὶ κληρονομήσουσι γενεὰς γενεῶν*, leguntur in Codice Alexandrino, hinc in editione Hefychiana, in codice Rupefucaldiano, hinc Eufebiano, et in Aldina editione. Defiderata procul dubio fuerunt haec verba in editione Lucianaea, ficuti et hodie in editione Complutenfi et Vaticana non leguntur. Sed quis inde, hasce editiones vel cum editione Lucianaea, vel cum Veteribus emendatis et veris exemplaribus, exacte confentire, unquam probabit? Exempla ejus generis plura fuppeditant collectiones Variantium lectionum. Quae cum ita fint, nullam editionem hactenus in publicum productam editionem aliquam Veterem, Origenianam, Eufebianam, Lucianaeam vel Hefychianam accurate repraefentare, fed omnes textum exhibere mixtum et interpolatum, et omnes fuis laborare naevis, defectibus, interpolationibus, certo eft certius. [e])

§. L.

Editiones Cardinales.

Praemiffis hactenus, quae ad hiftoriam Verfionum Graecarum in Veteribus Ecclefiis celebratiffimarum faciunt, ad recenfendas editiones typis evul-

c) Lib. 14. ut fupra pag. 634. *Le Long* p. 152. col. 2. D.

d) Lib. 16. Comment. ad Efai. LVIII. Conf. *Jac. Ufferii* Syntagm. c. 7. p. 69.

e) Conf. *Carpzovii* Crit. facr. p. 509. etc. *Joh. Ernest. Grabii* Diff. de variis vitiis LXX. Interpretum verfioni ante B. Origenis aevum illatis. Oxon. 1710. 4.

evulgatas progredimur. Placuit auctori noſtro, primo integra Biblia Graeca ordine chronologico deſcribere, et deinde partium et ſingulorum librorum recenſionem ſubjungere: in quo ipſum non omni ex parte ſequimur. Editiones omnes, quotquot hactenus lucem adſpexerunt, commode ad quatuor capita revocari poſſunt, pro numero editionum Cardinalium, ad quarum normam poſteriores effigiatae ſunt. Sunt nimirum Editiones Complutenſis, Aldina, Romana, et Alexandrino-Anglicana, quae familiam ducunt. Singulas eo ordine recenſebimus, ut unicuique illas, quae ex priori formatae ſunt, ſubjiciamus.

§. LI.

Biblia Graeca Complutenſia.

* Biblia Graeca cum verſione latina ad verbum. Editio vulgo Complutenſis vocata. Compluti 1517. fol.

V. Biblia polyglotta Complutenſia. f)

Haec editio primum locum occupat, licet annis aliquot poſt Venetam prodierit: completa eſt quidem anno 1517. quo Cardinalis Ximenius abiit ad ſuperos, et anno 1520. Leonis X. diplomate fuit munita; ſed publicata eſt duntaxat poſt annum 1522. Eraſmus enim in tertia ſua Novi Teſtamenti recognitione hoc anno 1522. excuſa ejus non meminit; in quarta vero anni 1527. Complutenſi novi Teſtamenti exemplari Graeco uſus eſt.

Quod autem ad Graecam ſcripturam attinet (inquit Auctor ſecundi prologuii) illud te non latere volumus, non vulgaria ſeu temere oblata exemplaria fuiſſe huic noſtrae impreſſioni archetypa, ſed vetuſtiſſima ſimul et emendatiſſima.

Codices LXX. Interpretum (inquit Morinus) etiam correctiſſimi inter ſe non nihil variant, etiam ubi amanuenſium negligentia aut ignorantia nulla eſt vel alteratio commiſſa. Correctiſſimos dico, ne exiſtimes hic de mixtis illis editionibus me verba facere, quibus ſunt Complutenſis, Antwerpienſis, Francofurtenſis et aliae; illae enim non ſunt ullo modo ſincerae LXX. Interpretum editiones, ſed farrago quaedam ex editione LXX. ſeniorum et interpretatione Theodotionis collecta. g)

Waltonus hoc de illa editione fert judicium: Licet inter omnes hodiernas editiones ad textum Hebraeum proxime accedat Complutenſis editio; tamen rerum iſtiusmodi peritus et in lectione veterum exercitatus omnibus inferiorem eſſe et a genuina LXX. verſione omnium longiſſime abeſſe deprehendet. Nova enim et mixta eſt haec verſio, partim ex Septuaginta, partim ex Origenis additamentis, partim ex Aquilae, Symmachi aliorumque Interpretum, imo et Commentatorum Graecorum verbis conſarcinata; ut hoc modo textui Hebraeo per columnas aptius reſponderet. Unde Doctiſſ. Maſius annotat. in Joſ. 21. dicit, *meram eſſe inſcitiam, ſi quis dicat Complutenſem editionem puram LXX. verſionem repraeſentare. Licet enim viri iſti docti* (ut obſervat Nobilius in praefatione ad editionem Romanam) *hujus editionis auctores Origenem aliqua ex parte ſibi imitandum propoſuerint, ut quae ex Hebraeo eſſent et non in LXX, ex alia verſione ſupplerent; in hoc tamen ab Origenis inſtituto diſ-*

f) Vid. Part. I. cap. III. §. II.
g) *Joh. Morinus* Epiſt. 54. ad Patritium Junium p. 280. Antiquit. Eccleſ. Orient.

discesserunt, quod quae apud LXX. habentur, et non sunt in Hebraeo, quaeque Origenes non tollere ausus est, sed obelo notavit, ipsi saepe resecuerint, et delectu habito, collatisque exemplaribus non modo Bibliorum, sed et Graecorum commentatorum, ubi varia esset lectio, quod frequentissime evenit, eam probarent et retinerent, non quae Sept. Interpretum fuisse constabat, sed quae ad Hebraicum propius accederet, etiamsi esset Aquilae, Symmachi vel alterius interpretis: hec tamen vel libris destituti vel taedio victi non perpetuo fecerunt. h)

[Operis editores, se castigatissima omni ex parte vetustissimaque exemplaria pro archetypis habuisse, atque tam Hebraicum quam Graecorum et Latinorum multiplicem copiam non sine summo labore conquisivisse, in praefatione testantur. Sed quod maxime dolendum est, nec ipsa exemplaria ita delineaverunt, ut de illorum auctoritate quidquam judicari possit; nec accurate exemplaria antiqua sequuti sunt, qui textum Graecum ad Hebraicum revocare et immutare non recusarunt. Accedit versio latina Graeci textus inter lineas inserta, quae partim ab aliquot Academiae Complutensis eruditis hominibus, partim a *Demetrio Duca*, *Pinciano* et *Astuniga* confecta fuit: quae deinde Basileae ab *Andrea Cratandro* anno 1526. seorsim excusa est. Editio Versionis Septuagintaviralis prima, et Cardinalis, ad quam sequenti tempore plures formatae sunt. i)

§. LII.

Editiones iteratae.

[I.] * Biblia Graece et Latine, a Benedicto Aria Montano et ab aliis recognita. Antwerpiae 1572. Fol.

V. Biblia Polyglotta Antwerpiensia. k)

[Complutensis editionis vestigiis accurate insistit *Arias Montanus*, qui in opere Regio Textum Graecum una cum versione latina exscribi curavit. Parum in Textu Graeco ex collatione Aldinae immutavit, versionem vero Latinam in Complutensi editione lineis insertam hic ad Graeci Textus latus posuit. In Apparatu apparent *Guil. Sirleti* annotationes variarum lectionum in Psalmos. l)

* Biblia Graeca. Ex officina Sanctandreana 1586. Fol.

[II.] Biblia Graeca. Ex officina Sanctandreana 1587. Fol.

[III.] * Biblia Graea ex officina Commeliniana 1599. Fol.

[IV.] * Biblia Graeca ex officina Commeliniana 1616. Fol.

[V. V. Biblia Polyglotta Bertrami. m)

[Unicum exemplar, quod non solum triplicem, ut olim scripsimus, sed quadruplicem ostentat anni notam. Cum inter Polyglotta n) opus hocce recenseremus, titulum ex Volumine nobiscum benevole communicato, quod notam anni 1586.

h) *Waltonus* proleg. IX. §. 28. *Le Long* p. 185. col. 1. A.

i) Conf. *J. G. Carpzovii* crit. sacr. part. 2. cap. 2. p. 534. *Joh. Alb. Fabricii* Biblioth. gr. lib. 3. c. 11. vol. 2. p. 325. *Jac. Usserii* Syntagm. cap. 8. p 79. *Rich. Simon* catalogue des princip. Edit. de la Bible p. 525. et Scriptores Part. I. cap. III. §. II. not. i. recensitos.

k) *Le Long* p. 187. col. 2. B.

l) Conf. Part. I. cap. III. §. III. Conf. *Fabricius* loc. cit. vol. 2. p. 325.

m) *Le Long* p. 187. col. 2. C.

n) Part. I. cap. III. §. VIII.

1586. habebat, exſcripſimus. Jam vero eadem editio noſtris annumeratur rebus, cum titulo aliter diſpoſito et nota anni 1587. „Biblia Sacra, Hebraice, Graece et Latine. Latina interpretatio duplex eſt, altera vetus, altera nova, cum annotationibus Franciſci Vatabli Hebraicae linguae quondam Lutetiae Profeſſoris Regii. Omnia cum editione Complutenſi diligenter collata, additis in margine, quos Vatablus in ſuis annotationibus nonnunquam omiſerat, idiotiſmis, verborumque difficiliorum radicibus. Ex officina Sanctandreana. MDLXXXVII.„ Inſtituta collatio nos docuit, editorem in edendo opere potiſſimum ſequutum eſſe opus Regium, ut Textum Hebraicum ex editione Antwerpienſi cum verſione interlineari, Graecum vero ex opere Polyglotto exſcribi curarit. Singula itaque ad editionem Complutenſem recognovit. *Joh. Alb. Fabricius*, cui alias errare rarum eſt, in deſcribendo hoc opere aliquid humani paſſus eſt, dum quatuor operis recenſet editiones: „Biblia Hebraeo-Graeco-Latina, cum notis Vatabli, et „Apocrypha Claudii Baduelli. Anno 1588. Fol. apud Commelin. et 1596. Fol. Genevae ex officina Sanct-Andreana. 2 Volum. Biblia Commeliana A. 1599. et 1616. „2 Vol. Hebraea et Graeca cum Latina Vulgata, et Pagnini, notisque Vatabli.„ [VI.]
Quae omnia unicam tantummodo deſignant editionem. p)

* Biblia Graeca, ſtudio Davidis Wolderi. Hamburgi 1596. Fol.

V. Biblia Polyglotta Wolderi. q)

[Diverſos, ſub quibus opus exſtat, titulos jam ſuo loco annotavimus. Hic tantummodo, verſionem Graecam ex Opere Regio, ſeu Polyglottis Antwerpienſibus deſcriptam eſſe monemus, quod contra *Joh. Alb. Fabricium* notandum, qui hanc editionem ad Aldinam formatam aſſerit. r)

* Biblia Graeca et Latina. Pariſiis 1645. Fol. [VII.]

V. Biblia Polyglotta Pariſienſia. s)

[Septuaginta Interpretum editio Romana anni 1587, ut et iterata ejus editio a *Morino* procurata praeceſſerat: ſed editoribus editionem Antwerpienſem iterum ſub incudem vocare, ſatius viſum eſt.

§. LIII.

Biblia Graeca-Aldina.

*Πάντα τὰ κατ' ἐξοχὴν καλούμενα βιβλία, θείας δηλαδὴ γραφῆς παλαιᾶς τε καὶ νέας. Sacrae Scripturae veteris novaeque omnia. *Ad calcem.* Venetiis in aedib. Aldi et Andreae ſoceri M. D. XVIII. menſe Februario. Fol. min.

Editio Veneta ex multis vetuſtiſſimis exemplaribus excuſa cura Andreae Aſulani cum ejus praefatione ad Cardin. Aegidium Viterbienſem. In hac editione plurimae mendae typographicae irrepſerunt.

Ex Praefatione: Ego Vetuſtiſſimis exemplaribus collatis, adhibita etiam quorumdam eruditiſſimorum hominum cura, Biblia, ut vulgo appellant Graece, cuncta

p) *Fabricius* Biblioth. gr. vol. 2. p. 325. Conf. Part I. cap II. Sect. II. §. VI n. 1. et Cap. IV. §. XVII. n. 4.

q) *Le Long* p. 191. col. 1. C. [Conf. Part. I. cap III. §. IX.

r) Biblioth. gr. vol 2. p. 326.

s) *Le Long* p. 193 col. 1. C. [Conf. Part. I. cap. III. §. 4. p. 357. *Fabricius* l. c. p. 325.

cta descripsi, atque in unum volumen reponenda curavi tui nominis aeternitati dicata.

Observat Jac. Usserius t) eam sequi interdum non LXX. sed Aquilae lectiones, et varia in eam glossemata irrepsisse.

Secundum eam (i. e. editionem Romanam) pura est et sincera editio Venetiis anno Christi 1518. ab Aldo cusa et publicata. u) Aldinam editionem quatuor quae secutae sunt editiones ad amussim expresserunt, ita ut quarta editio dici possit Aldina quarto repetita, pauca, quae notamus, si exceperis, inquit *Jo. Morinus.* x)

Haec quidem editio (*inquit Waltonus*) proxime ad Romanam accedit, et Complutensi purior est. Absunt enim plerumque additiones, quas sub Asteriscis posuit Origenes; adsunt, quae per Obelos notavit, transpositiones etiam capitum et versuum, quas commemorant Veteres in editione LXX. fuisse, in hac editione inveniuntur. Quae etiam a Veteribus allegata vel commentariis illustrata erant, eadem plerumque sunt in hac editione. Unde Doctissimus Masius praef. comment. in Josue scribit, *Venetam editionem esse quidem simplicis interpretationis LXX. seniorum exemplum:* addit tamen, *sed haud ab omni admixtione verborum Theodotionis liberum*, quod verissimum judico. y)

Complutensi multo ad fidem codicum msc. sincerior est Editio Veneta, cum illa in plurimis longe locis sit ad Hebraeum textum ab editoribus emendata. z)

[Complutensis editio Versionis Septuagintaviralis tempore quidem prior est, quippe quae jam Anno 1517. officinam typographicam reliquit; sed haec Aldina, cum illa in claustris abscondita ad annum 1522. retineretur, prior in publicum exiit. Ipse *Aldus Manutius*, de omni re litteraria optime meritus, procul dubio MSta illa antiqua, quorum praefatio paucis mentionem facit verbis, conquisiverat, atque opus praelo adaptandum aggressus erat: sed biennio post mortem ejus ex officina demum prodiit, cura *Andreae Asulani* soceri ejus, cujus et est ad *Aegidium Viterbiensem*, Presbyterum Cardinalem Titulo Sancti Matthaei, et ad Catholicum Regem Legatum epistola. In fronte libri cernitur Emblema Typographi et ad latus litterae: *Aldus* et *M. R.* Tribus volumen partibus constat. Prima continet Pentateuchum, Josuen, Judices, Ruth, Regnorum libros quatuor, Paralipomenon duos, Esra, Esther, Tobit, Judith, Iob, Psalterium, ad cujus calcem adjiciuntur, uti in MStis fieri solet, Psalmus David, cum contra Goliath pugnatur: Ode Mosis ex Cap. 15. Exodi et ex Cap. 32. Deuteronomii: Oratio Annae Samuelis matris ex 1. Regn. cap. 2. Oratio Abbacuc cap. 3. Oratio ex Esai. cap. 26. Oratio Jonae cap. 2. Oratio trium puerorum ex Dan. cap. 3. Hymnus eorundem: Hymnus Mariae virginis; Oratio Zachariae, et Ode quindecim versuum trimetrorum, incipiens *Δαβιδ μελωδε* etc. Secunda pars inscribitur: *ἔλεγχος τῶν βιβλίων τοῦ δευτέρου μέρους.* Sistit haec pars Proverbia, Ecclesiasten, Canticum Canticorum, qui tamen liber in reliquorum librorum indice non memoratur, sapientiam Solomonis, Sapientiam Siracidae, Esaiam,

t) In Syntagm. de LXX. Interpr. cap. 8.

u) Non ab Aldo, qui vivere desierat anno 1514. ut refert Trithemii continuator ad hunc annum, sed in ejus domo ab Asulano, ipsius socero. [Mors ejus contigit demum 1515. vel 1516. v. Allgem. Gelehrten-Lexicon.

x) Exercit. Bibl. exercit. 9. lib. I. cap. 1. num. 6.

y) *Waltonus* prolegom. IX. §. 29.

z) Acta eruditorum Lipsiensia, An. 1698. p. 75. *Le Long* p. 186. col. 1. B.

Esaiam, Hieremiam, Baruch, Threnos, Epistolam Jeremiae, Ezechiel, Daniel, Osee, Joel, Amos, Abdiah, Jonah, Michaeam, Naum, Abbacum, Sophoniam, Aggaeum, Zachariam, Malachiam, Maccabaeorum tres libros, cum *Federici Asulani* latina ad *Danielem Renerium*, Veronae Praefectum Epistola. Tertia pars exhibet Novum Testamentum cum *Francisci Asulani* latina ad *Desid. Erasmum* epistola. Textus editionis purior est, et majori fide, quam Complutensis, MSta antiqua sequitur. Editio est mere graeca, sine versione latina, et secundae Classis editionum graecarum Cardinalis, ad cujus normam sequentes, donec melior Editio Romana in ejus locum successit, formatae sunt. [a])

§. LIV.

Editiones iteratae Graecae.

* Τῆς Θείας γραφῆς, παλαίας δηλαδὴ καὶ νέας ἅπαντα. Divinae Scripturae, veteris novaeque omnia. Argentorati apud Wolphium Cephal. An. M.D.XXVI. 8. Volum. IV. [I.]

Ex praefatione: Praeterea cum superioribus annis officinam suam graecam auspicaretur Wolphius Cephalaeus, optimis atque selectissimis eam authoribus primum dicavit, cujus rei testimonium dicere queunt Novum Testamentum, Homerus, et nunc potissimum πάντα τὰ κατ᾽ ἐξοχὴν καλούμενα βιβλία, quae (communibus Joannis Hervagii impensis adjutus) accuratissime et castigatissime transscribi curavit, eo modulo, quo officinae suae primitias, Novum Testamentum aedidit, ut, quibus videretur, totam scripturam et veterem et novam eodem charactere comparare possent. — In partitione et serie voluminum secuti sumus Martinum Lutherum (unum illum et praestantissimum sacrarum litterarum Phoenicen) [b]) qui eum ordinem, quem hic vides, in Germanica sua Bibliorum versione observavit. Unde et quos Apocryphos vocant, libros, ad finem in unum fascem collegimus. — Paroemias Salomonis inordinatas, ut Aldina aeditio habet, reliquimus, annotatis tamen capitum inversionibus. In Ezechiele non dissimilis Labyrinthus, quantum fieri potuit, in suum nativum ordinem restitutus est. In sapientia Sirach iterum textus involuchrum ut Aldina habent exemplaria, dimissum est, indicata tamen capitum mistura. Additus est ex vetustissimis in Graecia scriptis Bibliis ἰωσίππου liber de Maccabaeis, qui hactenus non est excusus. Adjectae sunt etiam παρασημειώσεις, quibus interpretum diversa studia subindicantur.

a) Conf. *Joh. Alb. Fabricii* Biblioth. gr. vol. 2. p. 36. *J. G. Carpzovii* Critica sacra, p. 534. *J. G. Walchii* Bibliotheca exeget. pag. 51. et p. 137. *J. C. Dornii* Biblioth. theolog. lib. 4. cap. 5. p. 692. Sammlung von alten und neuen theol. Sachen, A. 1752. p. 287. Merkwürdigkeiten der Königl. Biblioth. zu Dresden, vol. 2. p. 185. *Theophili Sinceri* neue Sammlung von lauter alten und raren Büchern, part. 3. p. 255. *J. M. Goezii* Verzeichnis seiner Bibelsammlung, p. 66. *J. F. Reimmanni* catal. Biblioth. p. 200. Erleutertes Preussen, tom. 1. p. 741. 743. *D. Clement* Biblioth. hist. crit. tom. 4. p. 14. *Widekindi* Verzeichnis von raren Büchern, p. 515. *Maittaire* annal. typogr. tom. 2. part. 1. p. 310. *Rich. Simon* hist. crit. du V. T. Catalogue p. 524. Catalog. Biblioth. Bunav. tom. 1. p. 8. *Mylii* memorabilia Biblioth. Jenens. p. 270. Conf de Novo Testamento Part. I. cap. II. Sect. I. §. X.

b) Verba parenthesi distincta, e contextu eliminavit *Jac. Le Long*, quae hic restituenda duximus.

Prima poft Aldinam editio, *inquit Morinus*, Argentorati typis Wolphianis anno poft Aldinam octavo facta eft, procurante quodam Lonicero Lutherano. Ifte Prophetiarum ordinem apud Jeremiam totum immutavit, ut illum Hebraeo Textui accommodaret, verba tamen et periodos textus inviolata dimifit. Ifte praeterea Lutheranus libros, quos Apocryphos judicavit Lutherus, fcelerata audacia contra Aldinae editionis fidem, omniumque manufcriptorum confuetudinem, Graecorumque authoritatem a coeterorum corpore divulfit, locoque feparato, et impofito Apocryphorum titulo in aliud volumen ad libri finem relegavit. — — Infuper tertio Maccabaeorum libro, Jofephi librum de martyrio feptem fratrum Maccabaeorum in octodecim capita diftinctum, irreligiofe attexuit. [c])

Haec et fequentes editiones Germanicae (*ut ait Waltonus*) ab Aldina verfione fluxerunt, quae plerumque quoad verba Aldinam fequuntur, nifi quod ordinem librorum, capitum et verfuum quorumdam, quae alio ordine in Hebraeo pofita fuiffe omnes antiqui codices teftantur, ad normam Textus Hebraei plerumque mutarint et transpofuerint. Libros etiam qui vulgo dicuntur apocryphi (*a Proteftantibus*) non fparfim inter reliquos fecundum ordinem hiftoriae, ut omnes antiqui codices habent, fed feparatim poft reliquos pofuerunt. 1) Bafileenfis prima per Andream Cratandrum anno 1520. cui ut jam diximus, appofita eft latina verfio Complutenfis. 2) Argentoratenfis apud Wolphium Cephalaeum opera Loniceri, anno 1527. etc. [d])

[Antequam ipfam editionem rariffimam minimo typo attamen luculento exfcriptam delineamus, duo, quae fupra fcripta refpiciunt, praemonenda funt. Quae *Morini* ftomachum adeo moverunt, quod *Lonicerus* libros Apocryphos a Canonicis fepararit, leviora funt, quam quae Arias Montanus, qui e Codice facro Apocrypha plane eliminavit, in quo et Hifpani ipfum fequuti funt, perpetravit. [e]) Sed huic veniam dat, qui in *Lonicerum* invehit *Morinus*. Bafileenfis prima editio, per *Andream Cratandrum*, de qua refert *Waltonus*, quod verfionem latinam e Complutenfi adjunctam habeat, fuppofititia eft. Solam enim verfionem latinam e Complutenfi opere typis exfcripfit *Cratander* non 1520. fed anno 1526. Argentoratenfis vero editio, quae poft Aldinam prima eft, quatuor abfolvitur voluminibus. Primum, cujus titulum fupra dedimus, continet Pentateuchum usque ad librum Ruth. Secundum, quod infcribitur: Δεύτερον Βιβλίων μέρος. Argentorati apud Vuolph. Ceph. M.D.XXVI. habet quatuor Regum libros, usque ad Pfalterium, ad cujus calcem eadem ex Aldina adjecta funt additamenta. Tertium volumen: Τρίτον βιβλίων μέρος. Argentorati apud Vuolfium Cephalaeum. Anno M.D. XXVI. exhibet fcripta Salomonis et Prophetas, quibus adhaerent παρασημειώσεις annotatiunculae quorundam locorum ex Aldinis et fcriptis in Graecia vetuftiffimis Bibliis congeftorum. Quartum volumen: Ἀπόκρυφοι αἱ παρ' Ἑβραίοις ἐκτὸς τοῦ τῶν ἀξιοπίστων ἀριθμοῦ συγκαθίσαντα, in ipfo rubro catalogum librorum habet, in quo ultimo loco recenfetur Ἰωσήππου περὶ μακκαβαίων. Ad calcem legitur: Argentorati apud Vuolphium Cephalaeum excudebatur, 1526. Textus fine diftinctione verfuum expreffus eft: capita vero diftincta funt, et ad cujusvis capitis initium, fecundum morem prioris feculi, littera initialis mi-

c) *Joh. Morinus* ibidem ut fupra. p. 186. col. 2. A.
d) *Waltonus* prolegom. 9. §. 29. *Le Long* e) Conf. Part. I. Cap. I. Sect. III. §. III.

minor in ſpatio quadrato vacuo expreſſa eſt. Ex ipſius typographi, qui germanice *Wolff Koephel* audit, et ex hiſtoria Bibliorum Germanicorum clarus eſt, intentione hisce Bibliis Graecis jungendum eſt Novum Teſtamentum jam anno 1524. typis exſcriptum. f)

* Τῆς θείας γραφῆς παλαιᾶς δηλαδὴ καὶ νέας ἅπαντα. Divinae Scripturae, veteris novaeque omnia. Argentorati apud Vuolphi. Cephal. Anno M. D. XXIX. Menſe Martio. 8. [II.]

Haec non eſt nova, ſed prorſus eadem editio, quae anno 1526. vulgata eſt; eademque praefatio, cujus initium mutatum eſt, omiſſo nomine Loniceri, et pro Luthero Hieronymi nomen appoſitum eſt. g)

[Titulum ſolummodo cum praefatione recudi fecerunt editores, paragraphumque, quam ſupra exhibuimus, ſic immutatam expreſſerunt: „Quod ad nos at„tinet, Lector optime, ſolo ſtudia tua juvandi amore adducti, Biblia Graeca invul„gamus noſtra et impenſa et opera diligentiſſ. recognita, ut poſt Hebraea et latina, „adde etiam in alias transfuſa linguas, et οἱ φιλέλληνες graeca habeant, atque adeo „nulla non lingua laudetur Dominus in ſaecula laudandus. Coeterum ne hoc te fu„giat Lector, in partitione et ſerie voluminum ſequuti ſumus D. Hieronymum.„ Secundum auctorem noſtrum in iterato titulo legitur, loco *Argentorati*, *Baſileae*, quod a Cl. *Goezio* ad errores commiſſos refertur. Verum cum *Cephalaeus* Argentoratenſis, et *Herwagius* Baſileenſis, communes operi ſubminiſtrarunt impenſas, Exemplaribus, a *Herwagio* Baſileae venalibus expoſitis, et hujus nomen urbis adſcriptum fuiſſe, eſt probabile. Unica tamen eſt editio cum diverſa vel anni vel loci nota. h)

* Τῆς θείας γραφῆς παλαιᾶς δηλαδὴ καὶ νέας ἅπαντα. Divinae Scripturae, Veteris ac Novi Teſtamenti omnia, innumeris locis nunc demum, et optimorum librorum collatione et doctorum virorum opera, multo quam unquam antea emendatiora, in lucem edita. Cum Caeſ. Majeſt. gratia et privilegio ad quinquennium. Baſileae, per Joann. Heruagium. M. D. XLV. Menſe Martio. Fol. [III.]

Cum praefatione Philippi Melanchthonis. Author Praefationis, quae Francofurtenſi editioni praemiſſa eſt, ſc. Franc. Junius, teſtatur illam cum Aldina prorſus congruere, ſeque Herwagianam, et conſequenter Aldinam ſequi. i)

[Ad calcem notatur: *Baſileae, per Joan. Heruagium* MDXLV. *Menſe Martio.* Melanchthonis praefatio data eſt Anno 1544. die 25. Nouembris, quo Ieroſolymae erant inſtituta Encaenia, propter repurgatum eo die templum, ejecto idolo, quod ibi Antiochus collocari juſſerat; et ne verbulum quidem, quod ad hiſtoriam hujus editionis quidquam faceret, continet. De ipſa vero verſione Graeca ille judicat:

f) Conf. de N. T. Part. I. Cap. II. Sect. I. §. XII. n. 1. et de Apocryphis, ibid. Cap. IV. §. III. n. 2. De Bibliis Graecis V. T. vero conferantur *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern, vol. 11. p. 95. Merkwürdigkeiten der Königl. Biblioth. zu Dresden, vol. 2. p. 186. *J. M. Goezii* Verzeichnis ſeiner Bibelſamml. p. 73. *Joh. Alb. Fabricii* Bibl. graec. vol. 2. p. 326. *J. G. Carpzovii* Critica S. p. 535. *Jac. Uſſerii* Syntagm. p. 83. *J. G. Walchii* Biblioth. exeget. p. 51.

g) *Le Long* p. 186. col. 2. D.

h) *Goezii* Verzeichnis etc. p. 73.

i) *Le Long* p. 187. col. 1. C.

cat: „Versionem vero graecam prophetarum scio longe squalidiorem esse suis fontibus; sed tamen extare eam utile est, cum ea Graeci etiamnum utantur, et collatio saepe Latinis prodesse possit; denique cum sententiae a Paulo citatae ostendant, „tunc eam in manibus Apostolorum fuisse. — Apparet autem interpretibus his, quorum haec est versio, non tam verborum intellectum defuisse, quam diligentiam in „distinguendis sententiis, quod eo accidit, quia et fontes non satis intellexerunt, et „ad diligentiam formandae orationis in graeca lingua non fuerunt assuefacti; postea etiam tot seculis multa membra confusius descripserunt indocti librarii.„ Addit nonnulla de fructibus ex usu hujus versionis hauriendis. Praefationem excipit των της θειας γραφης βιβλιων ἐλεγχος, qui primo libros V. T. Canonicos, deinde Apocryphos, et denique N. T. libros recenset. Textus lineis integris sine ulla versiculorum distinctione expressus est; capita vero distinguuntur. Psalterium vero columnis divisis est inscriptum, eademque ut in Aldina habet additamenta; Apocryphis vero ex editione Argentoratensi additus est *Josephi* de Maccabaeis liber. Novum Testamentum inscribitur: Νεα διαθηκη. Novum Testamentum: ad cujus calcem accedit *Locorum aliquot diversa lectio, partim ex optimorum exemplarium collatione, partim observatione doctorum collecta.* Jam Editioni Argentoratensi adjecta erat collectio variarum lectionum, usque ad Librum Paralipomenon secundum, quae hic adauctior et locupletior redditur, et varias quoque N. T. exhibet lectiones. Unde varias hauserit editor lectiones, ignorare nos voluit. Ad Exod. XXVIII. com. 23. satis amplum addit fragmentum, quod neque in Complutensi neque in Romana exstat editione. Comparat tres hasce editiones modo recensitas *Michael Neander*, [k]) atque sequens de illis fert judicium: „Biblia Graeca septuaginta interpretum in folio excusa olim Venetiis apud Aldum corruptissime, deinde anno 1526. Argentorati apud Vuolphium „Cephalaeum nihilo emendatius; postremo Basileae apud Herwagium 1545. in folio, innumeris locis ex optimorum librorum collatione, et doctorum virorum „opera, multo quam unquam antea emendatiora cum praefatione Philippi Melanchthonis.„ Verum *Herwagius* editionem Argentoratensem presso fere pede sequitur, excerptis nonnullis hic illic ex editione Complutensi transsumtis, quae magis ad textum Hebraeum accedere videbantur. [l])

[IV.] Η παλαιά τε καὶ νέα διαθήκη. Ἐν βενετίαις, αἰτήσει Ἰακώβου τοῦ λεογκίνου. 1567. 8.

Quae qualisve haec sit editio omnibus ignota, hactenus indagare haud potuimus. Si conjecturae locus est; eam non aliam credimus, quam editionem Argentoratensem, quam *Cephalaeo* debemus. Illa jam sub duplici anni prostat nota; ita vero ordinatus est librorum sacrorum ordo, ut Apocryphi a Canonicis separati sint libris; quod in Ecclesia Romana editionem suspectam reddidit. Fortassis typogra-

k) In Sanctae linguae Hebr. Erotematibus, p. 409.

l) Merkwürdigkeiten der Königl. Biblioth. zu Dresden, vol. 2. p. 186. *J. G. Walchii* Biblioth. exeget. p. 52. et 137. *Waltoni* prolegom. 9. §. 29. *J. F. Reimmanni* Catal. Biblioth. p. 200. *J. A. Fabricii* Biblioth graec. vol. 2. p. 326. *J. G. Carpzovii* crit. sacr. p. 535. *Frickii* prolegom. p. 51. Acta Erudit. Lipsiensia A. 1698. p. 75. Catal. Biblioth. Bunav. tom 1. p. 8. Conf. de N. T. Part. I. Cap. II. Sect. I. §. XVII.

graphus Venetus nonnullis exemplaribus antiquioris editionis, novum praemisit titulum, ut illa, tanquam editionem Venetam, eo facilius et sine periculo publice exponere posset. Utinam emtori docto, qui hunc librum e Bibliotheca Baumgarteniana sibi comparavit, certiora nos edocere placeret! m)

* Της θειας γραφης, παλαιας δηλαδη και νεας διαθηκης, απαντα. Divinae Scripturae, nempe Veteris ac Novi Testamenti, omnia, recens a viro doctissimo et linguarum peritissimo diligenter recognita, et multis in locis emendata, variisque lectionibus ex diversorum exemplarium collatione decerptis, et ad hebraicam veritatem in Veteri Testamento revocatis aucta et illustrata. Francofurti apud Andreae Wechelii heredes, Claudium Marnium et Joann. Aubrium. M. D. XCVII. Fol. [V.]

Ex Praefatione Typographorum: Quid in hac editione a nobis praestitum sit, paucis accipe. Editionem Basileensem Bibliorum Graecorum anni 1545. quae cum Aldino exemplari prorsus congruit, secuti sumus; sed ut hoc opus auctius, elegantius et emendatius prodiret, operam dedimus, ut antequam praelo subjiceretur, a viro quodam doctissimo et linguarum peritissimo diligenter recognosceretur, et a mendis purgaretur, ac cum diversis aliis exemplaribus utpote Complutensi, Antwerpiensi, Argentoratensi ac Romano accurate conferretur, ex quibus ille varias lectiones collegit, quae huic editioni additae sunt, iisque cum Hebraeo textu collatis, quaenam ex illis cum Hebraea veritate melius conveniant, indicavit. Qua in re tam fidelem operam ab eo praestitam confidimus, ut eam omnium bonorum desiderio satisfacturam esse speremus.

Ad Novum Testamentum quod attinet, exemplar Roberti Stephani secuti sumus, atque varias lectiones, quae non tantum in eo exemplari, ex codicibus Regiis collectae continebantur, sed et in Complutensi, ac in illis editionibus, et quorumdam annotationibus reperiri potuerunt, adjici curavimus, quas Lectori nec ingratas nec inutiles fore speramus — — Ast ista Graeca versio, quam nunc habemus, in plurimis locis dissentit ab Hebraeo, multa non habet, quae nunc sunt in Hebraeo, multa habet, quae non sunt in Hebraeo, ut omnes norunt, qui in ea sunt versati. — In hac autem editione, quam nunc damus, in quo haec translatio cum Hebraica veritate consentiat aut dissentiat, et quid omissum sit, quidve adjici debeat ex Hebraeis fontibus, multis in locis annotatur.

In Francofurtensi (*inquit Jac. Usserius*) editione, quae cum notis Francisci Junii, (ut putatur) anno 1597. prodiit, Hervagianam illam anni 1545. secutos se fuisse profitentur typographi, licet in ordine Textus Graeci ad Hebraicum conformando, Brylingerianam anni 1550. editionem illi spectaverint; et quatuor penultima Exodi capitula et Proverbiorum XXIV. cap. partem magnam ex Complutensi editione hic descripserint. n)

Quarta seu postrema editio (*ait Morinus*) est Francofurtensis, anni 1597. quae tantum graeca est. Aldinus quoque Textus, et eadem, quae in Basileensi posterio-

m) Catalog. Biblioth. Baumgart. p. 44. Conf. Part. I. Cap. II. Sect. I. §. XXIV. n. 2.

n) *Usserius* Syntagm. de LXX. Interpr. cap. 8. p. 83.

ſteriore immutata vel addita. Verum in Exodo textum quatuor Capitum Exodi prorſus reſecuit, atque in eorum locum Complutenſem ſubſtituit. Pari audacia in Caput 24. Proverb. graſſatus eſt. Satis enim illi non fuit capita ad Baſileenſis innovationem exigere, magnam capitis 24. partem expunxit, et Complutenſem textum ſubſtituit. — Ad finem uniuscujusque capitis variae lectiones in hac editione adnotatae ſunt, quas Anonymus ille ex variarum editionum collatione et Hebraeo Textu, nec non ex notis in editionem Romanam non indiligenter collegit. o)

In Veteri Teſtamento (*ait Millius*) ſecuti ſunt Editores Editionem Hervagianam, hoc eſt revera Aldinam, purgatam tamen prius a mendis ac collatam inſuper cum Complutenſi, Romana, aliis, opera viri cujusdam docti (Franciſcus Junius is fuiſſe perhibetur) qui ex illis lectiones variantes collegit, quae editioni huic adjectae ſunt; iisque cum Hebraeo textu collatis, quaenam ex illis cum Hebraica veritate conveniant, indicavit. In Novo Teſtamento compoſiti erant Editores ad exemplar Roberti Stephani patris et filii, ſive ad editionem Roberti Junioris (anni 1569.) quam ad Patris editiones duas priores expreſſam fuiſſe ſupra diximus. Ad imam autem partem cujusque paginae lectiones variantes ad marginem editionis Stephanicae tertiae notatas, ut et primarum quarundam editionum, aliasque quae in doctorum annotationibus occurrunt, adjecerunt ſumma certe diligentia. p)

[Editio praeſtantiſſima typis nitidis emendate excuſa et verſiculis diſtincta. Sequitur quidem Aldinam, verum non immediate, ſed omnes habet in ordine librorum et capitum mutationes editionis Hervagianae et Brylingerianae anni 1550. Quis ille vir doctus fuerit, cujus in titulo mentio fit, diverſimode definitur; alii *Franciſcum Junium*, *Tremellii* in interpretando Veteri Teſtamento ſocium, alii *Fridericum Sylburgium*, multis ſcriptorum graecorum editionibus procuratis clarum fuiſſe, et quidem majori fortaſſis jure ſuſpicantur. Uterque operi par fuit, et quisquis ſit, opus ipſum in editoris cedit gloriam. In notis non ſolum exhibentur lectionum varietates, ſed et Veterum Interpretum fragmenta ex editione Romana §. XII. et §. LVII. Reprehendit *Frid. Gotth. Freytagius* q) auctores Actorum Eruditorum Lipſienſ. r) qui hanc editionem cum fragmentis Veterum Interpretum Aquilae, Symmachi, Theodotionis et reliquorum prodiiſſe ſcribunt. Sed fraudi fuit Auctori alias ſatis circumſpecto, quod iſta fragmenta, uti ipſa habet praefatio, non ſeorſim ſint excuſa, ſed in notis inter lectionum varietates inſerta; adeoque non in uno, ſed diſperſis in locis inveniantur. s)

[VI.] * Ἡ Θεια γραφη, δηλαδη παλαιας και νεας διαθηκης ἁπαντα. Divina ſcriptura, nempe Veteris ac Novi Teſtamenti omnia a viro doctiſſimo et lin-

o) *Joh. Morinus* lib. 1. Exercit. Bibl. Exercit. 9. cap. 1. n. 7.

p) *Millius* proleg. in N. T. p. 136. *Le Long* p. 191 col. 1. D.

q) Adparatus litterar. vol. 1. p. 138.

r) Act. erud. A. 1688. p. 75. [Legendum: Anno 1698. p. 75.

s) Conf. *Joh. Alb. Fabricii* Biblioth. Graec. vol. 2. p. 326. Nachrichten von einer halliſchen Biblioth. vol. 7. p. 481. Merkwürdigkeiten der Königl. Biblioth. zu Dresden, vol. 2 p. 188. *Knochii* hiſtor. critiſche Nachrichten, p. 157. *J. M. Goezii* Verzeichnis ſeiner Bibelſamlung, p. 69. *J. G. Walchii* Biblioth exeget. p. [illegible]2. Catal. Biblioth Bunav. tom. 1 p. 8. Conf. Part. I. Cap. II. Sect. I. §. XXXIII. n. 1.

linguarum peritiſſimo diligenter recognita, et multis in locis emendata, variisque lectionibus ex diverſorum exemplarium collatione decerptis et ad Hebraicam veritatem in V. T. revocatis aucta et illuſtrata. Παλαὶ μὲν ἑτερώθι τυπωθεῖσα, καὶ νῦν πρῶτον ἐκδοθεῖσα Ἐνετίῃσι παρὰ Νικολάῳ Γλυκεῖ τῷ ἐξ Ἰωαννίνων ΑΧΠΖ. (Venetiis 1687.) Fol.

Biblia Graeca olim quidem alibi excuſa, et nunc primum impreſſa Venetiis, cum praefatione ſeu dedicatione Graeca ad Joannem Serbanum Cantacuzenum, et Synopſi contentorum in capitibus S. Scripturae, velut indice pleniſſimo, typis Nicolai Dulcis Ordinis Johannei.

Operae pretium eſt notare editionem hanc ſequi per omnia editionem Wechelianam (adeoque et Aldinam) Francofurti an. 1597. impreſſam cum variis lectionibus, accurante, ut non ſine ratione conjicere licet, Sylburgio editam. t)

Revera Fridericus Sylburgius „ſcholaſtico pulvere relicto „ (ut ait in hujus vita Melch. Adam) „ totum ſe elucubrandis veterum ſcriptis et authoribus, Graecis „ praeſertim reſtituendis dedit. Egit ergo Francofurti ad Moenum in celeberrimo „ typographeo Wecheliano.„ Deinde varia opera (*de Bibliis ne vola quidem*) ejus labore edita recenſet, quibus fere omnibus varias adjungere ſolebat lectiones. Haec quidem conjecturam confirmant; contra vero illam faciunt et Sylburgii mors, quae accidit anno 1596. die 16. Februarii, et linguae Hebraicae imperitia, nullibi enim legitur hanc didiciſſe linguam. Haec Biblia excuſa ſunt an. 1597. ſtudio viri linguarum peritiſſimi, imprimis Hebraicae, ſiquidem variantes ex Hebraeo lectiones ſummo ſtudio annotavit; has enim ſolum adjecit, coetera vero ſcholia ex editione Romana exſcripſit. u)

[Jam centeſimus agebatur annus, poſtquam editio Romana e Vaticano Codice prodierat, cum *Nicolaus Dulcis* hanc editionem in publicum produceret. Quam ob cauſam vero editionem a Proteſtantibus Francofurti procuratam denuo recudendam ſelegerit, eique editionem Romanam poſtpoſuerit, definire haud audemus. Accurate quidem haec Veneta Wechelianam illam repraeſentat, duplici tamen nomine ab illa differt. Praemiſſam habet praefationem graece ſcriptam, ſeu dedicationem ad *Johannem Serbanum Cantacuzenum*, cujus munificentia in diſtribuendis libris pro ſacris eccleſiis depraedicatur. Accedit ad calcem Σύνοψις τῶν περιεχομένων ἐν τοῖς κεφαλαίοις τῆσδε τῆς θείας γραφῆς, ſ. ſynopſis contentorum in capitibus hujus ſacrae ſcripturae. Breviora ſunt ſingulorum capitum ſummaria, quae hic ſeorſim graece excuſa ſunt, uti Bibliis germanicis *Dieterici* ſummaria jungi ſolent. Editio in hisce oris parum obvia, attamen ſplendida. x)

§. LV.

Edit. iterat. Gr. lat.

* Biblia graeca et latina, quorum pars prima continet Moſis quinque libros, Joſuam, Judices et Ruth. Baſileae per Nicolaum Brylingerum Anno M. D. L. 8. [I.]

Ex

t) Acta Erudit. Lipſienſ. tom. 2. ſupplement p. 275.

u) *Le Long* p. 194. col. 2. A.

x) *Joh. Alb. Fabricii* Biblioth. graec. vol. 2. p. 326. *J. G. Walchii* Biblioth. exeget. p. 137. Index Biblior. Wernigerod. p. 24.

Ex Praefatione Brylingeri: Non vero dissimulamus post aliorum quorumcumque seu editiones, seu castigationes, nos longe omnium emendatissima plurimum adjutos esse. Sed ut inventis facile est addere, ita nemo vitio dabit, nostra ex omnibus quae nos antecesserunt, emendatiora jam reddita, atque adeo non pauca disturbata ac valde permixta in suum locum reposita esse a doctissimis viris, id quod iis quatuor ultima capita Exodi abunde et luculenter testimonio erunt. — Nunc etiam et latina translatio adjuncta est, quae Graeco per omnia respondet.

Tertia post Aldinam (*inquit Joh. Morinus*) est Basileensis anni 1550. Idem est qui in Aldina textus, eadem quae in Argentoratensi immutata; idem Josephi liber iisdem apocryphis additus. Praeterea in Exodo quatuor penultima capita, quae Argentoratensis inviolata reliquerat, transposuit quidem, eorumque partes aliquas loco movit, et velut decussavit, ut Hebraeo textui textus Graecus rerum tractatarum ordine similiter redderetur. Verum textus tantum permutatus, non mutatus — Huic editioni e regione apposita est versio Latina ex Complutensi editione exscripta. [y])

[Integrum Bibliorum graecorum opus in quinque distributum est volumina. Primi voluminis titulum supra exscripsimus. Sequuntur tituli reliquorum, e quibus, quae quolibet volumine comprehensa sint, apparebit: Bibliorum Graecorum Latinorumque pars secunda, continens Regum libros quatuor; et Paralipomenon duos, tum Esdram et Nehemiam, Esther et Job, Davidis Psalterium, Salomonis Proverbia, Ecclesiasten et Canticum Canticorum. Bibliorum Graecorum et Latinorum pars tertia, continens Hesaiam, Hieremiam, Jezechielem, Danielem, Oseam, Joelem, Amos, Abdiam, Jonam, Michaeam, Naum, Abacum, Sophoniam, Aggaeum, Zachariam et Malachiam. Bibliorum Graecorum et Latinorum pars quarta, continens Tobit, Judith, Baruch, Hieremiae epistolam, puerorum trium carmen, Esdram, Salomonis Sapientiam, Jesu filii Seirach Sapientiam, Sosannae et Draconis exempla, Maccabaeorum libros tres et Josephum de Maccabaeis. Accedit hisce Novum Testamentum Graecolatinum, eodem anno a *Brylingero* editum. [z]) Singulae paginae in duas distinctae sunt columnas, quarum interiores eaeque latiores Graecum textum, exteriores vero latinam habent versionem. Typi graeci sunt quidem distincti et luculenti, at quia minutiores sunt, oculis sese parum commendant. [a])

[II.] * Bibliorum graecolatinorum pars prima, Mosen, Josuam, Judices et Ruth continens. Basileae, ex officina Brylingeriana. Anno CIↃ. IↃ. LXXXII. 8.

Ex hujus editionis exemplari collato cum illo anno 1550. vulgato patet, eandem esse prorsus editionem. [b])

[Nihil immutatum est: solam enim tituli paginam recudi fecerunt Haeredes *Brylingeri*, in quorum manus, quae supererant exemplaria, transierunt. *Nicolaus* enim *Brylingerus* jam ante annum 1577. inter vivos esse desierat. Haud accurate Cl.

y) *Morinus* ubi supra, num. 7. *Le Long* p. 187 col. 1 D.

z) Conf. Part. I. Cap. II. Sect. II. §. XXI. n. 4.

a) Conf. Nachrichten von einer hallischen Biblioth. vol. 7. p. 483. *Joh. Alb. Fabricii* Biblioth. gr vol 2. p. 326. *Knochii* histor. critische Nachrichten p. 136. *J. G. Schelhornii* Ergötzlichkeiten aus der Kirchenhistorie und Literatur, Vol. 3. p. 1085. Index Biblior. Wernigerod p. 22.

b) *Le Long* p. 187. col. 2. B.

Cl. *Knochius* ad auctorem nostrum provocans de duplici seu iterata operis editione loquitur; et exemplaris quod recenset, volumen primum ad ultimam editionem, reliqua vero ad primam refert editionem. Singulis enim voluminibus editionis anni 1550. novus datus est titulus cum elegantiori figura ligno incisa et nova anni nota, uti ex *αὐτοψία* adfirmare possumus. [c])

§. LVI.

Edit. iterat. Polyglott.

* Biblia Graeca ex editione Eliae Hutteri Germani. Noribergae 1599. Fol. [I.]
V. Biblia Polyglotta Hutteri. [d])

[Tentatum opus non absolvit *Elias Hutterus*, sed rerum domesticarum conditio ipsi opus coeptum medio in cursu sistere suasit. Prodiere tantummodo Libri quinque Mosis, et Josuae, Judicum et Ruth. Textus graecus est ex Aldina. Ex eadem Textum desumsit idem *Hutterus* in reliquis opellis, quas hic subjungimus.

Genesis graece. Studio Eliae Hutteri. Norimbergae 1601. 8. [II.]
Esaias graece. Studio Eliae Hutteri. Norimbergae 1601. 4. [III.]
Malachias graece. Studio Eliae Hutteri. Norimbergae 1600. 4. 1601. 4. [IV.]
Psalterium graece. Studio Eliae Hutteri Norimbergae 1602. 8. [V.]
Psalterium graece. Studio Eliae Hutteri. Amstelodami 1615. 8. [VI.]
Specimen quatuor linguarum harmonicum in Psalterium, studio Eliae Hutteri. Norimbergae 1602. 8. [e]) [VII.]
Geneseos Patriarchae sex. Graece. Studio Johannis Draconitis. Vitebergae 1563. Fol. [VIII.]
Psalterium. Graece. Studio Johannis Draconitis. Vitebergae 1563. Fol. [IX.]
Esaias. Graece. Studio Johannis Draconitis. Vitebergae 1563. Fol. [X.]
Proverbia Salomonis. Graece. Studio Joh. Draconitis. Vitebergae 1564. Fol. [XI.]
Malachias. Graece. Studio Joh. Draconitis. Vitebergae 1564. Fol. [XII.]
Joel. Graece. Studio Joh. Draconitis. Vitebergae 1565. Fol. [XIII.]
Micheas. Graece. Studio Joh. Draconitis. Vitebergae 1565. Fol. [XIV.]
Zacharias. Graece. Studio Joh. Draconitis. Vitebergae 1565. Fol. [XV.]

Singulas hasce opellas suo loco enumeravimus. Hic tantummodo Textum Graecum editionem Basileensem, hinc Aldinam sequi monemus. [f])

§. LVII.

Biblia Graeca Romana.

* Η παλαια Διαθηκη κατα τους Εβδομηκοντα, δι αυθεντιας Ξυστου Ε'. ακρου Αρχιερεως εκδοθειτα. h. e. Vetus Testamentum juxta Septuaginta ex auctoritate Sixti V. Pont. Max. editum. Romae ex Typographia Francisci Zannetti. M.D.LXXXVII. cum privilegio Georgio Ferrario concesso. Fol.

Biblia Graeca seu Vetus Testamentum juxta Septuaginta mandato (9) Pii V. et (2.3.9) Gregorii XIII. summorum Pontificum elaboratum (5.) jussu et auctoritate Sixti V. Pont. Max. editum, in primis secundum exemplar Vaticanum, et ubi

Mm 2 illud

c) Historisch critische Nachrichten, p. 138. Conf. Scriptores supra laudatos.
d) *Le Long* p. 192. col. 1. B.
e) Conf. Part. I. Cap. III. §. XI.
f) Conf. Part. I. Cap. III. §. X.

illud deficit, alterum Venetum Cardin. Beſſarionis et alterum ex magna Graecia advectum, absque verſuum diſtinctione ſtudio et opera (2. 3. 4. 6. 9. 10.) Antonii Cardinalis Carafae, (1) juvantibus diverſo tempore multis viris doctiſſimis, cum variis lectionibus ex antiquis codicibus et ex veteribus interpretibus, Aquila, Symmacho, et Theodotione (5. 6.) a Petro Morino collectis cum ejus (5.) praefatione.

1) Huic editioni, quae Romana dicitur, praemittitur Antonii Carafae Epiſtola Sixto V. nuncupata, et Petri Morini praefatio latina adjectis ad ſingula capita ſcholiis ab eodem (6. 9.) Morino excerptis ex antiquis Graecis Interpretibus, Aquila, Symmacho et Theodotione. Cui quidem elaborandae operam dederunt ſub (9.) Pio V. (2. 8.) Guill. Cardinalis Sirletus (2. 3. 9. 10.) Antonius Cardinalis Carafa (9.) Latinus Latinius (9.) Marianus Victorius, (9.) Paulinus Dominicanus (7. 9.) Emmanuel Sa, (7.) Petrus Parra, (9.) Antonius Agellius: ſub (2. 9.) Gregorio XIII. (2. 3. 4. 6. 9.) Anton. Carafa, (9.) Laelius ejus Theologus, (4. 6.) Franciſcus Turrianus, (4. 6.) Petrus Ciaconius, (4. 7.) Joannes Maldonatus, (6. 9.) Antonius Agellius, (6. 9.) Petrus Morinus, (6.) Petrus Comitolus, (6. 9.) Fulvius Urſinus, (8.) Joannes Livinejus, (9.) Bartholomaeus Valverda, (9.) Robertus Bellarminus, et (9.) Franciſcus Toletus.

2) *Ex Epiſtola Ant. Carafae Sixto V. Pont. Max. nuncupata:* Annus igitur jam fere octavus ex quo ſanctitas veſtra — auctor fuit Gregorio XIII. Pont. Max. ut ſacroſancta Septuaginta Interpretum Biblia — ad fidem probatiſſimorum codicum emendarentur. — Hujus autem expolitionis conſtituendae munus, cum mihi demandatum eſſet — — — operam dedi, ut in celebrioribus Italiae bibliothecis optima quaeque exemplaria perquirerentur, utque ex iis lectionum varietates deſcriptae ad me mitterentur. Quibus ſane doctorum hominum, quos ad id delegeram, induſtria et judicio clarae memoriae Guillielmi Cardinalis Sirleti, perſaepe examinatis, et cum veſtro Vaticanae Bibliothecae exemplari diligenter collatis, intelleximus cum ex hac collatione, tum e ſacrorum veterum ſcriptorum conſenſione, Vaticanum codicem non ſolum vetuſtate, verum etiam bonitate coeteris anteire, quod caput eſt, ad ipſam, quam quaerebamus, Septuaginta interpretationem, ſi non toto libro, majori certe ex parte, quam proxime accedere. Quod mihi cum multis aliis argumentis conſtaret, vel ipſo etiam libri titulo, qui eſt κατὰ τοὺς ἑβδομήκοντα, curavi de conſilio et ſententia eorum, quos ſupra nominavi, hujus Libri editionem ad Vaticanum exemplar emendandum, vel potius exemplar ipſum, quod ejus valde probaretur auctoritas, de verbo ad verbum repraeſentandum, accurate prius, ſicubi opus fuit, recognitum, et notationibus etiam auctum etc.

3) *Ex Praefatione:* Nec vidit ſolum Sixtus V. adhuc Cardinalis, ſed auctoritate ſua effecit, ut Summus Pontifex Gregorius XIII. Graeca Septuaginta Interpretum Biblia, adhibita diligenti caſtigatione, in priſtinum ſplendorem reſtituenda curaret. Quam rem exequendam cum ille demandaſſet Antonio Carafae Cardinali, nulla is interpoſita mora, delectum habuit doctiſſimorum hominum, qui domi ſuae ſtatis diebus exemplaria mſc. quae permulta undique conquiſierat, conferrent, et ex iis optimas quasque lectiones elicerent: quibus deinde cum codice Vaticanae Eccleſiae ſaepe ac diligenter comparatis, intellectum eſt eum codicem omnium, qui extant,

tant, longe optimum esse, ac operae pretium fore, si ad ejus fidem nova haec editio pararetur.

Sed emendationis consilio jam explicato, ipsa quoque ratio, quae in emendando adhibita est, nunc erit aperienda, inprimisque Vaticanus liber describendus, ad cujus praescriptum haec editio expolita est. g) — Praeter hos etiam magno usui fuerunt libri ex Medicaea Bibliotheca Florentiae collati, qui Vaticanas lectiones multis locis aut confirmarunt aut illustrarunt. — — Nec illud omittendum, quod pertinet ad notationes — — quae in libris msc. reperta, vel ad indicandas antiquarum tum lectionum, tum interpretationum varietates (sub scholii illas nomine, quod ipsarum incerta esset auctoritas, nonnunquam relatas) vel ad stabiliendam scripturam Vaticanam et ejus obscuriores locos illustrandos pertinere visa sunt; ea certe non sunt praetermissa etc.

Editio Romana (*ait Waltonus*) ex codice msc. Vaticano antiquissimo, opera Antonii Carafae Cardinalis, aliorumque virorum doctorum, qui per novem annos (*h. e. ab an.* 1578. *ad an.* 1587. *sub Gregorio XIII.*) in hac editione sudarunt auspiciis et jussu Sixti V. Pontificis prodiit. h)

4) *Ex Epistola Petri Morini ad Sixtum V. Papam:* i) Atque ideo mirandum non fuit, cum Biblia Graeca inspicienda atque edenda essent, varietatesque lectionum et interpretationum annotandae, Cardinalem Carafam accersivisse aliquot viros, quorum conventum ad horum explicationem haberet, Turrianum, Ciaconium, postea etiam Maldonatum, aliquosque quorum industriam huic operi accommodatam esse intelligebat.

5) *Idem:* k) Hic animadvertimus, qui ad hoc opus sumus adhibiti, codicem Vaticanum Bibliorum Graecorum, qui nunc jussu sanctitatis vestrae typis mandatur, multo propius abesse ab iis, quae LXX. ediderunt, quam quosvis alios libros, ut propemodum Editio LXX. dici possit. Multae ad hanc sententiam conjecturae nos adducunt, quae in praefatione explicabuntur.

Idem: l) Cum olim ad editionem Bibliorum Graecorum variae lectiones translationesque colligendae essent atque annotandae, mihi qui id munus suscepissem, immensi commentarii, qui Catenae dicuntur, editi sunt e Bibliotheca Vaticana.

6) *Ex Ejusdem Epistola ad Silvium Antonianum:* Anno 1578. author fuit Papae Gregorio XIII. Cardinalis Montaltius, postea Sixtus V. beat. memor. ut Bibliis Graecis scholam institueret, idque monente Petro Ciaconio, qui ei valde familiaris erat. Statim Gregorius dedit Cardinali Carafae negotium, ut scholasticos aliquot homines convocaret, eumque coetum haberet. Accessit Cardinalis Franciscum Turrianum, Petrum Ciaconium, Antonium Agellium, et me (Petrum Morinum); sed Turriano suffectus est Paulus Comitolus; nobisque per aliquod tempus aggregatus est Fulvius Ursinus. Cardinalis cum inter nos comparasset, libros Biblio-

g) Deinde fit descriptio hujus codicis Vaticani, et duorum aliorum, unius scilicet Veneti ex Bibliotheca Cardinalis Bessarionis, et alterius ipsius Ant. Carafae. [De hisce codicibus infra ex auctore nostro notabimus.

h) *Waltonus* proleg. IX. §. 30.

i) Inter ejus opuscula p. 308.

k) Idem, ibidem p. 311.

l) Idem Epist. V. p. 320. Opuscul.

rum veteres evolvendos diſtribuit. Multa eaque recondita in medium attulit Petrus Ciaconius e Doctoribus Latinis. Mihi vero uni data eſt provincia Commentariorum in Vetus Teſtamentum Vaticanorum, quae Catenae dicuntur, evolvendorum ac perlegendorum; ut ex iis varias lectiones variasque interpretationes Aquilae, Symmachi et Theodotionis, Quintae praeterea ac Sextae editionis exciperem, et in annotationes transferrem, quas itidem ſcribendas ſuſceperam. Immenſum id opus tam multa legendi aliquot annis exhauſi ac pleraque correxi ex Hebraicae linguae conjectura, etc. m)

Mandatum Pontificium (*ait Joannes Morinus*) n) impiger exequitur Antonius Carafa, antiqua Bibliorum Manuſcripta diligentiſſime inquiri et ad ſe deferri curat. Viros Latine et Graece doctiſſimos convocat. — Varia mſc. ſibi invicem conferunt, varias lectiones excerpunt, textum variasque lectiones cum ſcriptis SS. Patrum comparant, et quae notatu digna videbantur, ſcholiis ad finem uniuscujusque capitis inſerunt,

7) Joannes Maldonatus a Gregorio XIII. Pont. Max. e Gallia in urbem acceſitus, ut operam ſuam praeſtaret ad editionem Graecam LXX. Interpretum, quam parabat, non diu Romae ſuperſtes fuit. (*ibi enim obiit* 1583.) Per haec tempora Emanuel Sa juſſus eſt cum altero noſtro Petro Parra a Pio V. intereſſe Bibliorum corrigendae editioni. *Sotuel.*

8) Ultimus dicitur (*ſcribit Jac. Auguſtus Thuanus*) o) Joannes Livinejus Gandenſis, — — qui cum in Plantiniana Bibliorum editione Graeca cum Guillelmo Cantero ſedulam operam navaſſet, poſtea ſuam induſtriam Guillelmo Sirleto et Antonio Carafae Cardinalibus in eodem opere Romae adprobavit.

9) Ut huic editioni major Lux affulgeat, excerpenda ſunt quaedam ex lib. XIII. hiſtor. Cleric. Regul. ad an. 1575. Cum haec ſcriberet Joſeph. Silos uſus eſt lucubratiuncula Michaelis Ghisleri, qui Romae tunc aderat, et fuit ſtudiorum curarumque Antonii Agellii comes: „Cavit accurate huic divinarum Scripturarum nitori „ſacroſanctum Concilium Tridentinum, ac juxta ejus decreta Pius Pontifex V. il„larum correctionem eſt aggreſſus; cumque in ejusmodi ſacrorum Bibliorum erudi„tione ac literatura inſigni tunc laude floreret Romae Agellius, linguarum maxime „peritia inſtructus, agi de iis graviſſimae rei momentis non potuit, quin ipſe inter „paucos conſuleretur, adhibereturque operi. Igitur, ut teſtatur ipſemet data ad La„tinum Latinium epiſtola, demandatum hoc illi negotium fuit una cum viris doctiſ„ſimis, Mariano Victorio Epiſcopo Reatino, Paulino e Dominicana familia, et P. „Emanuele Sa Societatis Jeſu; ſublatoque e vivis Pio, qui ſucceſſit Gregorius XIII. „viſus in id operis adjeciſſe animum, habitaque cum Purpuratis Patribus conſultatio„ne, commendatum munus fuit Antonio Cardinali Carafae Bibliothecario Apoſtoli„co, qui ſub Pio V. hanc etiam provinciam capeſſiverat, ut cui peropportuna iis „vigiliis inſtrumenta inerant, multiplex eruditio, ac ſacrarum literarum ſtudia, lin„guarumque Graecae praeſertim cognitio; ad haec ardor quidam atque indefeſſus ani„mi vigor. Conquiſiti inprimis intentiore quidem ſtudio ab eo fuere ab omnibus Eu„ropae, Chriſtianique orbis partibus ac Bibliothecis, cum Vulgatae, tum LXX. In„ter-

m) Ibidem p. 366.
n) Lib. I. Exercit. Bibl. Exercit. IX. cap. I. num. 9.
o) In fine libri 122. hiſtoriar.

„terpr. editionis antiquiores atque emendatiores codices; quorum exemplaria in„ſperſos excuſosque antehac in ſacris Bibliis errores expungerent. Tunc acciti un„dique, adſcitique in laboris partem viri, in omni doctrinarum laude celeberrimi, „atque in ſacris praeſertim linguis, rerumque divinarum ſtudio verſatiſſimi; quorum „diligentia ac ſtudio operoſum atque utiliſſimum omnino conſilium perduci ad exitum „poſſet. Ex eo numero, quos ipſe meminiſſet ac cognoviſſet, fuiſſe, ait Ghislerius, „Laelium ipſiusmet Carafae Cardinalis Theologum, Fulvium Urſinum, Lateranen„ſis Eccleſiae Canonicum; Petrum Morinum, Gallum, Doctorem Valverdam, „Hiſpanum, Robertum Bellarminum Societatis Jeſu, Franciſcum Toletum ejus„dem ordinis, utrumque in ampliſſimum Cardinalium Collegium poſtea adſcri„ptum, et Antonium noſtrum Agellium, Epiſcopum poſtea Accernenſem. Et qui„dem in ea parte, in quam eſt primo ingreſſus hic praeſtantiſſimorum capitum Sena„tus, nempe in correctione Verſionis Septuaginta interpretum, prae omnibus deſu„daſſe curis ſuis Agellium exploratum habet Ghislerius, teſtis ipſe oculatus. Enim„vero incredibili quadam laboris contentione complurium Graecorum codicum tex„tus contulit, ad lectionis nimirum Hebraicae fidem, aliarumque vetuſtiſſimarum „verſionum, ipſorumque Septuaginta Interpretum, prout diverſimode ab antiquis re„ferrentur Patribus examinatos. Quae quidem omnia cum in conventibus, qui co„ram Cardinali Carafa ea ſuper re habebantur, ab eo in medium producerentur, at„que accurate expenderentur; quae poſtea retinenda, quae expungenda lectio eſſet, „tot ſapientiſſimorum hominum judiciis definiebatur. Quas Agellii vigilias teſtantur „liquido Graeci Codices duo Septuaginta Interpretum, quos in noſtra Quirinali Bi„bliotheca aſſervamus. Alter quatuor diſtinctus tomis, ad cujus margines multipli„cem videre eſt diverſorum textuum interpretationem, prout ille probabat, ejus manu, „Graecis quidem notis adſcriptam. Alter Romanis typis excuſus atque ad antiqua „exemplaria emendatus; ad cujus primae paginae extremum, haec leguntur Cardi„nalis Carafae, ut putamus, manu (ab Antonio Cardinali Carafa Antonio Agellio „pro ſuis laboribus). Quod ſi in iis verſionibus colligendis quae adnotatae poſt ſin„gula capita in correctis codicibus reperiuntur, Petri Morini ſtudia laboraverint; „conſtat nihilominus et in iis non minimum deſudaſſe Agellium.„ Ita Joſ. Silos.

Idem Joſephus Silos eodem fere modo rem narrat tom. 3. Hiſtor. Cleric. Regul. p. 337. quae quidem narratio hic a me refertur, utpote quae omnes Agellii labores in ſacrorum librorum tam Graecorum quam Latinorum codices complectitur. „Agellio ingreſſo in divinarum ſcripturarum interpretationem, nihil a face lingua„rum obſcurum illi videbatur; eoque tandem eruditionis pervenit, ut in hoc gene„re literarum facile triumpharet. Eapropter cum ad Tridentini Concilii normam „emendare ſacrorum Bibliorum volumina aggreſſus eſſet, Pius Pontifex V. provin„ciam lectiſſimis viris, inter quos Ant. Agellius, demandavit. Pio vero, dum „ferveret opus, extincto, cum Gregorius XIII. ſacrorum principatum capeſſiſſet, non „ſegnius hoc ipſum expoliendi ſacri inſtrumenti conſilium arripuit, ac proſequutus „egregie eſt, inſtituto etiam excellentium capitum coetu, cui praeerat Antonius Car„dinalis Carafa, vir e Sirleti ſchola eruditiſſimus. Conventum ii maxime conficie„bant, nempe Antiſtes Laelius, Carafae ejusdem Cardinalis Theologus, Epiſcopus „poſtea Narnienſis; Fulvius Urſinus, Lateranenſis Eccleſiae Canonicus; Flaminius

„No-

„Nobilius, Lucenſis; Petrus Morinus, Gallus; Doctor Barthol. Valverdius, Hiſpa„nus; Robertus Bellarminus et Franciſcus Toletus, Societatis Jeſu, uterque poſtea „Cardinalis, et Antonius Agellius. Qui quidem ad LXX. Interpretum verſionem „cogitationes et curas ſuas primo loco appulere; utque Michael Ghislerius, qui tum „Agellio aderat, ingenue teſtatur, ac litteris etiam conſignavit, principes in ea „emendatione partes egit Agellius; collatis innumeris pene Graecorum Codicum tex„tibus, ad Hebraicam videlicet aliarumque vetuſtiſſimarum verſionum fidem. Id „quod duo teſtantur LXX. Interpretum Codices etc. (*uti ſupra*). Ejus etiam latinae ver„ſionis LXX. quam Flaminius Nobilius Sixto Pontifici Quinto nuncupavit, non exi„guam ſane partem Agellii ſtudiis tribuendam affirmavit perſaepe noſtras Joann. Ba„ptiſt. Bandinus, vir ſapientiſſimus, Vaticanae Eccleſiae Canonicus. Sed neque im„par illi in corrigenda Vulgata editione labor, ut ejus potiſſimum opera perducta „ad umbilicum fuerit utriusque inſtrumenti emendatio, quam Cardinalis Carafa ei„dem Sixto Pontifici obtulit. Quae vero Clementis VIII. auſpiciis edita poſtmodum „Romae eſt, etſi Franciſci Toleti curis elimata videri potuit, nihilo tamen minus, „ut inquit quem modo laudavi Ghislerius, nulli dubium, Toletum in iis lucubratio„nibus illorum, qui in eo opere antea deſudarant, praeſertim Agellii, uſum ſtudiis.„ Hactenus Joſephus Silos.

10) Guillelmus Sirletus itidem Cardinalis, rara linguae Graecae atque etiam Hebraicae peritia praeditus, factus Bibliothecae Vaticanae Praefectus, cum Graecam Bibliorum editionem curaret, mortuus eſt anno aetatis 71. exacto, cui in eo munere ſuccedens Antonius Carafa, rara et is linguae Graecae cognitione imbutus inchoatam editionem ad umbilicum perduxit. p)

Joannes Mariana, „neque negaverim, inquit, Graeca Biblia, quae ante „aliquot annos Romae prodierunt, multo ſinceriora eſſe quam reliqua. — Sed et „ipſa ex aliis editionibus non pauca habent admixta.„ q) Joannes Morinus: „Editio „Romana, inquit, omnium editionum, quae extant, puriſſime et defecatiſſime divi„num illum textum LXX. Interpretum, qui in eccleſia univerſa ante Origenem lege„batur, nobis repraeſentat. Secundum eam pura eſt editio Venetiis anno Chriſti „1518. ab Aldo cuſa. r) — Negare nolim additamentorum Origenianorum pauca „quaedam in editione Romana ſupereſſe, ut Iſaiae XXXIV, 4. Jeremiae XVI, 17. etc. s) „Nolim exiſtimes, me Editionem Romanam omni menda puram credere; habet „ſuos naevos haec editio.„ t)

Etſi editionem hanc, (inquit Brianus Waltonus) u) omnium, quae extant, maxime ſinceram judicamus, et proxime ad puram ſeptuaginta Interpretum editionem accedere; tamen ex omni parte perfectam eſſe non audemus aſſerere, cum hoc non aſſerant, qui ipſam ediderunt. Quaedam enim habere poteſt ſphalmata ex Librariorum incuria, incogitantia, vel audacia introducta.

Dee-

p) *Henr. Spondanus* ad an. 1585. num. 33. Annal. Eccleſ.

q) Sub finem cap. XV. tractatus pro editione Vulgata, p. 80.

r) Lib. I. Exercit. Bibl. Exercit. 9. cap. 2.

s) Idem ibid. cap. 3. verſus finem.

t) Idem Epiſt. 54. ad Th. Cromberum, p. 285. Antiq. Eccleſ. Orient.

u) Proleg. IX. §. 32.

Deerant, inquit Lambertus Bos, [x]) in exemplari Vaticano Libri Machabaeorum et capita prima 46. Genefeos et a Pfalmo 105. usque ad 138; membranae enim nimia vetuftate confumptae erant. In illis fequuti funt inprimis alios duos libros, Venetum alterum, alterum ex Magna Graecia advectum. [y])

[Quae multo ftudio et labore variis e virorum clarorum lucubrationibus congeffit Auctor nofter, fata hujus editionis praeftantiffimae et cardinalis ita illuftrant, ut perpauca nobis dicenda fuperfint, quae commode ad tria capita reduci poffunt. Provocarat fupra auctor nofter n. 1. ad defcriptionem trium Codicum graecorum, quibus ufi funt editores Romani, quam hic, ne lectori quidquam detrahamus, inferendam duximus. 1) „Biblia Graeca Veteris Teftamenti, juxta LXX. In„terpretes. Codex Vaticanus, ut quidam opinantur, fecundum editionem Luciani, „quantum ex forma characterum conjici poteft, cum fit majoribus litteris, quas ve„re antiquas vocant, exaratus, ante millefimum ducentefimum annum (*haec fcripta* „*funt anno* 1587.) hoc eft circa annum Chrifti 380. ante tempora B. Hieronymi et „non infra fcriptus videtur — — ex editione Septuaginta, fi non toto libro, certe „majorem partem conftare vifus eft. — Macchabaeorum Libri abfunt ab hoc exem„plari, atque item liber Genefis fere totus; nam longo aevo confumptis membranis „mutilatus eft ab initio libri usque ad caput 47. Et liber item Pfalmorum, qui a „Pfalmo 105. ufque ad 128. nimia vetuftate mancus eft. Haec ex praefatione edi„tionis Romanae. Extat hic Codex in Bibliotheca Vaticana, unde Vaticanus appel„latur. Continet Vaticanus codex longe quidem vetuftiffimus (inquit Andr. Ma„fius) [z]) editionem fimplicem LXXII. neque fuppletam aliena interpretatione, fed „ni fallor, a Luciano Martyre emendandi ftudio nonnihil contaminatam, hoc eft „eam quam κοινην vocare folebant. — In quo (inquit Ufferius) [a]) falli doctiffimum „Mafium nihil dubito, quum Lucianeam hanc effe editionem exiftimat. Ut enim „hujus rei veritatem explorarem, in minoribus Prophetis loca contuli, quae in fcho„liis optimi codicis Barberini nota (:), Luciani fectionem indicante, fignata vide„bantur. Ex qua collatione Romanam cum Lucianea editione in uno tantum loco „conveniffe deprehendi. Hoc ille. Triplex fuit (inquit Joh. Morinus) [b]) LXX. In„terpretum correctio, Origeniana, Hefychiana et Lucianea. Hinc codicum horum „Interpretum varietas. Hefychiana videtur tua Editio (fcilicet Codicis Alexandrini). „Audio enim Alexandriae olim defcriptum effe codicem tuum. Mafio Lucianeus vi„detur ille codex, ex quo Editio Romana expreffa eft, mihi vero Origenianus; Lu„cianeus enim, ut conftat ex Eufebio et Suida in verbo *Lucianus*, interpretationem „Ecclefiafticam, ubi vitiatam effe illam conftabat, ad Hebraei textus normam cafti„gavit; Origenes vero purum putum 70. Interpretum textum repraefentare fategit; „ubi autem ab Hebraeo variabat, id afterifcis vel obelis notavit; ubi vero codices „70. a fe invicem, Lemnifcis et Hypolemnifcis. — Alia ratio, propter quam Ori„genianam illam Editionem exiftimem, aut potiffimum Origenianam, eft quod non tan-

x) Cap. 2. prolegomenon ad Biblia Graeca.
y) *Le Long* p. 187. col. 1. - p. 190. col. 1.
z) In Annotat. ad cap. 1. Jofuae.
a) Pag. 87. Syntagm. de 70. Interpr.
b) Epift. 54. ad Patricium Junium p. 279. Antiq. Eccl. Orient.

„tantum Asiae majoris Ecclesiae codices Origenianos amplexae sint, sed Graeciae, „Constantinopoleos, Asiae quoque minoris, et vicinarum regionum, Romae quo„que et Italiae Magnates et Bibliothecae celebres Origenis Hexapla describi, ut „omnium editionum correctissima; indeque Editionem 70. exscribi, magnopere cu„rabant, uti S. Hieronymus testatur, apparetque ex auctorum, qui in illis regioni„bus vixerunt, commentariis, qui omnes Origenis Hexapla maxime commendant. „Haec Morinus. Joan. Ernestus Grabius ait: [c]) Hic codex non eam exhibet libri „Judicum versionem, qualem primi ediderunt Interpretes, sed qualem illam emen„davit Hesychius. Oppositam ea de re sententiam amplexus est idem doctiss. Gra„bius: [d]) Editio Romana, inquit, saltem ex parte est Hesychiana, adeoque corru„ptissima; contra Alexandrinus codex ex Origeniano quoad plurimos Veteris Testa„menti libros est descriptus.„ Addit hisce virorum clarorum testimoniis Auctor noster sequentia, quae celebratissimae Codicis Vaticani antiquitati et auctoritati minime favent: „Hic codex, in quo multa reperiuntur manu recentiori emendata, non „est adeo antiquus, nec bonae notae, cum erratum saepe fuerit ab antiquario, ut „ad me scripsit testis oculatus (Eusebius Renaudotus) qui eum inspexit et diligenter „examinavit. 2) Biblia Graeca Vet. Test. Codex Venetus grandioribus litteris scriptus, „Vaticano non tam vetustus. Venetiis, Bibl. Cardin. Bessarionis. Nunc exstant Ve„netiis in Bibl. Sancti Marci. 3) Biblia Graeca Veteris Testamenti. Codex alter „priori non tam antiquus, qui ex Magna Graecia advectus, deinde fuit Cardinalis „Carafae; qui liber cum Vaticano Codice ita in omnibus consentit, ut credi possit, „ex eodem archetypo descriptus esse.„ [e]) Hi tres sunt codices, quibus editores ita usi sunt, ut, quae in uno deerant, ex altero insererentur. Integra et completa itaque Biblia V. T. graeca in publicum emiserunt; verum non unius codicis lectionem sinceram, sed tantummodo ex altero interpolatam repraesentarunt. Nihilo tamen secius praestantissima est editio judice *Elia Frickio:* „Et sane vix quisquam „de insigni hujus editionis praestantia dubitavit, (si forte If. Vossium excipias, qui „eam omnium maxime corruptam existimabat) sed tamen adeo puram eandem esse, „ut antiquam et genuinam των LXX. sine omni admistione referat, hoc vero ex „ipsismet Pontificiis graves viri Joh. Carterius, Fronto Ducaeus, Rich. Simonius alii„que in dubium vocare non dubitarunt; si vel maxime vehementi conatu illud ad„struere Joh. Morinus allaboret.„ [f]) Alterum concernit ordinem Librorum sacrorum, quem pagina tituli versa ostendit. Notamus illum, quia, qui editionem Romanam recudi fecerunt, illum non accurate servarunt. Sequuti sunt editores Codicem Vaticanum, qui libros sacros ita disponit: Pentateuchus; Josua; Judices, Ruth; quatuor Regum Libri; Libri duo Chronicorum; Liber primus et secundus Esdrae, qui posterior est Liber Estherae; Liber Nehemiae; Tobiae et Judithae; fragmenta Estherae; Iobus; Psalmi; Proverbia; Coheleth; Canticum Canticorum; Sapientia Salomonis; Sapientia Siracidis; Prophetiae Hoseae; Amosi; Michae; Joelis; Obadiae; Jonae; Nahumi; Habacuci; Sophoniae; Haggaei; Zachariae; Malachiae; Je-

c) In Epistola edita ad Jo. Millium.
d) Ibidem p. 47.
e) *Le Long* p. 160. col. 1. et 2.
f) Prolegom. ad Biblia graeca p. 52.

Jesaiae; Jeremiae; Liber Baruchi; Threni; Epistola Jeremiae; Prophetia Hesekielis, et Danielis: et denique tres libri Macchabaeorum. Ultimo denique loco externam libri formam notamus, quae sese chartae albedine et typorum claritate lectoribus commendat. Singulis capitibus non solum lectionum varietates, sed et Veterum Interpretum fragmenta subjiciuntur. Textus graecus sine versione latina prodiit: Accessit vero anno sequenti 1588. Romae peculiari volumine Versio Latina, quam *Flaminius Nobilius* non quidem ipse composuit, sed veterum Interpretum Latinorum fragmenta, antiquam Italam ut hoc modo restitueret, undequaque compilavit. Utrumque volumen libris rarissimis adnumeratur. g)

§. LVIII.

Editiones iteratae Graecae. In Anglia.

* Ἡ παλαια διαθηκη κατα τους ἑβδομηκοντα. Vetus Testamentum graecum ex versione Septuaginta interpretum, juxta exemplar Vaticanum Romae editum, accuratissime et ad amussim recusum. Londini, excudebat Rogerus Daniel: prostat autem venale apud Joannem Martin et Jacobum Alestrye, sub signo Campanae in coemeterio D. Pauli. M. DC. LIII. 4. sive 8. [I.]

Duplex vulgo recensetur Bibliorum hujus anni et loci editio, nempe in forma 4. et 8. eadem est omnino forma in 4. at non eadem charta.

Hujus editionis auctores, etsi profiteantur (inquit Waltonus) h) se editionem Romanam excudere, nimiam tamen in ea licentiam assumpserunt, eam pro lubitu mutandi et interpolandi, ut ad Hebraeum textum et nuperas versiones accommodarent. Non enim tantum ordinem librorum, capitum, versuum, contra omnium antiquorum codicum fidem, in quibus discrepantiae ab Hebraeo per transpositiones quasdam semper notatae erant, ad normam Hebraei codicis reduxerunt, ut auctores Germanicarum Editionum plerumque fecerunt, et Psalmorum nomenclaturam, quae a Veteribus observata erat, in illam Hebraeorum commutarunt; sed etiam quaedam ex Complutensi aliisque editionibus addiderunt, quae in editione Romana non habentur. — — At hoc non est Editionem Romanam vel antiquam LXX. versionem

 ex-

g) Conf. *J. G. Carpzovii* Critica sacr. part. 2. cap. 2. p. 535. *J. J. Breitingeri* prolegom. in V. T. gr. cap. I. §. 10. *L. Bosii* proleg. in V. T. gr. cap. 2. de praecipuis LXX. Interpret. editionibus; de codice Vaticano ejusdemque praestantia. *J. E. Grabii* proleg. in V. T. gr. cap. 3. *Rich. Simon* hist. crit. du V. T. p. 524. *Joh. Alb. Fabricii* Biblioth. gr. Vol. 2. p. 326. *Joh. Franc. Buddei* isagoge hist. theol. p. 1523. *J. C. Dornii* Biblioth. theol. lib. 4. cap. 5. p. 693. *D. Clement* Biblioth. hist et crit. T. 4. p. 15. *Knochii* historisch critische Nachrichten p. 116. *J. M. Goezii* Verzeichnis seiner Bibelsammlung p. 67. Merkwürdigkeiten der Königl Biblioth. zu Dresden, vol. 2. p. 187. *J. G. Walchii* Biblioth. exegetica p. 138. *Widekindi* Verzeichnis von raren Büchern, p. 516. Historiam editionis hujus exacte recenset *Galesinius* peculiari tractatu edito sub titulo: *De Bibliis graecis Interpretum LXXII. Sixto V. Pont. Opt. Max. Auctore editis Commentarius brevis ac dilucidus, a P. Galesinio Prot. Ap. scriptus ad Ill.mum et Rev.mum D. D. Alexandrum Perettum Cardinalem Montaltum. Romae, ex Typographia Bartholomaei Grassii.* 1584. 4. pp 56. qui libellus non annotationes in versionem Graecam, ut sibi persuasit *Du Pin*, exhibet, sed historiam et praestantiam hujus editionis celebrat.

h) Prolegom. IX. §. 33.

excudere, fed novam et mixtam editionem conficere. In plerisque tamen codicem Romanum exprimunt. Ita Waltonus.

Perquam multa in hac editione fphalmata ac menda occurrunt, neque ea levia; nam plurimae voces, imo aliquando fententiae integrae funt omiffae, adeo ut affirmare aufim (inquit Lambertus Bos) [i]) voces pene centum in ea effe omiffas, diligenter enim hanc cum Romana conferens, fphalmata illa atque omiffa annotavi. [k])

[Titulus libri exemplar Vaticanum Romae editum accuratiffime et ad amuffim recufum promittit. Sed ipfa editio titulo minime refpondet. Praemittitur quidem praefatio ad lectorem, quae ex editione Romana defumta eft: at in ipfo textu varia ftudiofe funt immutata. Pfalmorum numerandi ratio, uti erat in editione Romana et a Veteribus Patribus recepta, eft immutata: Exod. XXV, 6. adjectus eft verficulus ex Aldina; et cap. XXVIII. pro tribus verfibus Romanae editionis fubftituti funt octo alii ex Complutenfi editione, ut Hebraeo convenientiores, et in 7. poftremis verfibus Num. XX. exhibita Lectio MS. Cod. Alex. in Cap. XXI. et XXII. modo Alex. modo Ald. Infuper etiam capitum transpofitio, quae reperitur in editione Romana apud Jeremiam inde a verfu 13. cap. XXV. usque ad principium Capitis ultimi, immutata eft, et ad Hebraicum ordinem reducta. Libri denique Apocryphi fuo e loco moti ad calcem operis rejecti funt. Quid lectores de mutationibus tentatis credere velit editor, ex monito apparet, quod hic transfcribimus: „Cum primum editionem hanc Bibliorum „exorfi fumus, cogitavimus (aliquorum ufi confilio) de eis verfibus interferendis „qui paffim in aliis exemplaribus reperiuntur, a Romano autem abfunt, deque hoc „in calce demum operis fignificando. Ex hoc igitur propofito loco uno et altero „fupplevimus, Exodi nimirum cap. 25. verfum quem dicimus fextum, itidemque „cap. 28. verfus 23, 24, 25, 26, 27, 28; quorum nullus in exemplari Romano in„venitur, eorum vero loco haec ita pofita funt: Καὶ θήσεις ἐπὶ τὸ λογεῖον τῆς κρί„σεως τοὺς κρωσσούς. τὰ ἁλυσιδωτὰ ἐπ' ἀμφοτέρων τῶν κλιτῶν τοῦ λογείου „ἐπιθήσεις. καὶ τὰς δύο ἀσπιδίσκας ἐπιθήσεις ἐπ' ἀμφοτέρους τοὺς ὤμους τῆς „ἐπωμίδος κατὰ πρόσωπον. Novis autem et fecundis innixi cogitationibus, cum„que iftorum, etfi non omnium, at certe plurimorum fpecimen in Adnotationibus „exhiberi cognovimus; refipuimus confeftim ab hac opera, quam ingratam nimis „fore fufpicati fumus: Teque folum monendum putavimus, expunctis et reftitutis, „quae diximus, coetera fideliter (nifi ubi manifeftum deprehendimus errorem ty„pographicum) exemplari Romano, quod prae oculis in hac re religiofe habuimus, „refpondere.„ Sed revera fumum vendit editor, qui nimiae ofcitantiae accufatur. Sphalmatum enim et omiffionum ingens certe eft numerus, quas qui videre fatagit *Lamberti Bofii* adeat prolegomena, qui editionem Londinenfem cum Romana accurate contulit. „Dolendum eft, inquit idem, hanc editionem, cujus frons prima mul„tos decepit, preffo adeo pede fequutos effe viros eruditos, Joh. Pearfonium in edi„tione Cantabrigienfi A. 1665. et Joh. Leusdenium in Amftelodamenfi A. 1683. ut „errores eosdem propagaverint in novas fuas editiones, quae tamen hodie maxime „ufurpantur, et in manibus omnium funt, (majoris enim formae editiones rariores „funt,

i) Prolegom. ad Bibl. gr. cap. 2.

k) *Le Long* p. 193. col. 1. C.

„funt, et a paucis teruntur). Eadem enim omnia, quae in Londinensi omissa, in „utraque illa editione similiter omissa inveni.„ Idem quoque de editione Lipsiensi in forma octava, cum praefatione *El. Frickii* sentiendum est, quippe quae Londinense exemplar accurate sequitur. Scholia, quae editioni Romanae subjuncta sunt, hic ad finem operis accessere, sub titulo: *In sacra Biblia Graeca ex versione LXX. Interpretum Scholia; simul et Interpretum coeterorum lectiones variantes*, pp. 186. quae vero a quibusdam exemplaribus, nescio quo fato, absunt. [l])

* Biblia Graeca, seu Vetus Testamentum Graecum ex versione LXX. Interpretum, juxta Exemplar Vaticanum Romae editum, cum praefatione paraenetica. Item Novum Testamentum cum Liturgia Anglicana Graece. Cantabrigiae per Johannem Field. 1665. Vol. III. 12. [II.]

Cum Praefatione Joan. Pearsonii, qui quidem nominis sui literas initiales J. P. tantum in fine addidit, sed omnium eruditorum, inprimis novissimi LXX. Interpretum editoris J. E. Grabii testimonio verus illius auctor est, in qua de usu et auctoritate LXXviralis versionis imprimis agit, eandemque ad Hebraicam veritatem probe percipiendam, ad auctoritatem testimoniorum Apostolicorum confirmandam, ad nativum novi foederis stilum recte intelligendum, ad Graecos Latinosque Patres rite tractandos, ad scientiam denique linguae Graecae ipsamque Criticen adornandam utilem atque necessariam esse docet, exemplisque erudite confirmat. Haec editio Londinense exemplar a. 1653. editum presso pede sequitur.

Ex praefatione circa finem: Quoniam haec versio etiam S. Hieronymi tempore corrupta fuit atque violata, danda est opera, ut ei pristina puritas restitui et redintegrari possit. Certum est exemplaria, quae habemus, Complutense, Aldinum, Romanum, plurimum inter se et ab Alexandrino discrepare, alios etiam codices aliquarum S. Scripturae partium satis antiquos, nunc cum eorum aliquo, nunc cum nullo convenire. Optime igitur fecerit, qui codices omnes msc. cum editis diligenter contulerit, qui varias lectiones non tantum ad Hebraicam veritatem examinaverit, sed et cum antiquissimorum Judaeorum Philonis et Josephi et vetustissimorum Patrum scriptis comparaverit, ac denique expositiones eas, quae apud Lexicographos Scripturarios etiamnum extant, vel potius delitescunt, inspexerit, atque ita nobis Editionem LXX. maxime puram adornaverit. Quale opus utinam aliquando vir doctissimus Isaacus Vossius, qui optime potest, perficeret, ederetque.

Voto, quod magnus Pearsonius sub finem hujus praefationis edidit, meum jungerem, (inquit J. E. Grabius,) [m]) si Isaacus Vossius adhuc esset in vivis; imo vero optarem, ut ille potius quam hic LXX. Interpretum in se suscepisset editionem. Cum ille huic par ingenio, ac judicio longe superior fuerit, saltem non tam iniquo judicio adversus Hebraeum Masoretharum textum praejudicio ac nimis propenso erga LXX. Interpretes laboraverit studio.

l) Nachrichten von einer hallischen Biblioth. vol. 7. p. 484. Merkwürdigkeiten der Königl. Biblioth. zu Dresden, vol. 2. p. 199. *Frickii* prolegom. ad Biblia graeca, p. 52. ubi per errorem ad annum 1655. refertur. *Joh. Alb. Fabricii* Biblioth. gr. vol. 2. p. 326. *Walchii* Biblioth. exeget p. 138.

m) In Postscripto Octateucho suo praefixo.

Bibliorum graecorum LXX. Interpretum novam editionem adornare promiſerat Iſaacus Voſſius his verbis: n) „Sed nos Deo favente inſtaurabimus aliquando „hanc verſionem, viamque aperiemus planiorem et minus fallacem, quam hactenus „factum ſit, qua adulterinis ſeparatis, vetus et genuina, quoad fieri poſſit, reduca-„tur Scriptura.„ Hic tamen fidem ſuam non liberavit. o)

[Editio extra Angliam ſatis infrequens, quae cum praecedenti in omnibus, ſi a praefatione recedas, conſentit. In locum praefationis enim, quam Londinenſis editor quoad maximam partem ex editione Romana deſcripſerat, hic ſuccedit *Pearſonii* praefatio paraenetica. p)

§. LIX.

Editiones iteratae Graecae. In Belgio.

[I.] * Ἡ παλαια διαθηκη κατα τους ἑβδομηκοντα. Vetus Teſtamentum Graecum ex verſione Septuaginta Interpretum. Juxta exemplar Vaticanum Romae editum. Amſtelodami, Ex officina Viduae Joannis a Someren, Henrici et viduae Theodori Boom. MDCLXXXIII. 12. maj.

Editio valde mendoſa. q)

[Debemus hanc editionem curae *Johannis Leusdeni*, Critici et Philologi alias accuratiſſimi, qui vero in procuranda hac editione famae ſuae non ita ut in editionibus Novi Teſtamenti Graeci conſuluit. Prius teſtatur ipſe: r) „Hoc currente „anno 1682. Amſtelodami per praeſtantiſſimos typographos Henricum Boom et Jo-„hannem Someren egregiis literis et typis imprimitur, ſub *noſtro ductu*, Verſio Grae-„ca LXX. Interpretum in portatili forma, quam Typographi vocant in *magno* duo-„decimo.„ Quid vero hujus viri ductu factum ſit, difficile eſt dijudicatu. Textus graecus preſſo pede ſequitur editionem Cantabrigienſem. Libri Apocryphi et Scholia penitus ab hac editione abſunt. Adeſt quidem pereruditа praefatio, quam Cl. *Knochius Leusdeno* tribuit: verum non eſt hujus editoris foetus; ſed *Joh. Pearſonii* praefatio paraenetica, quam ex editione Cantabrigienſi, omiſſis litteris initialibus *J. P.*, mutuo ſumſit. Nec plagularum emendandarum curam in ſeſe ſuſcepit *Leusdenus;* et ſi id factum eſſet, ſatis oſcitanter officio ſuo functus eſſet. Quae itaque ducente *Leusdeno* facta ſunt, fortaſſis in eo, ut conſilium de edendo opere probarit, tantummodo conſiſtere poſſunt. Contulit *Lamb. Boſius* hanc editionem cum Romana et Londinenſi §. LVIII. eademque omnia, quae in Londinenſi omiſſa, et hic omiſſa eſſe teſtatur; et *Frickius* in eo conſentit, Amſtelodamenſes ſatis mendoſe textum graecum expreſſiſſe, quamvis in ipſas editionis Romanae interpolationes et immutationes non animadvertat. Textus diviſis columnis nitide eſt inſcriptus, et in commata vel verſus diſtinctus: hinc oculis editio ſeſe optime commendat. s)

* Ἡ

n) Cap. 7. Differt. de 70. Interpr. p. 17.
o) *Le Long* p. 193. col. 1 D.
p) Conf. *Carpzovii* crit. ſacr. p. 536. *Walchii* Bibl. exeget. p. 138. De Novo Teſt. Conf. Part. I. Cap. II. Sect. I. §. 72. n. 2.
q) *Le Long* p. 194. col. 1. E.
r) Philolog. Hebr. mixt. Diff. 4. p. 32.
s) Conf. *Carpzovii* critica ſacra, p. 536. Nachrichten von einer hall Biblioth. vol. 7. p. 485. *Knochii* hiſtoriſch critiſche Nachr. p. 154.

* Ἡ παλαια διαθηκη κατα τους ἑβδομηκοντα. Vetus Teſtamentum ex verſione Septuaginta Interpretum, ſecundum Exemplar Vaticanum Romae editum, accuratiſſime denuo recognitum, una cum Scholiis ejusdem Editionis, Variis MStorum Codicum Veterumque Exemplarium Lectionibus, nec non Fragmentis Verſionum Aquilae, Symmachi, et Theodotionis. Summa cura edidit Lambertus Bos, L. Gr. in Acad. Franeq. Profeſſor. Franequerae Excudit Franciſcus Halma, Illuſtr. Friſiae Ord. atque Eorundem Academiae Typogr. Ordinar. MDCCIX. 4. maj. [II.]

Ex prolegomenis: Sic tandem exhibemus tibi L. B. opus, in quo elaborando quinquennium et amplius deſudavimus.

Ex Cap. I. prolegomenon: Confectam eſſe hujus verſionis partem nullus dubito, primis Ptolemaei Philadelphi annis, vel tempore illo, quo ſimul cum parente regnum adminiſtravit filius, cujus ſive juſſu, ſive potius ſponte ſua ſacros libros ex lingua Hebraica in Graecam converterunt Judaei Alexandrini, qui Graece ſciebant. — Fuiſſe autem Alexandrinos Interpretes illos, ex dialecto colligi poteſt; plurima vocabula in Graeca verſione Alexandrinis propria congeſſerunt Joan. Croius et Humphredus Hodius. — Non tot homines, quod vulgo feruntur, nimirum LXX. vel LXXII. hoc opus aggreſſi fuiſſe videntur: ſed pauciores numero, et forſan quinque tantum — quemadmodum videre eſt apud Hodium p. 32. atque hi homines non transtulerunt omnes libros, ſed Pentateuchum ſolum. — Quod opus cum abſolutum eſſet, traditum haud dubie fuit LXXvirali Synedrio Alexandrino, a quo poſtquam recenſitum, examinatum et approbatum eſt, inde appellationem verſionis LXX. virorum nactam videtur.

Quod ad reliquos libros attinet, illi deinceps ſunt translati, non ſimul eodemque tempore, neque ab uno, ſed a diverſis hominibus diverſisque temporibus, id quod e ſtilo facile quivis colligere poteſt. Librum *Joſue* ſerius et quidem poſt regnum Ptolomaei Evergetae junioris translatum fuiſſe colligit doctiſſ. Hodius ex vocabulo γαισος, quod cap. 8. Joſue occurrit. Diverſum a Pentateuchi ſtilo eſſe ſtilum librorum Judicum, Ruthae et Regum (hic unico exemplo demonſtrat). Praeterea in iisdem libris voces et phraſes Hebraeae aliis ſaepe Graecis redduntur vocibus et phraſibus, quam in Pentateucho. — Qui Paralipomena transtulit, rurſus alius fuiſſe videtur ab Interprete Libri Judicum et Regum, quia idem vocabulum diverſimode ſaepe reddiderunt. Eſtherae Librum converſum in Graecam linguam fuiſſe Philometoris tempore colligere eſt ex nota hiſtorica, quae ad finem libri adjecta eſt. — Diverſus iterum interpres Jobi; is Poëtas Graecos legit; variae enim ibi occurrunt voces et phraſeologiae poëticae. — Qui Pſalmos et Prophetas transtulerunt, periti atque diſerti fuerunt. Et Pſalmorum Interpretem alium fuiſſe a praecedentibus, certe ab interprete librorum Regum, patet ex uno Pſalmo, qui in duobus locis reperitur, et in Pſalterio Pſ. ſc. 17. et 2 Reg. 22. ſed verſio Graeca valde diverſa. — In Proverbiis etiam aliquando poëtica occurrunt. — Eccleſiaſtae Interpretem alium quoque fuiſſe a praecedentibus, ſatis ex ejus dictione apparet. — Diverſa et recentior eſt Cantici verſio; ſuſpicari quis poteſt eſſe Symmachi: occurrunt enim iſthic vocabula Symmacho propria. Diverſos denique a Pentateuchi aliorumque Librorum Interpretibus fuiſſe, qui Prophetas transtulerunt, inde pariter colligi poteſt, quod Pro-

Prophetarum Interpretes saepe vocem Hebraeam Graece reddiderint, quam priores illi non reddiderant, sed (excepto Danielis libro) et quorundam aliorum versionem factam fuisse sub Ptolomaeo Philometore, non sine ratione existimat Hodius lib. 2. cap. 9. Non vero putandum est omnes Propheticos libros ab uno Interprete esse conversos; facile enim cuivis attendenti patet fuisse plures, et alios aliis peritiores et doctiores — — minus exercitatos fuisse homines, parumque judicio valentes, qui Propheticos quosdam libros transtulerunt. — — Praeter alios nactus est Esaias interpretem sese indignum. — Vere judicarunt viri illi docti, qui Romanam editionem procurarunt, illam non resipere puram LXX. editionem. Profecto ita se res habet: est enim illa versio Danielis, qua nos hodie utimur, Theodotionis; quin imo nominatur in vetustissimo Renati Marchalli Prophetarum exemplari: *Δανιηλ κατα Θεοδοτιωνα*, *Daniel juxta Theodotionem.* [t])

[Prolegomena operi praemissa in tria capita sunt distincta. Caput primum, ex quo auctor noster, quae jam exposita sunt, hausit, agit de versione Graeca LXX. Interpretum, ejusdemque utilitate; secundum de praecipuis LXX. Interpretum Editionibus: de Codice Vaticano ejusque praestantia; item de Alexandrino Codice, Variantibus Lectionibus, aliisque quae in hac Editione conspiciuntur. Hic recenset editor editiones cardinales, Complutensem, Aldinam et Romanam, una cum derivatis ex illis editionibus, et postquam de editionibus Londinensi, Cantabrigiensi, et Amstelodamensi, sententiam tulerat, de iis quae praestitit, rationem ipse reddit: „Bene vero se habet, quod in hac nova nostra editione curanda vestigiis istius Londinensis non institerim. Diligenter et ad verbum omnia contuli ipse cum editione „Romana, cujus exemplar exstat in Bibliotheca nostra publica; nec me laboris illius „poenitet. Hoc enim si non fecissem, ad eundem cum aliis offendissem lapidem, „eundem erravissem errorem. Textum igitur heic tibi L. B. exhibeo purum Codi„cis Vaticani secundum editionem Romanam, accuratum et a mendis repurgatum, „servato eodem ordine capitum ac Psalmorum, servatis iisdem transpositionibus, „quae apud Jeremiam aut alibi occurrebant. Unum tantum mutare volui ac debui „secundum id, quod apud nos receptum est: Libros sc. quos vocant *Apocryphos*, ad „calcem Librorum Canonicorum reduxi. Quare vellem equidem, doctissimum „Grabium judicium suum de nostra editione suspendisse tantisper dum eam vidisset, „nec male adeo de ea opinatum fuisse. Ceterum ne quid in hac nova nostra editio„ne desideraretur, visum fuit singulis paginis subjicere Scholia Romanae editionis, et „praeter illa omnes variantes Lectiones, quotquot conquirere potuerimus. Excerpsi„mus enim e Polyglottis Anglicanis cunctas, quas in isthoc opere exhibuerat vir eru„ditissimus et diligentissimus Brianus Waltonus. Has omnes inter familiam facile „ducunt eae quae de codice Alexandrino vetustissimo sane ac nobilissimo sunt deprom„ptae.„ Subjungit hisce recensionem editionum aut codicum, e quibus variae lectiones collectae sunt, et tabulam transpositionum in Jeremia obviarum. Caput tertium sistit Animadversiones ad loca quaedam LXX. Interpretum aliarumve Versionum aut Lectionum; quorum alia emendantur, alia explicantur aut illustrantur: quibus accedunt loca illa, in quibus Biblia Polyglotta minus recte lectionem Alexandrinam exhibuerunt ex praefatione *J. E. Grabii* ad Pentateuchum. Textus graecus typo ele-

t) *Le Long* p. 196. col. 1. A.

eleganti et diſtincto diviſis columnis inſcriptus, et ex editione Romana accurate expreſſus eſt. Interim circa locum Exod. 25, 6. editor humani quid paſſus videtur. Abeſt ille locus ab editione Romana, et teſte *Waltono* in Londinenſia Polyglotta caſu tantummodo tranſiit. Idem etiam *Boſio* accidit, ut ex Polyglottis incuria ductus eundem tranſcripſerit, neque illam, uti *Reineccius* fecit, ſigno a reliquo Romano editionis contextu diſtinxerit. Accedunt editioni quatuor mappae geographicae et repraeſentatio ſanctuarii ad Exod. 26. et urbis Hieroſolymae aeri inciſa. Editio facile princeps, quae quamvis Romanae raritate ſit inferior, uſui tamen quotidiano longe eſt accommodatior. [u])

Ἡ παλαια διαθηκη κατα τους εβδομηκοντα. Vetus Teſtamentum ex verſione Septuaginta Interpretum, ſecundum exemplar Vaticanum Romae editum, denuo recognitum. Praefationem, una cum variis Lectionibus e praeſtantiſſimis MSS. Codicibus Bibliothecae Leidenſis deſcriptis, praemiſit David Millius. Tom. I. II. Amſtelodami Sumptibus Societatis. MDCCXXV. 8. [III.]

Quibusdam exemplaribus in titulo adſcriptum legitur: *Trajecti ad Rhenum ap. Guil. van de Water et Jac. van Poolſon:* ſed una eademque eſt editio pluribus Bibliopolis communis. *Millius* id ſibi potiſſimum propoſuit, ut editionem forma minorem et portatilem linguae Graecae ſtudioſis traderet. Textum itaque accurate ex editione praecedenti *L. Boſii* exprimi curavit, quae ipſo judice maximi ab eruditis eſt aeſtimanda. Repraeſentatur itaque hic genuinus et purus editionis Romanae Textus, ſicuti a praecedenti editore reſtitutus eſt. Nihil itaque novi de Textu nobis dicendum eſt. Reſtat, ut de praefatione et Variantibus Lectionibus nonnulla obſervemus. In ipſa praefatione multis in locis aſſentit *Boſio;* quibusdam vero in aſſertis ab eo recedit. Variae lectiones, quae huic editioni propriae ſunt, ſequuntur praefationem, et duplicis ſunt generis. Priores deſumptae ſunt e Codice Leidenſi ſatis antiquo litteris majuſculis ſine diſtinctione et accentibus ſcripto, cujus ſpecimen exhibetur. Codex ille fuit olim *Mentelii*, deinde *Patricii*, porro *Voſſii*, et denique Bibliothecae Leidenſis; mutilus eſt, et ſola continet fragmenta e Libris Moſis, Joſuae et Judicum. Ipſae vero Variationes non ſunt ejusdem momenti. Gen. XXXI, 53. ανα μεσον ἡμων. MS. αυτων. v. 54. και εθυσε. MS. εθυσε ιακωβ. ibid. και εφαγον και επιον. MS. του φαγειν αρτον και εφαγον ⋇ αρτον. v. 55. τους υιους. MS. υιους αυτου. ibid. αποςραφεις λαβαν απηλθεν εις τον τοπον αυτου. MS. απηλθεν αποςραφεις εις τον τοπον αυτου. Sequuntur Variae Lectiones, quas *Iſ. Voſſius* in margine Edit. Romanae annotavit, ex incerto quodam codice, qui tamen non levioris momenti fuiſſe videtur. Lectiones interdum ſunt ſingulares. Gen. III. v. 1. ειπεν ο θεος) ειπε ο κυριος ο θεος. v. 5. ὁτι ἡ αν ἡμερα) ὁτι εν ἡ αν ἡμερα. c. V, 16. δυο και οκτα-

u) Conf. *Carpzovii* Crit. ſacr. p. 536. Acta Erudit. Lipſienſia, A. 1710. p. 473. *J. M. Goezii* Verzeichnis ſeiner Bibelſammlung p. 70. Catalog. Biblioth. Bunav. tom. 1. p. 9. *J. G. Walchii* Biblioth. exeget. p. 139. *Jac. Bernard* Nouvelles de la republique des lettres, A. 1710. p. 634-649.

ὀκτακοσια ἐτη.) δυο και εγδοηκοντα και ἑπτακοσια. Sed speciminis loco haec sufficiant. Editio *Millii* omni ex parte praecedenti *Bosii* longe est inferior. x)

§. LX.

Editiones iteratae Graecae. In Germania.

[I.] * Ἡ παλαια διαθηκη κατα τους ἑβδομηκοντα. Vetus Testamentum Graecum ex versione Septuaginta Interpretum, cum Libris Apocryphis, juxta Exemplar Vaticanum Romae editum, et Anglicanum Londini excusum. Accessit Novum Testamentum juxta Oxoniensem editionem recusum, cum parallelis Scripturae locis et variantibus lectionibus, quae e plurimis manuscriptis et impressis codicibus studiose collectae sunt. Omnia accuratissime ad fidem optimorum Codicum emendatius quam unquam antea, expressa. Cum privilegio Sereniss. Elect. Saxoniae. Lipsiae sumptibus Joh. Christophori Königii Bibliopolae Goslariensis, typis Christophori Fleischeri. MDCXCVII. 8. maj.

Cura et studio Matthiae Jacobi Cluveri et Thomae Klumpfii cum Johannis Frickii prolegomenis, in quibus de variis Graecis Bibliorum editionibus accurate differit.

In minoribus editionibus (sc. Londinensi, Cantabrigiensi, Amstelodamensi et Lipsiensi) Romana pro lubitu interpolata est, atque mutata, ut ad Hebraeum Textum et nuperas versiones propius accederet, ordine librorum, capitum, versuumque saepe transposito, Psalmorum nomenclatura prout est in Hebraeo expressa, additis subinde ex Aldino et Complutensi Exemplari integris vocibus. — Imo singulas quoque voces saepius mutatas, et quod omnem excedit audaciam, negativam aliquando particulam absque omni auctoritate additam observavi Hoseae cap. 4. vers. 14. — Unde et Typothetae Cantabrigienses, Amstelodamenses et Lipsienses ita versionem Graecam recuderunt, utpote non ipsam Romanam sed Londinensem editionem interpolatam ubique male sequuti sunt. Ita Jo. Ern. Grabius. y)

[Humani procul dubio quidquam passus est *Grabius*, dum ad Hos. 4, 14. tres istas editiones modum excedentis audaciae accusat. Nec in Amstelodamensi, nec in Lipsiensi occurrit addita particula negativa, sed utraque editio legit uti in editione *Lamberti Bosii:* ὁ λαος ὁ μη συνιων, uti et Aldina et Basileensis *Herwagii;* Complutensis vero habet ὁ λαος ου μη συνιων, et editio polyglotta Sanct-Andreana ο λαος ου συνιων. Quoad reliqua vero, immutatum nimirum Psalmorum numerum, additamentum ad Exod. XXVIII, 23, et transpositiones in Jeremia obvias, Londinense haec sequitur exemplar. Hinc idem, quod supra §. LVIII. n. 1. exscripsimus, ad Lectorem monitum editor prolegomenis subjunxit. Ad calcem librorum Canonicorum accedunt Libri Apocryphi, quibus appendicis loco Oratio Manassae graece, et denique Prologus incerti auctoris ex Editione Complutensi subjicitur. Sequuntur *In sacra Biblia Graeca ex Versione LXX. Interpretum Scholia: Simul et Interpretum caeterorum lectiones variantes.* Duplicis sunt generis: Quae ex exemplari Londinensi de-

x) Conf. *Knochii* historisch critische Nachrichten p. 148. Sammlung von Alten und Neuen, 1726. p. 692. *J. G. Walchii* Biblioth. exeget. p. 139. Catalog. Biblioth. Bunav. tom 1. p. 9. Index Bibl. Wernigerod.

y) *Le Long* p. 194. col. 2. D.

desumta sunt, asterisco (*), quae vero ex editione Aldina et Wecheliensi hausta sunt, signo (†) distincta sunt. Novum Testamentum ex editione Oxoniensi *Johannis Felli* 1675. 8. accurate est transscriptum, habetque, quae in V. T. desiderantur, loca parallela, variantesque ad calcem rejectas lectiones. [z]) Restat denique ut de eruditis Prolegomenis, quibus haec editio superbit, rationem reddamus; id quod verbis Lipsiensium, qui Acta eruditorum recensuerunt, facturi sumus: „Ne vero videre„tur prooemium operi utilissimo deesse, operosa illa praefatio, velut isagogica, prae„fixa est, de Graecis S. Scripturae versionibus et editionibus paulo latius dissertans. „Auctor illius Clarissimus *Joh. Frickius*„ (Ulmensis, qui nomen suum tantum litteris initialibus J. F. indicavit) „id sibi inprimis negotii dari credidit, ut succinctam Grae„carum omnium S. Scripturae Versionum, quas quidem novimus, historiam e genui„nis veterum scriptorum monumentis erutam exhiberet: tum recentiorum quoque „Philologorum praestantissimorum diffidia et observationes, quae ad rem facere vi„derentur, excuteret immisceretve: tandem sua quoque hic illic animadversa insper„geret. Ordinem chronologicum servat, adeoque ab initio statim de antiquissima „illa versione Graeca Bibliorum, quae Persarum quoque imperium antegressa a non„nullis, Aristobuli Judaei Peripatetici auctoritate inductis, creditur, ita agit, ut „eam explodat: Simonio tamen non assensus, qui Aristobuli librum, et libros Heca„taei atque Clearchi gentilium scriptorum (Judaeis paulo aequiores) pro supposititiis habet; cui noster ad allatas rationes respondet. Inde de Samaritica versione „Graeca loquitur. — Noster post haec de ipsa versione LXXvirali agit, ejusque hi„storiam, prout a variis Veterum relata est, enumeratis una circumstantiarum va„rietatibus recenset: tum et recentiorum conjecturas refert; — nec non errores „aliquot B. Mich. Waltheri, et alios anonymi alicujus, contra quem Ludov. Capel„lus stilum strinxit. — Totam S. Scripturam a LXX. interpretibus ita versam cen„set, ut non simul et semel, unave omnium opera, illud factum existimet; sed vel „iterata editione, vel a singulis, post versionem Pentateuchi manum reliquis libris „sensim admoventibus. Auctoritatem illius versionis in Judaeorum Synagogis adeo „magnam fuisse credit, ut non solum subnexa in publicis conventibus praelecto an„te omnia textui Hebraeo fuerit illa, quod Rich. Simonio videtur; sed et sola qui„busdam in locis lecta. — De Aquilae aetate, versione duplicis editionis, qua„rum posterior dicta κατ᾽ ἀκρίβειαν, versionis hujus auctoritate apud Judaeos atque „Christianos, et inprimis apud dissentientem toties a se Hieronymum, deque aliis „hujus generis quaestionibus inde paulo fusius differit. — —. De Theodotionis „Symmachique aetate nonnulla contra Petavium affert. — De his omnibus, ut et „de quinta, sextaque et septima ἀνονύμων versionibus, cum praeter fragmenta nihil „supersit, de his quoque agit, et quam multa supersint in MSS. codicibus Bibliorum „graecis Drusio et Waltono non animadversa monet; — Postmodum de κοινῇ ve„terum agit, et in quantum illa sit ab Editionibus Origenianis diversa. Hac igitur „occasione Tetrapla Hexaplaque Origenis sollicite explicat. — Pamphili et Eusebii „editiones Bibliorum graecorum, olim in Oriente celebres, ab Origenianis nulla in „re fuisse diversas, quam quod scribarum menda sustulerint, ex aliis animadvertit, „et distingui debere addit editiones istas ab ea, quam diu post mortem Pamphili so-

z) vid. Part. I. cap. II. Sect. I. §. 57. n. 1.

„lus Eusebius auspiciis Constantini Magni in usum Constantinopolitanorum procuravit. „Exinde de Luciani et Hesychii claris per orbem Christianorum των LXX. editionibus agit; et post alia illud inprimis annotat, errare, quotquot Hieronymi quodam „loco inducti, Eusebianeam, Lucianeam et Hesychianeam Graecorum Bibliorum „editiones magno per orbem Christianum dissidio occasionem dedisse putant. — Annotat Masium et Conringium autumasse, Vaticanum codicem esse ad editionem Luciani expressum, et Is. Vossium commemorare reperiri in Bibliotheca Christinae Sueciae Reginae quendam ejusdem editionis codicem. Juxta Hesychii editionem esse „scriptum codicem Alexandrinum — non improbabile credit. — Paulo prolixior „est de Sophronii versione graeca versionis latinae Hieronymi ad Hebraeum factae.„ Agit denique Auctor de editionibus recentioribus versionis graecae, easque ad certas revocat classes. Ipsa vero editio quoad typorum nitorem et chartae puritatem editionibus Londinensi et Amstelodamensi longe est inferior, sed si prolegomena spectas, omnibus aliis praeferenda est. [a])

[II.] Ἡ παλαια διαθηκη κατα τους ἑβδομηκοντα. i. e. Vetus Testamentum Graecum ex versione Septuaginta Interpretum, una cum Libris Apocryphis secundum Exemplar Vaticanum Romae editum et aliquoties recognitum, quod nunc denuo ad optimas quasque editiones recensuit, et potiores quasdam Codices Alexandrini et aliorum lectiones variantes adjecit M. Christianus Reineccius, SS. Theol Bacc. Consil. Saxo-Weisenfels. Ill. Augustei Rector et P. P. Lipsiae MDCCXXX. ap. Bernh. Christoph. Breitkopfium. 8.

Ex Praefatione: — „Ut optandum fuerit, magis integram hanc Versionem Graecam servatam fuisse, et a mendis, naevis et defectibus liberam, quod in nullo codice (ut de Editionibus nihil dicamus) et ne in Vaticano et Anglicano quidem factum esse, ipsi Editores fateri coacti sunt, etiamsi de palma certaverint Anglicani cum Romanis. Uterque enim Codex et Vaticanus et Alexandrinus suos habet naevos et defectus, quos emendare et complere utcunque conati sunt scribae et editores, nunc applausum apud Doctos, nunc reprehensionem commeriti. Sed multa ex istis naevis et mendis tribuenda sunt aetati, qua verterunt interpretes, multa forte etiam codicibus MSS. ex quibus verterunt, et multa denique oscitantiae et Interpretum et scribarum, ne quae injuria temporum in MStis exesa sunt et per alienos custodes perdita, memorem; attamen plura adhuc bona supersunt in hac versione Graeca, nec ea in interpretatione S. Literarum et lectione S. Patrum carere sine multo incommodo possumus. In nostris Quadrilinguibus secuti sumus editionem Anglicanam *Joh. Ernesti Grabii*, in praesenti vero libello maluimus exprimere editionem Romanam, et pressius quidem quam factum videtur in Editionibus aliis, utpote Londinensi 1653. Cantabrigiensi 1665, Amstelodamensi 1683, Lipsiensi 1697, Trajectina 1725. etc. nisi quod exemplo harum in aliquibus versibus et capitibus Jeremiae 25-51. ordinandis

a) Acta Erudit. Lipsiens. A. 1698. p. 74. etc. *Carpzovii* Crit. sacr. p. 536. *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern, vol. XI. p. 100. *Knochii* hist. crit. Nachrichten p. 144. *J. M. Goezii* Verzeichnis seiner Bibelsaml. p. 75. *J. G. Walchii* Biblioth. exeget. p. 138. *Reimmanni* catal Biblioth. theol. p. 236. Index Bibl. Wernigerod.

dis ob faciliorem uſum ſtudioſorum ſervaverimus ordinem textus Hebraei, utut hoc *Lamb. Boſio* in ſua editione non placuerit, nec forte placebit aliis, ſed in horum gratiam adjecimus p. 1089. Tabulam, in qua utriusque codicis et Graec. et Hebr. capitum ordo conſpicitur. Si qua vero ex Complutenſi aut alia editione retenta ſunt, ea etiam ſuis ſignis notavimus, v.g. Exod. 25, 6. c. 28, 23. ſqq. Lectiones variantes ex *Cod. Alex.* aliisque paucas tantum addidimus, nec niſi in locis aliquod momentum habere viſis. Noluimus enim hoc Manuale Bibliorum Verſionis Graecae iis, attenta plerarumque illarum exigua utilitate, onerare et lectionem ſtudioſorum morari. Defectum hunc, ſi quis eſt, compenſare poterunt editiones majores et Biblia noſtra Quadrilinguia." Editio quotidiano uſui maxime accommodata, claro quamvis aliquantulum minori typo exſcripta, quae quidem Romanam editionem accurate ſequitur, id tamen peculiare habet, ut Libri Apocryphi e medio Canonicorum ſublati ad calcem operis ſint rejecti. Diſturbatum ordinem Capitum Prophetae Jeremiae, in cujus originem et cauſam nuper erudite inquiſivit Cl. *J. G. Eichhornius*, [b]) ad normam Codicis Hebraei reſtituit editor. [c])

Ἡ παλαια διαθηκη κατα τους ἑβδομηκοντα. i. e. Vetus Teſtamentum Graecum ex verſione Septuaginta Interpretum, una cum Libris Apocryphis — M. Chriſtianus Reineccius — Editio ſecunda, Lipſiae impenſis Bernh. Chriſt. Breitkopfii. MDCCLVII. 8. [III.]

Editio iterata priori in omnibus accurate reſpondens.

Ἡ παλαια διαθηκη κατα τους ἑβδομηκοντα. Hoc eſt: Vetus Teſtamentum ex verſione Graeca Septuaginta interpretum ad Exemplar Vaticanum Romae editum ex optimis codicibus expreſſum. Acceſſerunt Libri Apocryphi. Halae ſumptibus Orphanotrophei. MDCCLIX. 12. [IV.]

In gratiam emptorum et inprimis ſtudioſae juventutis, in quatuor tomos, quorum ſinguli titulo ornati ſunt, diſtincta eſt editio in forma portatili procurata. Tomus I. continet Pentateuchum et libros hiſtoricos priores; tomus ſecundus libros hiſtoricos poſteriores, ut et Iobum; tertius, Pſalterium Davidis et Scripta Salomonis; quartus denique Prophetarum ſcripta. Quibus accedunt Libri Apocryphi eadem forma jam anno 1749. expreſſi. [d]) Procuravit editionem *Joh. Georg. Kirchnerus*, qui et praefationem praemiſit, in qua, praemiſſis nonnullis, occaſionem hujus editionis, et quid in illa effectum ſit, exponit: „Primo omnis opera data eſt, „ut textus ipſe graecus cum praeſtantiſſimis conferretur codicibus, ſecundum „exemplar Vaticanum Romae editum operoſe recognitis, atque ad eorum fidem et „ordinem curate exprimeretur. Quem in finem pleraeque editiones optimae in „conſilium adhibitae ſunt, e quibus tantum potiores, nimirum *Lamberti Bos*, *David* „*Millii*, *Joannis Erneſti Grabii*, *Joannis Jacobi Breitingeri* cet. nominaſſe ſuffi„cit. Deinde etiam id ſedulo actum eſt, ut non ſolum nova lemmata ſuccincta „capitibus praeponerentur, ſed etiam inſcriptiones breves, argumentum praecipuum „cujusvis paginae indicantes, lectorum conſpectui ſe praeberent. Quod vero tan„dem ad externam libri faciem concinnitatemque attinet, eam ſe tam typorum gran-

b) Repertorium für die bibliſche und morgenl. Litteratur, part. I. n. 4. p. 141.

c) *Knochii* hiſtor. crit. Nachrichten p. 153.

d) vid. Part. I. Cap. IV, §. 2. n. 5.

„ditate chartaeque nitore, quam emaculatiori caſtigataque ſphalmatibus lectione, „quantum in humanis viribus poſitum eſt, lectoribus facile commendaturam ſpera„mus et confidimus.„ Codices itaque, quibus editor uſus eſt, non ſunt Codices, ſed editiones typis expreſſas ita ſalutare ipſi placuit. Quem vero in finem editiones Codicis Vaticani cum Editionibus *Grabii* et *Breitingeri*, quae codicem Alexandrinum repraeſentant, collatae ſint, ſcire procul dubio optarent lectores. Eum quidem in finem inſtitui potuiſſet ejusmodi collatio, ut variae exinde colligerentur lectiones; verum iſtae ab hac editione penitus abſunt. Nec ex optimis editionibus, uti titulus vult, haec editio expreſſa eſt. Optimae enim editiones ſunt citra dubium editiones *Boſii* et *Millii*, quae ab interpolationibus immunes, editionem Romanam accurate repraeſentant. Verum non ad hasce genuinas, ſed ad interpolatas haec formata eſt, adeoque cum Londinenſi, Cantabrigienſi, et Lipſienſi conſentit. Quod Libros Apocryphos attinet, illi non ex editione Romana, ſed ex editione *Breitingeri*, ſunt deſcripti. Qui denique plagularum emendandarum curam ſuſcepit, multum humani paſſus eſt. [e])

§. LXI.

Editio iterata graeco-latina.

[I.] * Ἡ παλαια διαθηκη, κατα τους ἑβδομηκοντα, ἐκδοθεισα δι αὐθεντιας Ξιστου ε. ἀκρου ἀρχιερεως. Vetus Teſtamentum ſecundum LXX. et ex auctoritate Sixti V. Pont. Max. editum. Cum Scholiis Romanae Editionis in ſingula capita diſtributis. Omnia de exemplari Romano fideliſſime et ſtudioſiſſime expreſſa. Nunc primo e regione textus Graeci appoſita eſt Latina translatio: Verſuum quoque numeri, qui antea nulli erant, ad collationem Latinae Vulgatae in margine, quoad fieri potuit, inſcripti ſunt. His ut corpus Bibliorum integrum conſtaret auctarium acceſſit: Novum Teſtamentum, Graece Latineque, ad fidem probatorum Codd. et verſionis Vulgatae. Adjectae ſunt Capitum Summae, indicesque novi locupletiſſimi, ſuis tomis redditi. Quae ultra ſunt, docebit ad Lectorem Epiſtola. Tomus I. II. III. Lutetiae Pariſiorum, apud Nicolaum Buon, via Jacobaea, ſub ſignis S. Claudii et Hominis Sylveſtris. M.DC.XXVIII. Fol. III. Vol.

In Comitiorum generalium Cleri Gallicani Actis legitur: [f]) „Anno 1625. „in Comitiis generalibus juſſerunt Epiſcopi, ut inciperetur Graeca Bibliorum Editio „una cum verſione Latina e regione, cujus editionis cura domino Morino doctiſſi„mo e Congregatione Oratorii ſacerdoti demandata eſt.„

Verſionem Latinam in hac Editione Pariſienſi occurrentem male ad Morinum velut auctorem refert Lambecius III. libr. Comment. de Biblioth. Vindobonenſi, pag. 16. Eadem enim eſt, quae jam Romae anno 1588. prodierat: obſervante Joh. Alb. Fabricio. [g])

[*Johannis Morini* cura prodiere integra Veteris et Novi Teſtamenti Biblia Graeca cum verſione Latina; et quidem Vetus Teſtamentum ex duplici editione Romana,

e) Conf. *Walchii* Biblioth. exeget. p. 139.
f) Ad Annum 1635. p. 86.
g) Lib. 3. cap. 12. p. 327. *Le Long* pag. 192. col. 2. E.

mana, Graeca nimirum et Latina; Novum vero Teſtamentum ad fidem probatorum codicum cum verſione Latina vulgata. Integrum opus in tres tomos diſtinctum eſt. Tomo primo continentur: epiſtola nuncupatoria; *Joannis Morini* Bleſenſis, Congregationis Oratorii Jeſu Chriſti Presbyteri, ad Lectorem praefatio, in qua diſſerit de auctoritate LXX. Interpretum: Sixti V. P. M. editionem antiquam eſſe, et germanam illorum translationem demonſtrat; cauſas explicat, propter quas ab Hebraeo textu moderno tantopere diſſentit, rationemque reddit eorum, quae huic editioni in lectorum gratiam ſuperaddita ſunt; Praefatio editionis Graecae Romanae et Praefatio Verſionis Latinae itidem Romae editae; Series librorum ſacrorum hoc tomo contentorum, et primi tomi ſacrae ſcripturae Capitum ſingulorum ſumma, lectori perneceſſarius index. Graece et Latine hoc tomo exhibentur Pentateuchus, Libri hiſtorici, duo Libri Eſdrae, Liber Nehemiae, Tobias, Judith, Eſther et Jobus. Accedit index rerum, Hebraicarum, Graecarum et Latinarum vocum. Subjicitur denique: *Lutetiae Pariſiorum, apud Nicolaum Buon, Sebaſtianum Chapellet, Antonium Stephanum, typographum Regium, et Claudium Sonnium, Via Jacobaea MDCXXVIII.* Secundus tomus continet reliquos V. T. libros una cum Apocryphis, eo quidem ordine, uti in editione Romana habentur. §. LVII. Subjiciuntur indices rerum et verborum, cum addendis et animadvertendis. Ad calcem denique additum eſt: *Editio primum finem ſortita eſt, 22. Aprilis 1628.* Quae *Morinus* in hoc opere edendo praeſtitit, ſequentia ſunt. Primo accurate Romanam editionem Graecam recuſam dedit; deinde adjecit eidem Latinam verſionem, quam *Flaminius Nobilius*, e ſcriptis Patrum Latinorum collegerat; tertio denique ejusdem addidit annotationes, eo tamen ordine, ut Variantes lectiones, quas Nobilius annotationibus ſuis inſeruerat, ſeparatim exhibeat. In praefatione, uti et in reliquis ſcriptis, *Morinus* Textum hodiernum Hebraeum a Judaeis corruptum eſſe contendit, et in hisce corruptelis, cur verſio Graeca tantopere a Codice Hebraeo diſſentiat, rationem inveniſſe ſibi perſuadet. Tomus tertius continet Novum Teſtamentum Graecum, cum Verſione Latina vulgata, et quidem ſine annotationibus. Accedit appendicis loco Oratio Manaſſe et tertius ac quartus Esdrae Liber, una cum indicibus neceſſariis. Editio nitida, rara, et unica, quae ſeorſim prodiit, et duplicem Romanam Graecam et Latinam conjungit. Lites, quas *Morinus* cum variis eruditis aluit, una cum vita ejus exponit *J. P. Niceronius.* h)

* Biblia Graeca. (omiſſis his verbis: accurante Joanne Morino) Pariſiis, Simonis Piget. 1641. III. Vol. Fol. [II.]

Haec editio a praecedenti niſi primo folio nullatenus differt, eademque eſt. i)

[Te-

h) Nachrichten von berühmten Gelehrten vol. 9. p. 30. etc. Conf *Carpzovii* Crit. ſacr. p. 536. *Waltoni* prolegom. IX. §. 30. p 333. *J. M. Goezii* Verzeichnis ſeiner Bibelſamlung p. 290 Merkwürdigkeiten der Königl. Biblioth. zu Dresden, vol. 2. pag. 198. *Dav. Clement* Biblioth. hiſt. crit. tom. 4. p. 17. *Rich. Simon* hiſt. crit. du V. T. p. 524. *J. C. Dornii* Biblioth. hiſt. theol. tom. 1. p. 693. *Joh. Fr. Buddei* iſagoge theol. p. 1523. *J. G. Walchii* Biblioth. exeget. p. 138. Conf. Part. I. Cap. II. Sect. II. §. XIV. n. 2.

i) *Le Long* p. 193. col. 1. B.

[Teste auctore nostro prostant exemplaria cum nota anni nova. Interim non in titulo omnium exemplarium cum nota anni 1628. nomen *Morini* expressum est. Dedimus supra titulum Exemplaris, quod exstat in Bibliotheca Regia Dresdensi, et cujus inscriptio accurate consentit cum Exemplari Bibliothecae Cl. *Goezii*, Hamburgensis. Si *D. Clement* fides habenda est, inscribuntur nonnulla Exemplaria: *Biblia Graeca, scilicet Vetus Testamentum secundum LXX. ex auctoritate Sixti V. Pontif. Maximi editum, cum Scholiis Romanae editionis in singula capita distributis. Omnia de exemplari Romano fidelissime et studiosissime expressa. Nunc primum e regione Textus Graeci apposita est Latina translatio, cum notis doctissimi Flaminii Nobilii (versuum etiam distinctione juxta Vulgatam Latinam adhibita). Accessit N. T. Graece Latineque ad fidem probatorum codicum et versionis Vulgatae, accurante Joanne Morino, cum prolixa ejus praefatione, in qua disserit de auctoritate LXX. Interpretum.* Quae fere eadem sunt, quae apud auctorem nostrum leguntur, et iisdem verbis a *Dornio* jam 1721. adeoque ante ultimam Bibliothecae *Jacobi Le Long* editionem typis mandata sunt. Ad historiam hujus operis multa faciunt hujus *Morini* exercitationes Biblicae de Hebraei Graecique textus sinceritate, germana LXX. interpretum translatione dignoscenda, illiusque cum Vulgata conciliatione, Parisiis 1633. 4. quibus *Simeon de Muis* assertiones veritatis Hebraicae contra *Morini* exercitationes, opposuit.

§. LXII.

Editio iterata polyglotta.

* Biblia Graeca et Latina ex editione Romana, studio Briani Waltoni, adjectis ad finem cujusque paginae variantibus Lectionibus ex Exemplari Alexandrino ab Alex. Huissio collectis. Londini 1657. Fol.

v. Biblia Polyglotta Londinensia.

Editionem Romanam (*ait Waltonus*) ut omnium, quae extant, maxime sinceram in Bibliis nostris exhibemus: quam sine ulla variatione secuti sumus, nisi quod per inadvertentiam versiculus unus Exod. 25, 6. ex Londinensi et Veneto exemplari in nostram editionem irrepsit, qui non est in Romana. Nobilii quoque versionem Latinam exacte retulimus, nisi quod quaedam in Latina versione nonnunquam omissa (nam in Graeca extabant) supplevimus. [k])

Praeter ipsum textum LXX. Interpretum Romanum Gr. Lat. cum subjunctis Lectionibus codicis Alexandrini in hoc opere expressum, Tomo VI. etiam exhibentur Scholia Flaminii Nobilii e Jo. Drusii scriptis locupletata; Patricii Junii annotationes doctissimae, quas ad editionem exemplaris Alexandrini paraverat, ad Caput usque XIV. Numerorum; Andreae Masii notae in Josuam; Variae Lectiones ex editione Complutensi et Aldina, tum e MSS. Cottoniano per Genesin, Cantabrigiensi per Libros Chronicorum, Rupifucaldino per Esaiam, et Card. Barberini per Minores Prophetas collectae. [l])

[Ipsa vero a *Huissio* instituta variantium Lectionum e Codice Alexandrino collectio minime se probavit *J. E. Grabio*, qui in praefatione Octateuchi capite secundo amplum contexuit catalogum locorum, in quibus Biblia Polyglotta minus recte

k) *Waltonus* proleg. IX. §. 32.

l) *Le Long* p. 193. col. 2. B.

cte Lectiones Alexandrinas exhibuerunt. Subtexuit eundem catalogum *Lambertus Bosius* praefationi ad Biblia Graeca, Franequerae edita. m)

§. LXIII.

Editio Alexandrino-Anglicana.

* Septuaginta Interpretum Tomus I. continens Octateuchum; quem ex antiquiſſimo MS. Codice Alexandrino accurate deſcriptum, et ope aliorum exemplarium, ac priſcorum Scriptorum, praeſertim vero Hexaplaris Editionis Origenianae, emendatum atque ſuppletum, additis ſaepe Aſteriſcorum et Obelorum ſignis, ſumma cura edidit Joannes Erneſtus Grabe S. T. P. Oxonii e Theatro Sheldoniano Anno Chriſti MDCCVII. Fol. [I.]

Septuaginta Interpretum Tomus ſecundus continens Veteris Teſtamenti Libros hiſtoricos omnes, ſive Canonicos ſive Apocryphos, quos ex antiquiſſimo MS. Codice Alexandrino accurate deſcriptos, ope aliorum exemplarium ac priſcorum ſcriptorum, praeſertim vero Hexaplaris Editionis Origenianae emendavit V. C. Joan. Erneſt. Grabe Boruſſus S. T. P. ὁ Μακαρίτης. Oxonii e Theatro Sheldoniano M. DCC. XIX. Fol. [II.]

Septuaginta Interpretum Tomus III. continens Veteris Teſtamenti Libros Propheticos omnes, ſive Canonicos ſive Apocryphos; quos ex antiquiſſimo MS. Codice Alexandrino adcurate deſcriptos, ope aliorum Exemplarium ac priſcorum ſcriptorum, praeſertim vero Hexaplaris Editionis Origenianae, emendavit atque ſupplevit V. C. Erneſtus Grabius Boruſſus S. T. P. ὁ Μακαρίτης. Oxonii e Theatro Sheldoniano M. DCC. XX. Fol. [III.]

Septuaginta Interpretum Tomus Ultimus, continens Pſalmorum, Jobi, ac tres Salomonis Libros, cum Apocrypha ejusdem, nec non Siracidae Sapientia, quos ex antiquiſſimo MS. Codice Alexandrino accurate deſcriptos, et ope aliorum Exemplarium ac priſcorum Scriptorum, praeſertim vero Hexaplaris Editionis Origenianae emendatos atque ſuppletos, additis ſaepiſſime Aſteriſcorum et Obelorum ſignis, ſumma cura edidit Joannes Erneſtus Grabe S. T. P. Oxonii e Theatro Sheldoniano, ſumtibus Henrici Clementis, Bibliopolae ad inſigne Lunae falcatae in coemeterio S. Pauli. Londini, anno Chriſti MDCCIX. Fol. [IV.]

Septuaginta Interpretum Tomus I. — Oxonii — MDCCVII. 8. maj. [I.]
Septuaginta Interpretum Tomus II. — Oxonii. — MDCCXIX. 8. maj. [II.]
Septuaginta Interpretum Tomus III. — Oxonii. — MDCCXX. 8 maj. [III.]
Septuaginta Interpretum Tomus ultimus. — Oxonii. — MDCCIX. 8. maj. [IV.]

Hoc opus chartae et typorum ſplendore in utraque forma, tum majore tum minore, oppido ſe commendat, majorem quoque lucem et claritatem ab eruditis notis editoris accepturum. Annotationes, quae ad ultimum tomum amandandae fuerant, morte editoris obveniente, lucem non aſpexerunt.

Ex

m) vid. Part. 1 cap. III. §. VI.

Ex Cap. 2. Prolegom. Grabii. §. 3. Cum in Bibliis Polyglottis textus MS. libri Alexandrini nec adeo exacte ac plene, nec continua ferie fit expreffus, fed ubi a Romana editione, quam pro norma eligendam putavit Waltonus, difcrepat, in inferiori paginae ora per notas, easque hinc inde frequentiffimas diftinctus legatur; cumque aliquando, ubi integra capita funt transpofita, non fine mora ac taedio eum affequi ac invenire poffit lector: neceffarium utique vifum fuit, ut laudatus codex accurate typis ederetur, priusquam vetuftate prorfus exederetur. Accedit quod Textus Alexandrinus, licet Vaticano, ut ante dixi, longe praeferendus, multis tamen in locis et ipfe fit corruptus, ac mutilus partim, partim interpolatus: ubi talis defiderata eft editio, qua is emendatus ac redintegratus in lucem prodiret. §. 4. Ante omnia fcias L. B. quod textus codicis Alexandrini majufculo charactere fit expreffus, paulo minori autem ejusdem five fupplementa, five emendationes, quodque his nihilo minus in margine lectio dicti Libri majoribus litteris fit appofita, adeo ut uno intuitu perfpicere queas, et quomodo is habeat, et quomodo habere debebat. Ac plerumque mendofa verba e regione emendatorum excudi feci; attamen omnes five Librarii noftri, five Libri, ex qua is defcripfit, errores in margine annotare, ac facrum textum legentes citra rationem faepius interturbare nolui: fed commodum potius duxi, menda manifeftiffima hoc loco recenfere. — §. 5. Sunt et alia quaedam menda, ab ipfis tamen Librariis correcta: unde nos eorum emendationes in hac Editione fequuti fumus, nifi ubi manifeftae funt eorumdem hallucinationes; tunc enim primam fcripturam expreffimus. — §. 8. Textus Alexandrinus in noftra Editione quoad literam charactere majore eft expreffus: quae autem minoribus typis excufa leguntur, pro emendationibus vel fupplementis laudati codicis funt habenda.

Novam, quam in me fufcepi, (ait Joan. Erneft. Grabe) [n]) Editionem LXX. Interpretum ita Deo juvante elaborabo, ut ad exemplar ab Origene in Hexaplis cum Afterifcis et Obelis exhibitum quam proxime accedat. Ope enim atque auctoritate mfc. codicum partim, partim editorum librorum quorumdam, non modo obelos iftis, quae ab Hebraeo codice abfunt, verbis apponam, fed et ea quae in vulgato τῶν ὁ textu defunt, fuis quaeque locis, paulo minore tamen charactere inferam, praefixis quidem afterifcis, ubi ea ab Origene ex Theodotionis vel Aquilae aut Symmachi verfione addita conftat, fine ifto autem figno, ubi illa poft Adamantii aevum incuria librariorum exciderint. Menda quoque plurima, quae hactenus irrepferunt, e medio tollam; adeo ut ultra bis mille loca aegra fanitati, mutila integritati reftituam, ac ducentos et quod excurrit verfus integros addam. Haec ille. [o])

[Celebratiffimae hujus pariter ac fplendidiffimae editionis hiftoriam dum condimus, ut ipfius Codicis Alexandrini notitiam praemittamus, ordo dicendorum requirit. Adfervatur ille Londini in Bibliotheca Jacobaea feu Regia Londinenfi, tanquam venerandum Antiquitatis cimelium, quod *Waltonus* fequentibus delineat: „Manufcriptum Alexandrinum ex recenfione Hefychii caftigatum, litteris majoribus „antiquis fine accentuum et fpirituum notis exaratum, defcriptum manu Theclae no„bilis foeminae Aegyptiae circa tempus Concilii I. Nicaeni: quod Cyrillus Lucaris, „cum a Patriarchatu Alexandrino ad Conftantinopolitanum vocatus effet, illinc fe „cum

n) In Epiftola ad *Humphr. Hody* relata p. 639. de Biblior. textibus origin.

o) *Le Long* p. 195. col. 1. B.

„cum tanquam magnum thefaurum Conftantinopolim transtulit, et per D. Thomam „Roe equitem auratum, Regis Angliae apud Turcarum Imperatorem legatum, Carolo I. Brittanniae Regi dono mifit; cujus etiam Hugo Grotius annotat. ad Nov. „Teftam. aliquoties fub Anglici codicis nomine mentionem facit. Extant hujus Co„dicis Lectiones Variantes in Polyglottis Londinenfibus. Alexandrinum dicitur, „non tam quod ex recenfione Hefychii fuerit, quam quod ex Alexandria allatum „fit.„ p) Eundem codicem laudat *Jacobus Ufferius* Armachanus, notamque eidem appofitam refert: *Liber eft Scripturae Sacrae Novi et Veteris Teftamenti, prout ex traditione habemus, eft fcriptus manu Theclae, nobilis foeminae Aegyptiae, ante mille et trecentos annos circiter paulo poft Concilium Nicenum. Nomen Theclae in fine libri erat exaratum: fed extincto Chriftianifmo in Aegypto a Muhammedanis, et Libri una Chriftianorum in fimilem funt reducti conditionem. Extinctum ergo et Theclae nomen et laceratum; fed memoria et traditio recens obfervat.* q) Audiamus denique ipfum *Joh. Erneft. Grabium*, qui de codice, quem multis vigiliis multoque aere publici juris fecit, ita rationem reddit: „Equidem hunc Codicem Concilio Nicaeno haud „antiquiorem effe S. Athanafii ad Marcellinum Epiftola, Pfalmis praefixa, una cum „Eufebii Hypothefibus Pfalmorum plane evincit, ut et Capitula S. Evangeliorum, „horumque minutior diftinctio in ςιχους fecundum Canones Eufebianos, minio in „margine adfcripta. Quod vero non diu poft Concilium Nicaenum, Theclae, adeoque feculi IV. aetate decurrente exaratus fuerit Codex nofter, ex eo colligo, „quod nulla prorfus Epiftolarum Paulinarum divifio in κεφαλαια ac fectiones ibi „appareat, procul dubio his perinde ut Evangeliis apponenda, fi talis aliqua exftitif„fet. Atqui jam anno Chrifti 396. Arcadio IV. et Honorio III. Coff. quempiam S. „Scripturae peritum ac pium virum, cujus nomen nos fugit, Epiftolarum Pauli in „Capitula diftinctionem ac fingulorum capitulorum fummas ac titulos confeciffe con„ftat ex Euthalii praefatione in dictas Epiftolas an. Chrifti 462. fcripta, ac narratione „laudati anonymi de Martyrio Pauli eidem fuffixa. — Is codex eft in folio fcri„ptus atramento in membrana. Singulae paginae duas exhibent columnas. Litte„rae funt unciales, rotundae, ubique ejusdem fere formae ac magnitudinis. Coe„terum de literis confonantibus pariter et vocalibus diphthongisque notandum, quod „illae hinc inde, hae autem ubique fere locorum ac faepiffime fint inter fe permuta„tae. — Spiritus atque accentus quod attinet, eos in primis Genefeos Capitibus „recentior manus appinxit; prima vero Librarii manus per totum codicem rarius „addidit. — Voces plerumque integrae funt fcriptae, exceptis quibusdam, quas „faepiffime abbreviatas videas. Coeterum verba ubique fere continuo literarum „ductu funt inter fe juncta. — Porro notandum, quod Codex Alexandrinus ab ipfo „fcriba, vel quopiam ejus coaevo, cum autographo, aut cum alio potius codice „fuerit collatus ac fubinde emendatus, nec non in margine fuppletus, licet aliquando „parum recte„ r) Conftat exemplar illud magnificum ex quatuor voluminibus, quorum tria priora Veteris Teftamenti libros continent, quartum vero Novum Te-

Pp 2 „ftamen-

p) *Waltoni* proleg. IX. §. 34.

q) *Jac. Ufferius* Syntagm. de LXX. Interpret. p. 100.

r) *Grabii* proleg. ad Octateuch. Cap. I. §. 5. 6. 8.

ſtamentum cum annexa ad calcem Epiſtola D. *Clementis* priori et poſterioris fragmento. s) Injuria vero temporis jam lacunoſus eſt codex; nam a Pſalmi 48. verſu 20, uſque ad verſum 12. Pſalmi 80, et Evangelium Matthaei usque ad caput 27. in eo deſiderantur.

Abſconditum huncce Theſaurum in communes uſus publici juris facere jam plures tentarant. Caput VI. et VII. Libri Judicum juſſu *Jacobi Uſſerii* typis mandatum erat. §. XV. *Patricius Junius* Librum Iobi ϛιχηϱῶς edidit, §. XV. et *Thomas Gale* Anno 1678. Pſalterium ex hoc codice Alexandrino evulgavit. *Patricius Junius* vero integrum codicem edere in ſeſe ſuſceperat, ſed morte, quominus promiſſis ſtare potuiſſet, impeditus eſt. *Grabio* itaque, Boruſſo, qui ad Anglos abiit, opus illud immenſum manſit, qui conſilium de edendo Codice primum 1705. publice ſignificavit, et ſumma dexteritate atque religione coeptum opus ad finem perduxit; quamvis aliter ſentiat *La Crozius.* t) Integri operis Tomus primus e Theatro Sheldoniano prodierat A. 1707. ſed ecce dum ſecundus exſpectatur tomus, biennio poſt A. 1709. in publicum prodit tomus quartus ſeu ultimus. Mirum hoc ſane videretur, niſi *Grabium* non ſine gravi conſilium ſuum mutaſſe ratione conſtaret. Anxie quaerebat *Grabius* MStum illud Syriacum, ex quo *Andreas Maſius* librum Joſuae exprimi curaverat: deſiderabatque duorum MStorum copiam, quorum alterum in Bibliotheca Cardinalis *Chigi*, alterum in Bibliotheca Jeſuitarum Collegii *Ludovici* XIV. extabat. Prius, MStum olim Maſianum, Herbornae in Bibliotheca *Johannis a Lent* latere ex litteris *Danielis Erneſti Jablonskii* compertum habebat. Ne itaque tempus exſpectando otioſe tereret, editionem Tomi ſecundi et tertii in aliud differre tempus, ut ipſi quaeſita et litteris efflagitata MSta conſulere vacaret, et tomum ultimum edere, viſum eſt *Grabio.* Sed antequam votorum ſuorum compos factus eſſet, ad ſuperos evocatus editor opus minus completum aliorum manibus reliquit. Succeſſit ei in opere edendo *Franciſcus Lee*, Medicinae Doctor, qui ſecundum demum tomum A. 1719 evulgavit; poſt cujus fata tomus denique tertius A. 1720. lucem adſpexit. Singulis tomis pereruditа praemiſſa leguntur prolegomena. In tomo primo epiſtolam nuncupatoriam *Annae* Reginae Magnae Britanniae inſcriptam excipit *Humfredi Wanslei* teſtimonium de concordantia hujus editionis cum Codice Alexandrino MSto; et *Johannis Pearſonii* praefatio paraenetica, ex editione LXX. Interpretum Cantabrigienſi. Ipſa prolegomena in quatuor capita diſtincta ſunt: I. Notitia Codicis Alexandrini, ejusdemque praeſtantia prae editione Romana, praecipue quoad Octateuchum. II. Ratio ac Methodus hujus LXX. Interpr. editionis e codice Alexandrino. III. Recenſio variarum editionum LXX. Interpretum, ut et MSS. Codicum Octateuchi, aliorumque monumentorum, quorum ope Textus Alexandrinus emendatus eſt, atque ſuppletus. IV. Enumeratio locorum, quae per conjecturas in hac Octateuchi editione ſunt emendata, ac forte emendanda, ut et cenſura in quasdam aliorum conjecturas. Ad tomum ſecundum accedunt prolegomena itidem in quatuor capita diſtincta. I. Notitia verſionis LXX. Codicisque Alexandrini praecipue quoad hunc tomum. II. Ratio ac Methodus hujus Librorum hiſtoricorum Editionis e Codice Alexandrino. III. Recenſio atque

s) *Millii* proleg in N. T. p. 145.

t) vid. Theſaurus Epiſtolicus Lacroz. tom. III. p. 201.

que usus editionum ac MSS. Codicum, quorum ope Textus Alexandrinus in hoc tomo est emendatus et suppletus. IV. Recensio locorum quorumdam in Libris his Historicis, quorum alia emendantur, alia explicantur aut illustrantur. Continentur hoc tomo Libri quatuor Regum, duo Chronicorum, Liber Estherae, Tobiae, Judithae, Esdrae, Nehemiae, et quatuor libri Macchabaeorum. Tomo tertio, qui omnes continet Prophetas, in quorum numero Hoseas agmen ducit et Daniel claudit, praemittuntur prolegomena, in quibus ostenditur quid in hac Prophetarum editione sit praestitum. Ultimo denique Tomo addita sunt prolegomena. Cap. I. quo notitia Cod. Alex. praesertim quoad hunc tomum traditur, et quae in illo Psalmis praefixa extant, accurate descripta exhibentur. Cap. II. Ratio et Methodus hujus editionis Psalmorum aliorumque librorum metricorum, e Codice Alexandrino. Cap. III. Recensio atque usus MSS. Codicum Psalterii, Jobi etc. nec non aliorum monumentorum, quorum ope textus Alexandrinus est emendatus atque suppletus. In Psalmis codicem lacunosum esse, jam supra observavimus. Hinc quae Codici deerant, e Codice Vaticano supplevit. Accedunt operi denique una cum effigie Reginae M. Brittanniae varia ornamenta aeri incisa, et singula ita adaptata sunt, ut et externa lectorum oculos ubique delectet forma.

Exemplaria in forma minori in octo Volumina sunt distincta. Ipse *Grabius* editionem fieri curavit, tum ut emtoribus minori pretio, quo haec minor editio parari posset, consuleret, tum ut iteratam, quam Amstelodamenses Bibliopolae meditari dicebantur, impediret. Laudat hanc minorem editionem *Jac. Frid. Reimmannus*, qui vero in eo fallitur, quod, *Brianum Waltonum* primum Codicem Alexandrinum in lucem adspectumque publicum prodire jussisse, eumque Bibliis Polyglottis Londini excusis inserui o, scribat. [u])

§. LXIV.

Editio iterata.

Ἡ παλαια διαθηκη κατα τους ἑβδομηκοντα. Vetus Testamentum ex versione Septuaginta Interpretum olim ad fidem codicis MS. Alexandrini summo studio et incredibili diligentia expressum, emendatum et suppletum a

 Joan-

u) Conf. *Reimmanni* catal. Bibl. tom. I. p. 235. *J. G. Carpzovii* Critica sacra, p. 537. *Dav. Clement* Biblioth. hist. et crit. tom. 4. p. 18. *Knochii* histor. critische Nachrichten, p. 125. Nachrichten von einer hallischen Biblioth. vol. 7. p. 487. *J M. Goezii* Verzeichnis seiner Bibelsaml. p. 69. *J. C. Dornii* Bibliotheca theol tom. I. p. 696. *J. G. Walchii* Biblioth. exeget p. 139. *Widekindi* Verzeichnis von rarenBüchern, p. 524. Catal. Biblioth. Bunav. tom. 1. p. 9. Unschuldige Nachrichten A. 1708. p. 338. Acta Erudit. Lipsiens. A. 1706. p. 480. A. 1708. p. 193. A 1710. p. 469. A. 1721. p. 472. et 521. Duo inprimis hic notanda sunt ipsius *Grabii* scripta Primum, in quo, ut supra monuimus, consilium suum de edendo Codice Alexandrino primo publice declaravit: *Epistola ad Clarissimum virum Jo. Millium, qua ostenditur, Libri Judicum genuinam LXX Interpretum versionem eam esse, quam manuscriptus Codex Alexandrinus exhibet; Romanam autem editionem, quod ad dictum librum, ab illa prorsus diversam atque eandem cum Hesychiana esse.* Oxonii 1705. 4. Alterum, in quo in ipsam Versionis septuagintaviralis indolem inquirit: *Dissertatio de variis vitiis Septuaginta Interpretum versioni ante Origenis aevum illatis, et remediis ab ipso in Hexaplari ejusdem versionis editione adhibitis*, Oxonii 1710. 4. Vitam editoris recenset *J. P. Niceronius* in Nachrichten von berühmten Gelehrten, tom. 21. p. 101. etc.

Joanne Ernesto Grabio S. T. P. Nunc vero exemplaris Vaticani aliorumque mss. codd. lectionibus var. nec non criticis dissertationibus illustratum insigniterque locupletatum, summa cura edidit Joannes Jacobus Breitinger. Tom. I. Tiguri Helvetiorum ex officina Joannis Heideggeri et sociorum. M.DCC.XXX. Tom. II. M.DCC.XXXI. Tom. III. M. DCC. XXXII. Tom. IV. M.DCC.XXX. 4. maj. IV. Vol.

Duplex praemisit Editor, qui anno 1776. ad superos abiit, de hac editione paranda consilium A. 1728. In priori promittit omnia, quae ipse postea praestitit; sed et plura exspectari jubet. Constituerat operi *Grabiano* et sequentia addere. 1) *Grabii* Diss. de vitiis LXX. Interpretum versioni ante Origenis aevum illatis, ac remediis ab ipso in Hexaplari editione adhibitis. 2) Ejusdem Diss. singularem de Alexandrini Codicis prae Vaticano praestantiam. 3) *Breitingeri* Vindicias Codicis Alexandrini adversus oppositiones Theologi cujusdam Salamancani, et iniquas *Casimiri Oudini* cavillationes. 4) Notitiam Codicis Vaticani; 5) *Grabii* Epistolam ad *Millium;* 6) *Breitingeri* notitiam codicis MS. Tigurini, Libri Psalmorum, qui aetate Alexandrino et Vaticano haud inferior, et cujus ope insignes in utroque codice lacunas explere animus est, et 7) Varias ad calcem operis rejectas lectiones variantes. De hisce aliquantulum, uti ex ipsa operis recensione patebit, recessit. Alterum idque *Novum Consilium de editione LXX. Interpretum* prodiit IX. Kalend. Maji 1728. Quae hic promittuntur, ita accurate praestita sunt. Audiamus ipsum Editorem: „— Velim autem ita habeas, hanc esse praecipuam nostram curam, ut „puram et sinceram τῶν ό Lectionem ope et ad fidem optimorum Codicum MSS. re„stituamus; cum enim nulla in tanto numero editionum sit, quae vel perfectissimo„rum et antiquissimorum Codd. Vaticani et Alexandrini Lectiones inter se, qua par „est, fide et diligentia componat, et in quo vel conveniant, vel differant, defi„niat; optime de literis mereri mihi videbar, ut hanc ego curam in me suscipe„rem, et doctorum virorum desideriis in hoc genere satisfacerem: ita dabit nova, „quam molimur, Editio, praeter luculentissima in hanc Interpretationem Virorum „Eruditorum Prolegomena, textum ad fidem codicis Alexandrini summo studio ca„stigatum, seu integrum opus Grabianum, quod plurimi dudum tam aequo pretio „parabile votis omnibus expetiverunt. Dabit praeterea omnes Codicis Vaticani „differentias, quas ex ipsa prima ejus editione repetere animus est, quae Sixti V. P. „M. auctoritate A. 1587. Romae vulgata est. — — His uberrimi supplementi lo„co accedent diversae scripturae variorum Codd. MSS. qui maximam partem cum „editis hactenus collati non sunt: Sunt autem III. Bibliothecae Academicae Basileen„sis Codd. membranacei, quorum unus Genesin atque Exodum complectitur, cum „plurimis glossis ex vetustis graecis PP. collectis; secundus 4. Libros Regum et 2. „Paralip. itidem cum glossis; tertius denique simili modo illustratum Jobum, Salomo„nis Proverbia, Ecclesiasten, Canticum, Sapientiam et Siraciden: de quibus Vir „Venerandus — *Jac. Christoph. Iselius* S. S. Th. D. et Pr. ita monet: *Neque est sa„ne quod existimes ab ullo antehac esse cum editis collatos: nam quae paucae Lectiones „variae a Celeb. Monfalconio allegantur, puto illas ego Mabillonium, vel si quis fuit „alius, certis locis cursim inspectis, uti fere fit in peregrinatione ab hominibus erudi„tis, olim adnotasse.* Pretiosissimum vero, quem Bibliotheca Tigurina asservat, Co-

„dicem

„dicem Libri Pſalmorum, membranaceum, purpuratum, literis aureis et argenteis „deſcriptum, qui aetate et auctoritate Alexandrino et Vaticano inferior haud eſt, et „cujus ope inſignes in utroque lacunae commode expleri poſſent, integrum adjiciam. „Obtulit praeterea in examinandis graecis Bibliothecae Auguſtanae membranaceis „duobus voluminibus operam ſuam Vir literatiſſimus — *J. G. Schelhorn*, Illuſtr. „Reip. Memming. Bibliothecarius, quorum alterum Libros Joſuae, Judicum, Ruth, „Regum et Paralip. complectitur; alterum vero Joſuae, Judic. Ruth. Regg. et To„biae. Addam denique lectiones Codicis MS. laceri in Octateuchum, quem ſervat „Bibliotheca Lugd. Bat. et quo uſus eſt Clariſſ. *νυν ἐν ἁγιοις Erneſt. Grabe* in emen„danda Codicis Alexandrini corrupta lectione. Ita haec noſtra, quam commenda„mus, Editio rerum pondere et copia, reliquis, quae extant, omnibus, palmam „facile praeripiet, et digna inprimis erit, cui in publicis quoque Bibliothecis locus „concedatur. Quantum vero ad externum ejus nitorem attinet, viſum eſt Typo„grapho, ne prolixius omnia videatur polliceri, quam praeſtare poſſit, operis ali„quod ſpecimen ſubjungere, ex quo ſinguli de chartae et characterum forma atque „elegantia arbitrari ipſi poſſint. Si qui fuerint, quos offendat, nullas a nobis Co„dicis Vaticani ab Alexandrino diſcrepantias ad priora Geneſeos commata adferri, ii „meminerint, Romanum Codicem longo aevo conſumptis membranis mutilatum eſ„ſe ab initio uſque ad Cap. 47. Geneſeos. Plura non addo. Valete et aequos vos „praebete Arbitros.„ Haec ſunt, quae ſciri voluit editor, antequam ipſum in publicum prodiret opus, quod poſt biennium publici juris factum, ſingula promiſſa ex aſſe comprobavit. Ne vero in recenſendo opere, quae jam §. praecedenti de opere *J. E. Grabii* dicta ſunt, hic iterum dicenda veniant, ex omnibus iis, quae iſto opere continentur, ne verbulum quidem hic deſiderari, in genere obſervaſſe ſufficiat. Habes itaque hic tomo primo, Epiſtolam nuncupatoriam Reginae M. B. a *Grabio* inſcriptam, cui accedit *Breitingeri* epiſtola ad Praeſides Eccleſiae ſcholaeque Tigurinae: porro *Joannis Pearſonii* praefationem paraeneticam; praefationes in editionem Romanam anno 1587. vulgatam, et *Grabii* prolegomena ad Octateuchum. Subjunguntur hisce *Lamberti Bos* animadverſiones ad loca quaedam Octateuchi, ex prolegomenis editionis ab ipſo procuratae; et denique praefatio in hanc novam editionem, multa eruditione referta, et nomine *Breitingeri* omni ex parte digna. In hac praefatione, praemiſſis nonnullis de verſione ſeptuagintavirali ejusque dignitate, id inprimis agit, ut *Lamberti Boſii* editionem ſub cenſuram vocet; atque multis exemplis demonſtret, eum non editionem Romanam ipſam, ſed vel iteratam *Morini* editionem, vel potius editionem *Waltoni* in Bibliis Polyglottis Londinenſibus ſequutum eſſe. „Quoties enim„ (ſunt verba *Breitingeri*) „recentiores hae editiones ab „Archetypo ſuo diſcrepant, toties fere Boſianum exemplar illas ſequitur, relicta „Romana lectione.„ Eodem modo ad reliquos tomos accedunt Prolegomena *Grabii*: Ad ultimum vero reliquis accedit nova praefatio, qua, cur, uti *Grabius* fecerat, ultimum tomum ſecundo et quarto praemiſerit, rationem reddit. Textus accurate ex editione Oxonienſi deſcriptus, cui Variantes Codicis Vaticani Lectiones ſubjectae ſunt. Nihil immutatum eſt, ſi a mendis typographicis et quibusdam emendationibus *Grabii* receſſeris. Compendia vero ſcribendi ſingula prorſus eliminata ſunt. Typi claritate et chartae nitore ſeſe lectori commendant. Editor omnia tanta cura, tanta accu-

accuratione, tantaque eruditione praeſtitit, ut haec ipſa editio Oxonienſi palmam non tam dubiam reddat, quam penitus praeripiat. [x])

§. LXV.

Editio iterata polyglotta.

Biblia Graeca ex Codice Alexandrino, cura M. Chriſtiani Reineccii. Lipſiae ſumtibus Haered. Lankiſianorum. MDCCL. Fol.

v. Biblia Polyglotta Lipſienſia. [y])

Jam Anno MDCCXIII. finita Novi Teſtamenti editione polyglotta, et Vetus Teſtamentum quadriglotton imprimi coeptum erat. Septuagintaviralem Verſionem ex editione *Grabii* operi inſerere ſtatuerat editor. Verum cum *Grabii* editio, uti ſupra indicavimus, usque ad annum MDCCXIX. et XX. antequam finiretur, retardaretur: idem accidit operi polyglotto, quod Anno MDCCL. demum in publicum exiit. Habetur hic Textus graecus ex editione *Grabii* cum variantibus lectionibus Codicis Romani. Quae auctor noſter de editione anni 1712. in forma quarta refert: „Biblia Graeca verſionis LXX. Interpretum juxta edit. J. E. Grabii ex codice „Alexandrino, notatis inſimul in quavis pagina edit. ex Codice Vaticano diſcrepan„tiis, opera Chriſtiani Reineccii in 4. Lipſiae, Lankiſianorum. 1712.„ ex errore orta ſunt. Propoſitum ſuum editionem procurandi hoc anno *Reineccius* publice annunciaverat. Unde haec Biblia auctori noſtro nata ſunt. [z])

§. LXVI.

Editiones tentatae.

* Bibliorum Graecorum LXX. Interpretum editio a Frontone Ducaeo tentata, a Romanis impedita et ſuppreſſa, ut memorat Claudius Sarravius: [a]) „Cogitaverat aliquando Fronto Ducaeus de recenſendis Graecis Sixti „Bibliis, et multa, ut ajunt, praeclara in eam rem congeſſerat. Dum autem „omnem movet lapidem, ut ſuam ἔκδοσιν, undique conquiſitis opibus, locu„pletet, ſcripſit de ſuo conſilio Romam ad ſocios, et ad Vaticanae Biblio„thecae cuſtodes, ut ſe aliqua juvarent. Illi vero, quos promovere debe„bant, conatibus interceſſerunt his fere rationibus, — quod omnes iſtae le„ctionum varietates turbarent potius, quam firmarent Chriſtianorum animos; „quodque poſt Clementis Vulgatam, nihil, quod alicujus foret momenti, „ſupereſſet. Nec hoc dixiſſe contenti, voluerunt, juſſerunt, ut Romam mit„teret, quaecunque de eo argumento ſibi paraviſſet. Parere autem neceſſe „fuit illi, cui ita omnis inſumptus labor αἴχεται. Hoc de Frontone nuper „didici ab ipſo Sirmondo.„

Sic

x) Conf. Nachrichten von einer hall Biblioth. vol 7. p. 486. *J. M. Goezii* Verzeichnis ſeiner Bibelſamml. p. 71. *Mich. Lilienthalii* exegetiſche Biblioth. p. 36. Acta Erudit. Lipſ. A. 1732. p. 345 *J. G. Walchii* Biblioth. exeget. p. 141. Sammlung von Alten und Neuen theolog. Sachen A. 1728. p. 424. A. 1732. p. 164. *Coleri* auserleſene theologiſche Biblioth. vol. 3. p. 654. vol. 4. p. 919. *Niceronii* Nachrichten von berühmten Gelehrten vol. 21. p. 9. Catalogus Biblioth. Bunav. tom. 1. p. 9.

y) Conf. Part. I. cap. III. §. VII.

z) *Le Long* p 196. col 2. E.

a) In Epiſt. 189. ſcripta Jacobo Uſſerio Armachano anno 1648. pag. 193. Epiſtol. ejusd.

Sic loquitur ipſe Ducaeus in Epiſtola ſua ad Seb. Tengnagelium anno 1621. ſcripta. [b]) „Scito interim a nobis praelo adornari Theodoreti opera, „quae accitis Italorum auxiliis exſcribi cuncta curavimus, ut ſimul uſui nobis „eſſent ad eruendas varias lectiones Graecorum Bibliorum, quorum editionem „communem, quam vocat Hieronymus κοινην, et nobis ſuſcipiendam duxi„mus, additis Obelis et Aſteriſcis in iis locis, in quibus a textu LXX. diſ„ſentiat.„

Aliam quam ſupra Sarravius impeditae hujus editionis cauſam exponit Jacobus Sirmondus in Epiſtola anno 1626. ſcripta ad Seb. Tengnagelium. [c]) „In Bibliis ſacris multum et diligenter laborabat Ducaeus, unum„que hoc opus prae coeteris urgebat: ſed vereor, ne in poſterum ſperare li„ceat, propter novam editionem Graeco-latinam, quae hic jam inchoata eſt, „curante ut audio Joanne Morino, e Congregatione Oratorii viro docto.„ [d])

[Habuit *Ducaeus* amicos et fautores, qui conatibus ſuis applaudentes data opera, quod moliebatur opus promovere ſtuduerunt; quorum in numero fuit *Peireſcius*, de quo *Gaſſendus* ſequentia retulit: „Quoniam vero „Fronto Ducaeus parabat eodem tempore editionem codicis Graeci, literis „majuſculis ſcripti, magnamque Bibliorum partem continentis, et ea quidem „antiquitate, ut diceretur correctus manu propria Origenis atteſtantis, cum „tetraplis magnae vetuſtatis collatum, ideo cum *Peireſkius* probe meminiſſet „exſtare apud eundem *Cottonum* MStum Graecum pretioſiſſimum, ab usque „Theodoſii temporibus characteribus etiam majuſculis exaratum, et a Rege „Jacobo mille aureis emtum; ideo inquam, ut ea editio ex collatione fieret „completior, ſcripſit miſitque in Angliam, et fide ſponſioneque data Codicem „obtinuit, cumque *Frontone* communicavit.„ [e]) Romae vero, editionem novam impedire ſatius viſum eſt. Cur vero id factum ſit, non difficile eſt dijudicatu. Ficulnea ſunt, quae ipſi Roma ſcripſerunt ſocii. Verum Ducaeus moliebatur non novam editionis Romanae, uti *Morinus* prudenter ſuſcipiebat, editionem, ſed aliam, ut editionem κοινην antiquis dictam reſtitueret Tales vero conatus auctoritati Pontificis Maximi, tum et Illuſtrium Cardinalium, qui operi Romano praefuere, multum detrahere viſi ſunt. Hinc ut illa tecta et intemerata maneat auctoritas, quo minus opus novum in publicum prodeat, impedire prudentiae eſſe crediderunt. [f])

* Paulus Colomeſius in Epiſtola Gallica anno 1685. ad Chriſtoph. Juſtellum ſcripta de Hiſtoria critica Veteris Teſtamenti, poſtquam Ducaeani inſtituti mentionem feciſſet, ac narraſſet eadem, quae ſupra Sarravius, a quo haec acceperat, addit: „Si Deo placuerit, irritum Frontonis conſilium exe„quar,

b) Pag. 162. lib. I. Comment. de Biblioth. Vindobonenſi.

c) Tom. I. pag. 164 Comment. de Biblioth. Vindobon. a Petro Lambecio relata.

d) *Le Long* p. 192. col. 1. C.

e) In vita Peireſcii ap. *Fabricium* Biblioth. gr. vol. 2. p. 328.

f) Conf. *Frickii* proleg. ad Bibl. graec. p. 53. Acta erudit. Lipſienſia A. 1698. p. 80.

„quar, Romanam fcilicet LXX. Interpretum editionem typis iterum mandabo, cui adjiciam Novum Teftamentum Graecum multopere recognitum, „ac plurimis illuftratum parallelis, quae commentarii vicem fupplebunt.„ g)

[Addimus hisce, cujus jam fupra §. LXIII. mentionem fecimus, *Patricium Junium*, Anglum, qui verfionem graecam e Codice Alexandrino recenfere fufceperat; fed morte praeventus opus ad finem perducere haud potuit. Quae eum in finem in Graecam verfionem confcripfit commentaria ad Cap. XVII. Libri Numerorum perducta Tomo Sexto Bibliorum Polyglottorum Londinenfium inferta leguntur h) *Ifaacus* denique *Voffius* novam LXX. Interpretum editionem fperari juffit, a *Pearfonio* itaque ad promiffa exfolvenda invitatus. §. LVIII. Sed et hujus editio ad Bibliothecam latentem et promiffam ableganda eft.

§. LXVII.

Genefis Graece.

[I.] Genefeos capita V. priora, graece; cura Johannis Draconitis. Vitebergae excudebat Joannes Crato. MDLXIII. Fol.

Vide Polyglotta. i)

[II.] Prima IV. Genefeos capita Graece converfa cum interpretatione latina. Helmftadii apud Wigandum. 1725. 8.

[III.] * Genefis graece, cura Eliae Hutteri. Norimbergae 1601. 8.

Vide Polyglotta. k)

[IV.] Genefeos tria capita priora, graece, cura Petri Artopoei. Bafileae 1545. 8.

Vide Polyglotta. l)

[V.] * Genefeos Caput I. hebraice et graece, fpecimen Hexaplorum Origenis, fragmentis veterum Interpretum e Philoponi maxime commentariis in Hexaemeron conquifitis, cum v. 1. cap. XI. Ofeae, ex eadem editione Hexaplari. (Hamburgi 1707. 4.)

Defcriptum exftat in Bibliotheca Graeca V. Cl. *Joh. Alb. Fabricii* lib. 3. cap. 11. m)

§. LXVIII.

Exodus et Leviticus graece.

Exodi Particula atque Leviticus graece, edidit e cod. MS. Bibliothecae Collegii Paullini Lipfienfis Joh. Frid. Fifcherus. Lipfiae ex officina Saalbachia. A. C. CIƆ IƆCCLXVII. 8. maj.

Ex Praefatione: „Quum ego ante annos aliquot conquirere inftituiffem et comparare copias, quarum auxilio uterer, cum in Clave Fragmentorum Graecorum Vete-

g) *Le Long* p. 192. col. 2. A. vid. *Fabricium* l. c p. 329.

h) v. *Fabricium* l. c. p. 328.

i) Part I cap III. §. X. n. 1.

k) Ibid. §. XI. n. 2. *Le Long* p. 196. col. 2. E.

l) Ibid. §. XIV. n. 3.

m) *Le Long* p. 196. col. 2. E. Conf. Part. I. Cap. I. Sect. III. §. 47. n. 2. et fupra §. XIV.

Veteris Teſtamenti adornanda, tum in augendis locupletandisque Hexaplorum Origenianorum Reliquiis: incidi etiam — in Codicem Membranaceum Verſionis Alexandrinae admodum antiquum, ſeptingentos enim habere annos videtur, eundemque oppido bonum et accuratiſſime ſcriptum, quo tertius quartusve libri Moſis integri continentur, et particulae quaedam ſecundi libri atque quinti, ſed cujus margines commiſſa ſibi ab eadem manu oſtentant multis locis ſcholia utilia non minus quam reliquorum interpretum verba. In his cum vidiſſem multa extare, quae a Montefalconio, ſummo viro, in Codicibus vetuſtis non reperta, neque adeo vulgata eſſent: jam tum conſtitueram, ut prodeſſem ſtudioſis divinarum literarum, ſed ſuperſederem labore moleſto excerpendi et colligendi variantes lectiones e libris caeteris, Codicem integrum edere.„ Fragmenta Libri Exodi incipiunt C. XXXII, 17. verbis Την φωνην του λαου κραζοντων, uti et legit Codex Alexandrinus, et usque ad finem libri pergunt. Leviticus integer exhibetur. Quae in Codice margini commiſſa erant, hic in margine inferiori apparent.

§. LXIX.

Decalogus graece.

Decalogus graece. Studio Johan. Claji. Wittebergae excudebat Johannes Crato. 1572. 8. [I.]

Decalogus graece — Claji. Witebergae excudebant haeredes Johannis Cratonis. 1587. 8. [II.]

Decalogus graece — Claji. Witebergae 1594. 8. [III.]

Decalogus graece — Claji. Witebergae 1597. 8. [IV.]

Decalogus graece. Magdeburgi 1689. 4. [V.]

Decalogus graece. Pariſiis apud Jacobum Gazellum. 1544. 16. [VI.]

Decalogus graece. Jenae 1692. 12. [VII.]

De hisce omnibus vide inter Polyglotta. n)

§. LXX.

Numeri et Deuteron.

Numeri et particula Deuteronomii graece, edidit e cod. MS. Bibliothecae Collegii Paullini Lipſienſis Joh. Frid. Fiſcherus. Lipſiae ex officina Saalbachia. A. C. CIↃ IↃCCLXVIII. 8. maj.

Editio ſuperiori §. LXVIII. in omnibus ſimilis. Editor elegantes de verſionibus Graecis librorum V. T. Litterarum hebraicarum magiſtris proluſiones ab anno 1762. edidit, easque anno 1771. 8. in unum redegit faſciculum.

§. LXXI.

Joſua graece.

* Joſuae imperatoris hiſtoria illuſtrata atque explicata ab Andrea Maſio — Antwerpiae ex officina Chriſtophori Plantini Architypographi Regii, 1573. Fol.

V. inter Polyglotta. o)

Haec

n) Part. I. c. III. §. XV. n. 1-7.

o) Part. I. c. III. §. XIX.

Haec editio Septuaginta duorum Interpretum quidem eſt, ſed admixtione verborum Theodotionis ſuppleta, atque aſteriſcis, obeliſcisque et lemniſcis, ut olim ab Adamantio, ubique diſtincta, illuſtrataque et ab incredibilibus multis mendis repurgata.

Ex Maſii Epiſtola ad Philippum II. Hiſpaniae Regem nuncupata. „Ego igi„tur in Joſua et menda omnia, quoad ejus a me fieri potuit, in tanta pravitatis ve„tuſtate) correxi, et aſteriſcos obeliſcosque ſuis locis reſtitui. In ea autem corre„ctione emendationeque cum aliorum vetuſtiſſimorum codicum et praeſertim ejus, „qui in Vaticana Bibliotheca habetur, fidem ſum ſecutus; tum Interpretem Syrum „ubique auctorem certiſſimum habui, qui ea Graeca ad verbum expreſſit ante annos „nongentos, quae in Adamantii Hexaplis ab Euſebio in nobili illa Caeſarienſi Biblio„theca fuere collocata. — Nolim enim ſuſpicari, meo me fiſum ingenio, quadam „perſpicacitatis opinione, vel literam unam mutaſſe.„ Idem Maſius in praefatione annotationum in Joſue, de verſione LXX. Interpretum ita loquitur: „Quid ego ſen„tiam de hac verſione, ſi quis me roget, non diſſimulo etc.„

Monendus eſt Lector (*inquit Joh. Morinus*) p) verſionem graecam de novo a Maſio non eſſe compoſitam; elegit ille Aldinam editionem, ut omnium, quae tum ferebantur, ſincerae Septuaginta Interpretum editioni conformiorem, et juxta Syrum ſuum exemplar, ex Complutenſi aliisque Codicibus, ſupplevit quae in ea deerant, aut reſecuit quae abundabant, aut denique reformavit, quae aliter ſe habebant. Varias praeterea lectiones, ut annotatas in Syro codice deprehenderat, ſub limniſco margini appoſuit, ut ipſe haec omnia narrat in adnotationibus ad illas Origenis figuras a ſe recens Graecae translationi reſtitutas. q)

[Codicem, quo uſus eſt *Maſius*, ſeſe ita ſubduxiſſe, ut et *Grabius* illius compos haud fieri potuerit, maxime dolendum eſt. Dignus erat, qui ad illuſtrandos plures V. T libros adhiberetur. Haec enim de illa habet *Jacob Uſſerius*, Armachanus: „Habuiſſe ſe teſtatur Andreas Maſius Deuteronomii bonam partem et „omnes Veteris Teſtamenti Libros Hiſtoricos, Alexandriae a Syro interprete anno „Alexandri 927. (qui anno aerae noſtrae Chriſtianae 626. maxima ex parte reſpon„det) *converſos ad verbum de Graeco exemplari, quod manu Euſebii ad Origenis li„bros, qui in Caeſarienſis eccleſiae bibliotheca adſervabantur, fuerat emendatum, cum „huic ad eam rem adjutor fuiſſet ſuus Pamphilus.* Unde et librum Joſuae Graece ac „Latine obelis, aſteriſcis et lemniſcis diſtinctum Antwerpiae — excudendum „curavit.„ r)

§. LXXII.

Ruth graece.

[I.] * Hiſtoria Ruth, ex ebraeo latine converſa et commentario illuſtrata. Ejusdem hiſtoriae tralatio graeca ad exemplar Complutenſe, et notae in ean-

p) Exercitat. Biblic. lib. 1. Exercitat. 9. cap. 6.

q) *Le Long* p. 197. col. 1. A.

r) *Jac. Uſſerii* Syntagm. de LXX. interpr. cap. 7. p. 74. De editione cum nota anni 1609. v inter polygl. l. c Conf. *Lorckii* Bibelgeſchichte part. 1. p. 91. Vide et ſupra inter Syriaca.

eandem: Additus eſt tractatus, an Ruben Mandragoras invenerit; Opera et ſtudio Jo. Druſii. Franeckerae 1586. 4. s)

[Vitae operumque editoris delineationem edidit Abelus Curiander. Franeckerae 1616. 4.

* Hiſtoria Ruth — Opera et ſtudio Jo. Druſii. Amſtelodami 1632. 4. t) [II.]

[Editio iterata.

Ruth. Libellus hiſtoricus graece — cura Conradi Neandri, Bergenſis. Vitebergae, excudebat Johannes Crato. 1592. 8. [III.]

V. inter Polyglotta. u)

* Libellus Ruth graece ex Veneta editione. v. idem polyglottus 1599. x) [IV.]

[Ita *Le Long*. Reſpicit vero Biblia Polyglotta *El. Hutteri*, quae Libello Ruth deſinunt.

§. LXXIII.

Eſther graece.

* Libri Eſther editiones Graecae duae; ex Arundeliana Bibliotheca productae: Alexandrini quoque et Romani Exemplaris in Cap. VI. et XVIII. Libri Judicum, diſcrepante lectione adjecta. Londini 1655. 4. y) [I.]

[Adjecit duplicem verſionem *Uſſerius* Syntagmati de LXX. ita ut editio Origenica interiorem, editio vetus altera exteriorem occupet marginem. De utraque ita diſſerit editor: „Eſtherae quidem duas in Arundelianae bibliothecae codice „MS. editiones nacti ſumus; contractiorem unam, auctiorem et Origenicis aſteriſcis „ſignatam aliam: in quarum tamen utraque reperta ea ſunt omnia, quae textui Hebraico a LXX. addita fuiſſe Origenes, in Epiſtola ad Julium Africanum ſignificaverat. — Ambas haſce editiones conjunctim ad finem hujus tractatus ſubjicere viſum fuit: in breviore quidem illa lacunarum ſpatiis, quae in MS. cernebantur, ex „codice Alexandrino ſuppletis, et quo a coeteris diſtinguerentur, intra uncos incluſis; „in Origeniana vero altera, ad aſteriſcos in libro repertos, ea quae in Hebraeo reperta a LXX. omiſſa fuerant, deſignantes, additis et obelis, ea quae hebraicae veritati ſunt adjecta declarantibus, et utrobique notula ut in Syriaco Maſii codice appoſita, loca Obelorum et Aſteriſcorum ſignificationem terminantia indicante.„ z) Libri Judicum Capita duo, duplicem quoque habent verſionem, priorem ex editione Romana, poſteriorem ex codice Alexandrino.

Libri Eſther Editiones Graecae duae — Lipſiae ſumptibus Johannis Caſpari Meyeri, literis Colerianis. Anno M.DC.XCV. 4. [II.]

Londinenſem editionem Syntagmatis *Uſſeriani*, hinc et duplicis Eſtherae verſionis, recuſam dederunt hoc anno Lipſienſes. a)

 * Li-

s) *Le Long* p. 197 col 1. E.
t) *Le Long* ibid. Conf *Walchii* Biblioth. exeget. pag. 473. *J. P Niceronii* Nachrichten von berühmten Gelehrt. vol. 16. pag. 186.
u) Part I cap. III. §. XVII.
x) *Le Long* p. 197. col. 1. E. Conf. Part. I. cap. III. §. XI.
y) *Le Long* p. 197. col. 2. E.
z) *Uſſerius* in Syntagm. p. 105. Conf. *J. P. Niceronii* Nachrichten von berühmten Gelehrten vol. 1. p. 26. Conf ſupra §. XV.
a) Catal. Biblioth. Bunav. tom. 1. p. 9.

[III.] * Libri Efther Editiones Graecae duae. Lipfiae 1700. 4. b)

[Hanc editionem recenfet auctor nofter, fed intra quinquennium bis opus recufum fuiffe, mihi non eft probabile.

[IV.] Liber Eftherae ex verfione Graeca et Latina, editus ab Herm. van der Hardt. Helmftadii apud Schnorrium. 1717. 8.

[V.] Fragmenta Eftherae ex duplici verfione Graeca. Romae 1772. Fol.

In Differtatione tertia Apologiae verfionis Septuagintaviralis, editioni Romanae Danielis fecundum LXX. additae. v. infra §. XCIX.

§. LXXIV.

Jobus graece.

[I.] * Textus Jobi ϛιχηρως juxta veram et germanam LXX. feniorum interpretationem e venerando Bibliothecae Regis Angliae Manufcripto Alexandrino. Studio Patricii Junii. Londini, e typographio Regio. 1637. Fol. c)

[Editionem Codicis Alexandrini in fe fufceperat *Patricius Junius*, cujus fpecimen hac opella evulgavit. Adhaeret illud Catenae graecorum Patrum in beatum Job collectore Niceta, Heracleae Metropolita ex duobus MSS. Bibliothecae Bodlejanae codicibus, graece nunc primum editae et latine verfae, opera et ftudio Patricii Junii, Bibliothecarii Regii. Londini 1637. Fol. d)

[II.] * Textus Jjobi ΣΤΙΧΗΡΩΣ juxta editionem Londinenfem. Johannes Terentius Frifius recenfuit et variantes Lectiones adjecit. Franeckerae e Typographia Johannis Wellens. 1663. 4. e)

[Jam fupra inter Chaldaica, §. XXXII. hanc editionem recenfuimus, quare hic tantummodo monemus, *Terentium* praecedentem *Junii* editionem adjunctis variantibus lectionibus recufam dediffe.

§. LXXV.

Pfalteria Graeca, polyglotta.

[I.] * Pfalterium graecum, Juftiniani. Genuae. 1516. Fol. f)

[II.] * Pfalterium graecum Potkenii. Coloniae 1518. Fol. g)

[III.] * Pfalterium graecum. Bafileae typis Amerbachii. 1518. Fol. h)

[IV.] * Pfalterium graecum. Bafileae apud Frobenium. 1532. Fol. i)

[V.] * Pfalterium graecum. Parifiis apud Cephallon. 1533. Fol. k)

[VI.] * Pfalterium graecum. Parifiis typis Carolae Guillard. 1545. Fol. l)

[VII.] * Pfalterium graecum. Seb. Gryphii. Lugduni. 1530. 8. m)

[VIII.] Pfalterium graecum. Lipfiae. 1533. 8. n)

[IX.] * Pfalterium graecum Petri Artopoei. Bafileae 1545. 8. o)

* Pfal-

b) *Le Long* p. 197. col. 2. E.
c) *Le Long* p. 197. col. 2. E.
d) Nachrichten von einer hall. Biblioth. vol. 7. p. 490. Conf fupra §. XV.
e) *Le Long* p. 198. col. 1. A. Conf. *Fabricii* Biblioth. gr. vol. 2 p. 328. *J. M. Gözii* Fortfetzung des Verzeichniffes etc. p. 17.
f) Part. I. cap. III. §. XXV.
g) Ibid. §. XXVI.
h) Ibid §. XXVII. n. 1.
i) Ibid. §. XXVII. n. 2.
k) Ibid. §. XXVII. n. 3.
l) Ibid. § XXVII. n. 4.
m) Ibid. § XXVII. n. 5.
n) Ibid. §. XXVII. n. 6.
o) Ibid. §. XXVII. n. 7.

* Pſalterium graecum Petri Artopoei. Baſileae 1548. 8. p) [X.]
* Pſalterium graecum Eliae Hutteri. Norimbergae 1602. 8. q) [XI.]
* Pſalterium graecum Eliae Hutteri. Amſtelodami 1615. 8. r) [XII.]
* Pſalterium graecum Jacobi Gordoni. Pariſiis 1632. Fol. s) [XIII.]

§. LXXVI.

Pſalteria graeca ſeculi XV.

* Pſalterium Graece, cum verſione latina vel potius recognitione Joannis Creſtoni Placentini Monachi; praemiſſa eſt ejus epiſtola ad Ludovicum Donatum Epiſcopum Bergomenſem. (Mediolani 1481.) Fol. [I.]

Ad calcem legitur: Impreſſum Mediolani M.CCCC.LXXXI. die 20. Septembris. Primus ex Libris ſacris Graece mandatus typis.

Ex Epiſtola dedicatoria: Circiter ſeptuaginta loca correximus Graecam veritatem ſecuti. Verba, quae deerant, ſuis locis addimus. Unum te praeſul memorande ignorare nolo: Pſalterium quod Ambroſianum dicitur in paucis imo in nullis a Graeco diſcrepare. — Feci et ipſe in hoc Pſalterio; non tamen ut Graecis ſchematis uterer, ſed ut Graece diſcere volentibus morem gererem, verbum verbo reddidi. t) —

[Inſcribitur opella: *David Prophete et Regis Melos.* Ad calcem vero notatur: *Impreſſum Mediolani Impenſa Bonaccurſii Piſani. Anno* M.CCCC.LXXXI. *die XX. Septembris.* Forma eſt vel fol. min. vel quarto. Editor eſt *Johannes Chreſtonus* ſive *Craſtonus* Placentinus Monachus, qui dum Vulgatam textui graeco addidit, illam huic conformavit. e. g. Pſ. XVIII, 14. *Si mei non fuerint dominata.* Pſ. LXXXVI, 5. *Mater Sion dicet homo, et homo natus eſt in ea.* Accedunt ad calcem Cantica nonnulla V. T. u)

* Pſalmi Graece, charactere vetuſtiſſimo et ſingulari, in cujus Voluminis fine legitur: In nomine ſanctae Trinitatis Patris Filii et Spiritus ſancti: Excudi hunc librum ego Alexander ex Candace (*ſive Candia*) urbe Cretae, filius ſapientiſſimi et celeberrimi Domini Georgii Presbyteri *του Αλεξανδρου*, anno milleſimo quadringenteſimo octogeſimo ſexto menſis Novembris die decima quinta. Venetiis. (1486.) 4. [II.]

Extat haec editio Pariſiis in Bibliotheca Soubiziana. x)

[In uſum Graecarum Eccleſiarum videtur procurata editio, cui *Alexander* titulum dedit. *Δαδ προφήτου καὶ βασιλέως μέλος ἁρμονίης ἱερῆς μελήδεα ἄσματα δαδ.* Centum et quinquaginta Pſalmis additur Pſalmus CLI. cum pugnaret David cum Goliath; Oda Moſis ex Exod. Oda ejusdem ex Deuteron. Preces Annae matris Samuelis; Oratio Habacuci, Oratio Eſaiae, Oratio trium puerorum; Oda Deiparae cum audiret Angelum, et Oratio Zachariae. Ad calcem haec leguntur: *Ἐν ὀνόματι τῆς ἁγίας τριάδος τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· σύνθεσις ἀλεξάνδρου τοῦ ἀπὸ τῆς Χάνδωκος τῆς Κρήτης. υἱὸς δὲ τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου κυροῦ γεωρ-*

p) Ibid §. XXVII. n. 8.
q) Ibid. § XI. n. 6.
r) Ibid. § XI n. 7.
s) Ibid. §. XXVII. n. 9. et Cap. I. Sect. III. §. LV.
t) *Le Long* p. 198. col. 1. B.
u) *Maittaire* annal. typogr. tom. 4. part. 2. p. 416.
x) *Le Long* p. 198. col. 1. D.

γεωργίου ἱερέως τοῦ ἀλεξάνδρου ἐν ἔτει χιλιοςῷ τετρακοσιοςῷ ὀγδοηκοςῷ ἑκτῷ. μηνὶ νοεμβρίῳ πεντεκαιδεκάτῃ. ἐν βενετίαις. y)

[III.] * Pfalmi Graece cum praefatione Jufti Decadyi. Venetiis in aedibus Aldi Manutii, anno non indicato. 4.

Editi funt circa annum 1495. fiquidem Aldus, ut ipfe fcribit in praefatione Stephani Byzantini, libros Graecos primum impreffit, fc. Ariftotelis opera, bello in Italia ingruente, nempe anno 1494. z)

[In prima libri pagina haec leguntur: Ψαλτηριον. *Venetiis in aedibus Aldi Manutii.* In ultima vero adduntur: *Ἅπαντα τετράδοια πλήν τοῦ ἐκεινο γαρ τριάδοιον. Ἐγραφη ἐν ἐνετίαις ἐν οἰκεία Ἄλδου Μανουτίου.* Mere graecum eft, et fi non ordine primum, inter primos tamen Aldi labores Graecos referendum eft. Qui in *Celfii* Decadibus quinque librorum Sec. XV. impreflorum, Upfaliae 1743. Auctori noftro objiciuntur errores, in priori editione commiffi, ab ipfo in editione Parifienfi emendati funt. a)

§. LXXVII.

Pfalteria graeca. Antwerpiae.

[I.] * Pfalterium Graece. Antwerpiae, Johannis Graphaei. 1533. 16. b)

[II.] * Pfalterium Graece. Antwerpiae, Chriftophori Plantini. 1568. 8. 16. c)

[III.] * *Ψαλτηριον προφητου και βασιλεως του Δαβιδ.* Pfalmorum Liber. Antwerpiae ex officina Chriftophori Plantini. MDLXXXIIII. 24. d)

Absque ulla praefatione.

§. LXXVIII.

Pfalteria graeca. Argentorati.

[I.] * *Ψαλτήρια προφήτου καὶ βασιλέως τοῦ Δαβίδ.* Argentorati apud Vuolf. Cephal. (1524.) 32. e)

[Ad calcem: *Ἐκτετυπῶται ἐν Ἀργεντίνῃ τῇ ἐλευθερᾷ, ἐν οἰκίᾳ βολφίου τοῦ κεφαλαίου. ἔτει τῆς σωτηρίας ἡμῶν αφκδ.* (1524.) *Μηνὶ βοηδρομιῶνι.* Praefatione breviori commendat *Ἰωάννης ὁ λεοντόνικης*, id eft *Joannes Lonicerus*, qui typographiae Cephalaeanae in edendis LXX. adfuit, §. LIV. et Pfalterium et ipfum *Cephalaei* ftudium. Pfalmi fine ulla diftinctione verfuum expreffi funt; ubi vero in verfione *διάψαλμα* notatum eft, nova incipit fectio. Accedit in fine Pf. CLI. et Cantica V. T. et N. T. cum Symbolo Athanafiano, et Pfalmorum indice. Male verfio Graeca *Lonicero* tanquam interpreti adfcribitur in Samlungen von Alten und Neuen Theol. Sachen. f) Prima haec eft editio Pfalmorum graecorum feculi decimi fexti.

* Ψαλ-

y) *Maittaire* annal. typogr. tom. 4. part. 2. p. 471.

z) *Le Long* p. 198. col. 1. D.

a) *Maittaire* annal. tom. I. p. 74. Catalog. Biblioth. Bunav tom. I. p. 9. *Mylii* memorabilia Biblioth. Jenenf. p. 290.

b) *Le Long* p. 198. col. 1. E.

c) Id. p. 198. col. 2. B.

d) Id. p. 198. col. 2. B.

e) *Le Long* p. 198. col. 1. E.

f) Anno 1722. p. 1040. Conf. *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern, vol. 7. p. 95. *J. B. Riederern* Nachrichten zur Kirchen- Gelehrten- und Büchergefchichte, vol. 4. p. 382.

* Ψαλτήριον προφέτου καὶ βασιλέως τοῦ Δαβίδ. τοῦ προτέρου ἀμολυντόερον. Argentora. apud Vuolf. Cephal. (1545.) 16. g) [II.]

[Ad calcem: Ἐκτετύπωται ἐν Ἀργεντίνη τῇ ἐλευθερᾷ, ἐν οἰκίᾳ Βολφίου τοῦ Κεφαλαίου ἔτει τῆς σωτηρίας ἡμῶν α φ μ ε. (1545.) Μηνὶ βοηδρομιῶνι. Editio accurate et in omnibus praecedenti respondet; quamvis non ex illa, ſed ex editione *Franciſci Stephani* §. LXXXIII. expreſſa videatur; correctior quidem priore dicitur, verum in ipſo libri titulo duo occurrunt errata, προφετου loco προφητου et ἀμολυντοερον loco ἀμολυντοτερον. *Baumgartenius* hanc in dubium vocavit editionem, de quo infra §. LXXX. h)

* Pſalterium, Graece. Argentorati 1550. 8. i) [III.]

* Pſalterium, Graece. Argentorati 1574. 4. k) [IV.]

§. LXXIX.

Pſalterium Graecum Cantabrig.

Pſalterium graecum ſecundum LXX. in ſectiones, quae in Anglicanae Eccleſiae Liturgia reperiuntur, diſtinctum. Cantabrigiae 1674. 12.

Prodiit una cum Liturgia Eccleſiae Anglicanae graece verſa et Cantabrigiae cum nota anni 1675. emiſſa. l)

§. LXXX.

Pſalterium Graecum Francof.

Ψαλτήριον Δαβὶδ προφήτου καὶ βασιλέως. MDXLV. 16.

Absque mentione loci et typographi; exemplari vero, quod in Bibliotheca *Baumgarteniana* fuit, manu adſcriptum erat: *Francof. ex officina Petri Brubachii. Le Long* ad hunc annum tantummodo recenſet editionem Argentoratenſem, §. LXXVIII. n. 2. hinc *Baumgartenius*, illum hanc editionem anonymianam pro Argentoratenſi habuiſſe, ſibi perſuaſit. Formata quidem eſt ad illam *Cephalaei* Argentoratenſem primam; verum in quibusdam, uti et in ipſo titulo, ab illa diſtinguitur. Διαψάλματα haud novis lineis inchoantur: ſingulis Pſalmis numerus tum littera graeca tum nota numerali adſcriptus eſt; praefatio vero una cum Symbolo Athanaſii omiſſa eſt. m)

§. LXXXI.

Pſalterium graecum Halae.

Ψαλτήριον τοῦ προφήτου καὶ βασιλέως Δαβίδ. Ἐν ᾧ νεωςὶ προσετέθησαν καὶ αἱ ἐν ἑκάςῳ Ψαλμῷ Ὑποθέσεις. Ἐν Ἄλῃ τῇ Μαγδεβουργικῇ ἐκ τῆς τοῦ Ὀρφανοτροφείου τυπογραφ: ἔτει ἀπὸ Χριςοῦ γεννήσεως α ψ β. (Halae Saxonum 1702.) 16.

Editio inchoata, ſed non ad finem perducta, hinc nunquam publice expoſita. Definit exemplar, quod inter noſtras reculas ſervamus, pag. 96. in fine Pſalmi XLI. ſe-

g) *Le Long* pag. 198. col. 2. A.
h) Conf. *Riederer* l. c. *J. M. Goezii* Verzeichnis ſeiner Bibelſammlung p. 75.
i) *Le Long* p. 198. col. 2. B.
k) Id. ibid.
l) Catalog. Biblioth. Baumgart. p. 79. n. 120.
m) *Baumgartenii* Nachrichten Vol. 7. pag. 96. Conf. *Goezii* Verzeichnis p. 75. *Riedereri* Nachrichten vol. 4. p. 382.

secundum morem computandi Graecis consuetum. Quis editor Psalterii hujus fuerit, et quare non ad finem perductum sit, non constat. Accurate sequitur haec editio *Venetam* anni 1693. §. LXXXV. easdemque habet quibusdam Psalmis adjunctas precationes, quibus et Sancti invocantur. Sic habes ad Ps. η. expressam B. Mariae Virginis invocationem p. 15: Ἐλπὶς Χριστιανῶν παναγία Παρθένε, ὃν ἔτεκες Θεὸν, ὑπὲρ νοῦν τε, καὶ λόγον, ἀπαύστως ἱκέτευε σὺν ταῖς ἄνω δυνάμεσι, δοῦναι ἄφεσιν ἁμαρτιῶν ἡμῶν πᾶσι, καὶ διόρθωσιν βίου τοῖς πίστει καὶ πόθῳ, ἀεί σε γεραίρουσι. Ejusmodi precationes mera editoris oscitantia irrepsere plures: quo fortasse factum est, ut ipsam, antequam finiretur, supprimere editionem statutum sit.

§. LXXXII.

Psalt. gr. Londini.

Psalterium Graece. Londini apud R. Daniel. s. a. 12.

§. LXXXIII.

Psalterium Graecum Parisiis.

[I.] * Ψαλτήριον προφήτου καὶ βασιλέως τοῦ Δαβίδ. τοῦ προτέρου ἀμολυντότερον. Parisiis apud Franciscum Stephanum. 1543. 16. n)

[Primam *Cephalaei* editionem §. LXXVIII. n. 1. ita typis nitidis exscribi curavit *Franciscus Stephanus*, ut et *Loniceri* praefationem latinam, qua *Wolphius Cephalaeus* celebratur, exacte servaverit. Ad finem Cantica Veteris et Novi Testamenti, Mosis, Hannae, Habacuci, Esaiae, Jonae, Trium puerorum, Mariae et Zachariae adjecta sunt, una cum indice; et omnia quidem ex editione supra laudata. Codices in *Francisci Stephani* officina excusi, luculenti admodum sunt, nec incorrecti, inventu praeterea rari et pauci. o)

[II.] Psalterium Graecum cum Canticis b. Virginis, Simeonis, Zachariae et trium puerorum. Parisiis apud Claudium Morel. 1618. 12.

Editionem nostro Auctori ignotam recenset *Maittaire.* p)

§. LXXXIV.

Psalterium graecum Romae.

* Psalterium Graece, cura Apollinarii Agrestae, Abbatis ordinis S. Basilii editum. Romae 1685. 4. q)

[Perpauca sunt, quae de *Agreste* Calabrino habet e *Toppi* Bibliotheca Neapolitana *das Allgemeine Gelehrten-Lexicon*, quod et hanc silentio praetermittit editionem.

§. LXXXV.

Psalteria graeca. Venetiis.

[I.] Psalterium Graecum. Venetiis 1525. 8.

Ad

n) *Le Long* p. 198. col. 1. E.

o) *Maittaire* annal. typogr. tom. 3. p. 114. *Baumgarteni* Nachrichten von merkw. Büchern, vol. I. p. 390. *Hirschii* millenar. libror. millen. II. p. 74.

p) Annal. typogr. tom. 3. part. 2. pag. 873.

q) *Le Long* p. 198. col. 2. E.

Ad calcem: „Venetiis per Melchiorem Seſſa, et Petrum de Ravanis ſocios Anno Dni. M.D.XXV. „Editio Pſalterii ſecundum verſionem LXX. in uſum Graecorum procurata, cum perbrevi Graecorum Menologio.

Pſalterium graecum. Venetiis 1534. 4. [II.]

Ad calcem notatum legitur: *In Vinegia per Maeſtro Stephano da Sabio: a inſtantia di M. Damian di Santa Maria.* 1534. *nel meſe di Aprice.* Editio in uſum Graecorum procurata, in qua ſinguli Pſalmorum tituli colore rubro diſtincti ſunt.

* Pſalterium, Graece. Venetiis, Joann. Petri Pinelli. 1535. 8. r) [III.]

Pſalterium Graecum et graeco-barbarum. Venet. 1543. 8. vid. infr. Sect. II. §. III. [IV.]

* Pſalterium, Graece. Venetiis 1545. 12. s) [V.]

Pſalmi et reliqui Hymni biblici graece, cum magna diligentia correcti et impreſſi Venetiis apud Chriſtophorum Zanettum 1547. 4. t) [VI.]

* Pſalterium, Graece. Venetiis, Antonii Pinelli 1602. 8. [VII.]

* Pſalterium, Graece. Venetiis, Antonii Pinelli 1621. 8. [VIII.]

* Pſalterium, Graece. Venetiis, Antonii Pinelli 1627. 8. u) [IX.]

* Pſalterium, Graece. Venetiis, Antonii Pinelli 1643. 4. [X.]

Subjicitur duplex Lexicon, Grammaticum, quo praecipua, quae in Pſalmis occurrunt vocabula una cum eorum etymologiis explicantur: hiſtoricum alterum, quo perſonae et nomina propria, quorum in Pſalmis fit mentio, illuſtrantur. x)

Ψαλτήριον τοῦ προφήτου καὶ βασιλέως Δαβὶδ, ἐν ᾧ νεωςὶ προσετέθησαν καὶ αἱ ἐν ἑκάςῳ Ψαλμῷ Ὑποθέσεις. Ἐνετίησι 1693. παρὰ Νικολάῳ τῷ Σάρῳ. αχηγ. 16. [XI.]

Singulis Pſalmis praemittitur argumentum, graece ſcriptum, inſeruntur que precationes in Eccleſia Romana uſitatae. Pſalterium deſinit p. 592. Succedit index Pſalmorum alphabeticus. Editio archetypa editionis Halenſis affectae, cujus ſupra §. LXXXI. mentionem fecimus; quamvis 145. paginae editionis Venetae in Halenſi tantummodo 96. adimpleant.

Pſalterium Graece. Venetiis 1712. 8. [XII.]

Pſalterium, graece. Venetiis 1745. 8. [XIII.]

Pſalterium, graece. Venetiis 1746. 8. [XIV.]

Editiones diverſae.

§. LXXXVI.

Pſalteria graeco-latina. Antwerpiae.

* Pſalterium graeco-latinum. Antwerpiae 1543. 16. y) [I.]

[Ex typographia *Johannis Graphaei*, qui jam anno 1533. Pſalterium ſine verſione latina emiſerat. §. LXXVII.

r) *Le Long* p. 198. col. 1. E.
s) Ibid. col. 2. A.
t) *Mattaire* Annal. typogr. tom. 3. part. I. p. 395.
u) Ibid. col. 2. C.
x) Ibid col. 2. C.
y) *Le Long* p. 198. col. 2. A.

[II.] * Ψαλτήριον προφήτου καὶ βασιλέως τοῦ Δαβίδ. Davidis Regis ac Prophetae Psalmorum Liber. Ad exemplar Complutense. Antwerpiae ex officina Christophori Plantini. M. D. LXXXIIII. 16. maj. z)

[Eodem anno edidit Psalterium Graecum sine versione Latina §. LXXVII. et hoc, ubi Latina versio exteriorem occupat marginem. Duplicis editionis quidem mentionem facit Auctor noster, sed hanc posteriorem graeco-latinam esse haud indicavit. a)

§. LXXXVII.

Psalteria graeco-latina. Basileae.

[I]. * Psalterium Graeco-latinum. Basileae. Brylingeri. 1546. 16. b)

[II.] * Psalterium Graeco-latinum. Basileae. 1548. 8.

[III.] * Psalterium Graece et Latine in Studiosorum gratiam diligentissime excusum. Basileae per Nic. Brylingerum. an. MDXLIX. 16. c)

[Versioni Graecae Latina vulgata addita est.

[IV.] * Psalterium Graece et Latine in Studiosorum gratiam diligentissime excusum Basileae per Nicolaum Bryling. Anno M D. LVII. 12. d)

[V.] * Psalterium, Graece. Basileae. Nicolai Bryling. 1571. 24. e)

§. LXXXVIII.

Psalt. gr. lat. Cantabr.

Liber Psalmorum, Graece et Latine. Cantabrigiae 1666. 4.

§. LXXXIX.

Psalt. gr. lat. Francof.

Psalterium graeco-latinum. Francofurti ex officina Brubachii 1545.

Editionem narrat Cl. *Lorckius.* Utrum vero revera existat, an vero illa graeca editio, quam supra §. LXXX. recensuimus, intelligenda sit, dubium est.

§. XC.

Psalterium graeco-lat. Oxoniae.

* Psalterium juxta exemplar Alexandrinum, graeco-latinum, studio Thomae Gale. Oxoniae e Theatro Sheldoniano 1678. 8.

Ex admonitione ad Lectorem. Ex Codice Alexandrino tibi L. C. Psalterium exhibemus ea fide et cura, quae sacris debetur. Stichorum distinctionem quam vides, Latina vetus editio et Graeci aliquot codices, qui ad manum erant, ubique confirmabant.

Haec editio multis scatet mendis, quod editor non semper codicem recte legerit. f)

§. XCI.

Psalteria graeco-latina. Parisiis.

[I.] * Psalterium Davidicum graeco-latinum, ad fidem veterum exemplarium, atque adeo codicis graeci manuscripti D. Victoris, locis quam multis repur-

z) *Le Long* p. 198. col. 2. C.

a) *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern, vol. 7. pag. 98.

b) *Le Long* p. 198. col. 2. A.

c) *Le Long* ibid. Conf. *Baumgartenii* Nachrichten, vol. 1. p. 394.

d) *Le Long* ibid. *Baumgartenii* Nachrichten vol. 7. p. 97. *J. M. Goezii* Fortsetzung des Verzeichnisses, p. 15.

e) *Le Long* p. 198. col. 2. B.

f) Acta Eruditor. Lipsiensia 1710. Novembr. *Le Long* p. 198. col. 2. D.

purgatum, et nitori suo restitutum. Praefixa sunt singulis Psalmis argumenta non tam brevia quam dilucida, quae vice commentarii esse possunt. Parisiis: exemplaria prostant sub cruce alba, in via Jacobaea. MDXLV. 16. maj.[g])

[Ad calcem: *Parisiis excudebat Carola Guillard anno millesimo quingentesimo quadragesimo quinto.* Debemus hanc editionem eidem foeminae, quam supra Part. I. Cap. II. Sect. II. §. XXIX. n. 1. laudavimus, quae suis editionibus typos tam graecos quam latinos adhibuit elegantissimos, curavitque, ut quidquid e sua prodibat officina, auctum et emendatissimum in eruditorum manus veniret. Textus Graecus, non uti in operibus Hieronymi deprehendebatur iterum expressus, sed ad fidem vetusti codicis Graeci, adhibita ipsi ad latus posita versione latina, recognitus est; latina vero interpretatio illa antiqua est, quae jam ante Hieronymi tempora suum in ecclesia obtinuit locum. Loca parallela brevioresque annotationes occupant marginem, Cantica sacra e Veteri et Novo Testamento et hic appendicis loco, uti fieri solet, addita sunt. Psalterium triglotton a *Carola Guillard* hoc anno impressum, cujus mentionem facit *Wolfius*,[h]) ab hoc Psalterio graeco-latino distinguendum est: pertinet enim illud ad Opera S. Hieronymi.[i])

* Psalterium graeco-latinum. Parisiis. Nivelle et Prevost 1559. 12.[k]) [II.]

* Psalterium graeco-latinum. Parisiis apud Claudium Morel. 1618. 12.[l]) [III.]

[Prodiit eodem anno editio Graeca ex eadem typographia. §. LXXX.

§. XCII.

Psalterium graeco-lat. Romae.

Psalterium duplex cum Canticis juxta vulgatam graecam LXX. seniorum et antiquam Latinam Italam versionem. Prodit ex insigni codice Graeco-latino Amplissimi Capituli Veronensis uncialibus characteribus ante septimum seculum exarato. Romae ex typographia S. Michaelis, sumtibus Hieronymi Mainardi. 1740. Fol.

Josephus Blanchini, Veronensis, Presbyter Congregationis Oratorii Romani, majoris operis edidit prodromum sub titulo: Vindiciae canonicarum scripturarum Vulgatae Latinae editionis, seu vetera sacrorum Bibliorum fragmenta juxta graecam vulgatam et hexaplarem, latinam antiquam Italam, duplicemque S. Eusebii et Hieronymi translationem, nunc primum in lucem edita atque illustrata opera et studio Josephi Blanchini. — P. I. „Opus ipsum, quod hoc volumine annunciatur, sex partibus absolvetur. Primus hic tomus in duas commode dissecatur partes, quae ipso paginarum numero distinguuntur; quarum posterior continet Psalterium graeco-latinum, graecum quidem ex Vulgata Graeca LXX. interpretum editione, latine vero ex versione antiqua Itala. Prodiit ex insigni Codice Graeco-latino Capituli Veronensis, litteris uncialibus sine accentibus ante seculum VII. exarato. Singulae paginae in duas columnas distinctae sistunt textum Graecum, non graeco sed latino charactere

g) *Le Long* p. 198. col. 2. A.

h) Biblioth. hebr. vol. 2. p. 358.

i) *Baumgartenii* Nachrichten vol. 1. p. 394.

k) *Le Long* ibid. B.

l) *Le Long* p. 198. col. 2. D.

ractere ſcriptum, et verſionem latinam, cum ſubjectis variantibus lectionibus ex aliis cum editis tum nondum editis exemplaribus decerptis.

Pſ. XV. (XVI.) 10. Oti uc encatalipis
ten pſychen mu is aden
ude doſis ton oſion ſu
idin diaphthoran.

Ad hiſtoriam operis faciunt epiſtolae editoris parti primae inſertae ad Abbatem *Garbellium:* una de Pſalterio Latino Veronenſi ex verſione Itala; altera de Pſalterio Graeco Veronenſi ſecundum *κοινην*, ſeu Vulgatam LXX. Interpretum editionem; et tertia ad *Joh. Chryſoſtomum* de Pſalterio Graeco Veronenſi latinis litteris ſcripto.

§. XCIII.

Pſalmi ſinguli.

[I.] Pſalmi ſeptem poenitentiales graece. Coloniae 1517. 8.

Proſtant ſub rubro: *Ὡραι της ἀειπαρθενου Μαριας κατ' ἐθος της Ρωμαικης αὐλης. Ἑπτα Ψαλμοι της μετανοιας.* Horae Beatiſſimae Virginis ſecundum conſuetudinem Romanae curiae. Septem Pſalmi poenitentiales cum Litaniis et Orationibus. [m])

[II.] Pſalmus I. graece. Parmae 1778. 4. maj.

Edente Cl. *Joanne Bern. De-Roſſi.* Plura de hac editione inter Syriaca annotavimus.

§. XCIV.

Pſalmi graeci Polyglotti.

[I.] Pſalmi X. graece, cura Griſchovii. Gryphiswaldiae 1640. Fol. [n])

[II.] Pſalmus VI. graece, cura Griſchovii. Gryphiswaldiae 1636. 4. [o])

[III.] Pſalmus XCI. graece. Wittebergae 1599. 8. [p])

[IV.] Pſalmi XII. graece. Bremae 1694. 8. [q])

[V.] Pſalmi X. graece. Meibomii. Amſtelodami 1690. Fol. [r])

[VI.] Pſalmi XII. graece. Meibomii. Amſtelodami 1698. Fol. [s])

[VII.] Pſalmus XV. graece. Petri Artopoei. Baſileae 1545. 8. [t])

[VIII.] Pſalmi VII. poenitentiales, graece. Pariſiis 1544. 16. [u])

[IX.] Pſalmi VII. poenitentiales graece. Friderici Balduini. Wittebergae 1608. 8. [x])

[X.] Pſalmi VII. poenitentiales graece. Balduini. Wittebergae 1621. 8. [y])

[XI.] Pſalmi VII. poenitentiales graece. Lugduni 1660. 24. [z])

[XII.] Pſalmi I. II. graece. Draconitis. Wittebergae 1563. Fol. [a])

[XIII.] Specimen polyglotton in Pſalmos. Norimbergae 1602. 8. [b])

§. XCV.

m) Autographa Lutheri et coaetan. tom. I. p. 70.

n) v Part. I. cap. III. §. XXVIII. n. 1.

o) Ibid. n. 2.

p) Ibid. § XXIX. n. 1.

q) Ibid. §. XXX. n. 1.

r) Ibid. n. 2.

s) Ibid. n. 3.

t) Ibid. §. XXXI. n. 1.

u) Ibid. n. 3.

x) Ibid. n. 4.

y) Ibid. n. 5.

z) Ibid. n. 7.

a) Ibid. § X. n. 3.

b) Ibid. §. XI. n. 8.

§. XCV.

Scripta Salomonis Graece.

Proverbia Salomonis gr. Draconitis. Wittebergae 1564. Fol. c) [I.]

* Ecclesiastes Graece ex versione Aquilae, Theodotionis et LXX. Interpretum cum Scholiis Olympiodori. Basileae. Bebelii. 1536. 4. d) [II.]

§. XCVI.

Esaias graece.

* Esaias graece, cum versione Sebastiani Münsteri. Basileae. s. a. 4. e) [I.]

Esaias graece, cura Eliae Hutteri. Norimbergae 1601. 4. f) [II.]

* Esaias graece editus a Joanne Curterio. Parisiis 1580. Fol. [III.]

Ex codice Renati Marchali, apud Procopii Gazaei epitomen Comment. in Esaiam. g)

Esaiae cap. I-VII. graece. Draconitis. Wittebergae 1563. Fol. h) [IV.]

§. XCVII.

Threni graece.

Threni Hieremiae graece, cum versione Sebastiani Munsteri. Basileae 1552. 8. i)

Editionem procuravit Kyberus.

§. XCVIII.

Daniel gr. Theodot.

In Danielem Prophetam commentarius editus a Phil. Melan. Una cum textu Graeco Prophetae. Item in eundem Prophetam Comment. D. M. Lutheri perquam utilis. Francofurti ex officina Petri Brubachii. 1546. 8. [I.]

Plures quidem prostant Commentariorum *Melanchthonis* in Danielem editiones, quarum prima anno 1529. prodiisse videtur, quam Wittebergensis apud *Jos. Klug* 1543. 8. et ibidem apud *Joh. Lufft* 1543. et Lipsiensis apud *Nic. Wolrab* 1543. 8. sequuta est; quae posterior latinum cum expositione conjungit textum. *Brubachius* vero in locum latinae versionis textum Graecum, qui revera *Theodotionis* est, substituit. k)

Daniel, graece, cum versione Anglicana et Commentariis Edw. Wells. Oxonii 1716. 4. [II.]

Edwardus Wellsius, Th. D. et V. D. M. Cotesbachiensis integrum Novum Testamentum Graece, cum versione anglicana et erudito commentario ab anno 1708-1719.

c) Vide polyglotta, Part. I. c. III. §. X. n. 4.

d) *Le Long* p. 198. col. 2. E. vide supra §. XV.

e) *Le Long* p. 198. col. 2. E. v. inter Polyglotta Part I. cap III. §. XX.

f) vide inter Polyglotta. Part. I. cap. III. §. XI. n. 3.

g) *Le Long* pag. 199. col. 1. A. Codicem hunc Marechalli, qui ex Origenis Hexaplis descriptus fuit, describit *Le Long* pag. 168. col. 1.

h) Vide inter Polyglotta, Part. I. Cap. III. §. X. n. 3.

i) Vide Polyglotta, Part. I. cap. III. §. XVIII n. 1.

k) *Georg. Theod. Strobelii* Nachricht von Phil. Melanchth. Verdiensten um die heilige Schrift p. 63.

1719. edidit, ſimilique modo et Vetus Teſtamentum illuſtrare coepit: eumque in finem *Danielis* Prophetiam graece edidit: ſ. t. An Help for the more eaſy and clear underſtanding of the holy Scriptures: being the Book of Daniel explain'd after the following Method, viz I. The Septuagint or Greek Verſion amended according to the beſt and moſt antient Readings — By Ed. Wells DD. Rector of Cotesbach in Leiceſterſhire. Oxford printed at the Theater, for Jam. Knapton at the Crown in S. Pauls Church-Yard. London 1716. 4. Plura ſunt quae vir doctus uno eodemque opere lectoribus exhibet, nimirum *primo* textum *Danielis* graecum ex optimis antiquiſſimisque MSS. emendatum; *ſecundo* verſionem Anglicanam Prophetiae e Bibliis Regiis; *tertio* paraphraſin, quae difficiliora Prophetiae loca accurate exponit; *quarto* denique breves annotationes. Praemittuntur vero Libro Danielis praefatio; Diſſertatio de Prophetia Danielis quatuor gentilium imperia et regnum Chriſti concernente; quatuor tabulae ſynchroniſticae Prophetiarum; Tabula chronologica totius Prophetiae; et Obſervationes in computum LXX. hebdomadum Danielis. Accedunt vero ad calcem libri Variantes lectiones, et Index locorum in N. T. citatorum. *l*)

§. XCIX.

Daniel gr. LXX.

[I.] *Δανιηλ κατα τους ἑβδομηκοντα ἐκ των τετραπλων Ὠριγενους.* Daniel ſecundum Septuaginta ex Tetraplis Origenis nunc primum editus e ſingulari Chiſiano codice annorum ſupra ɪↃᴄᴄᴄ. Cetera ante praefationem indicantur. Romae typis propagandae fidei ᴄɪↃ ɪↃᴄᴄ ʟxxɪɪ. Permiſſu Praeſidum. Fol. maj.

Sic tandem, qui diu latuit, *Daniel* ex verſione Septuaginta Interpretum, e codice Chiſiano, quem jam antea laudarat *Blanchinus*, in gratiam eorum, qui rei ſacrae favent, publice prodiit. Quis vero ille ſit vir doctus, qui hoc *κειμηλιον* in lucem protraxit, ipſe ignorari voluit editor; eamque ob cauſam opus hoc ſplendidum alii Cl. *Mazzochio*, alii vero *Simoni de Magiſtris*, Presbytero Congregationis Oratorii S. *Philippi Neri* tribuunt. Quisquis vero ille ſit, optime certe rei ſacrae inſeruiit, et publicae ut ipſi referantur grates dignus eſt. Omnia enim quae integrum adimplent volumen multo acumine et ſumma eruditione ſunt pertractata. Praemittitur Epiſtola nuncupatoria ad *Clementem* XIV. Pont. Max. quam excipit ſeries in hoc Volumine contentorum, quae ordine a nobis enarrabuntur. Praefatio hanc editionem veram illam exhibere *των* LXX. verſionem, quam *Origenes*, quia nimis a textu Hebraico recedit, Hexaplis inſerere nolens, in Tetraplis, a quibus textus Hebraicus abfuit, exhibuit. Codex Chiſianus venerandae eſt antiquitatis et plura ejusdem continet monumenta, nimirum pag. 1. *Jeremiam*, in quo plures occurrunt aſteriſci et obeli, quam in hexaplaribus fragmentis exhibentur; pag. 112. *Baruchum*, ad cujus finem notatur: *Βαρουχ ὁλος ὠβελιςαι κατα τους ο̄.* Baruch ſecundum LXX. totus obelorum notatione diſtinctus; pag. 121. *Threnos Jeremiae*, quibus iſta ſubduntur: *Θρηνοι Ἱερεμιου ἐγραφη ἐκ των ἑξαπλων ἐξ ὡν και παρετεθη.* Threni Jeremiae, deſcriptus eſt (integer nempe Jeremias) ab Hexaplis, quibuscum collatus quoque fuit. Pag. 130. ſubnectitur *Ἐπιςολη Ἱερεμιου* Epiſtola Jeremiae. Pag. 135. *Δανιηλ κατα*

l) *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern, vol. 2. p. 488.

κατα τους ō. Daniel juxta LXX. isque cum asteriscis, obelisque ab Origene ipso in Tetraplis emendatus: id quod p. 167. pulcherrimum sane testatur librarii monitum: *Δανιηλ κατα τους ō εγραφη ἐξ ἀντιγραφου ἐχοντος την ὑποσημειωσιν ταυτην: ἐγραφη ἐκ των τετραπλων ἐξ ὡν και παρετεθη:* Daniel juxta LXX. descriptus est ab exemplari ejusmodi notationem habente: Depromptus ex Tetraplis, cum quibus est recognitus. Pag. 170. Historiam Susannae ac Beli, quae continua obelorum appositione distinguitur, ad cujus calcem notatur: *Δανιηλ κατα τους ō*: Daniel secundum LXX. Pag. 172. S. *Hippoliti* commentariolum in Danielem cum hac epigraphe: *Ἱππολυτου του ἐπισκοπου Ρωμης της του Δανιηλ ὁρασεος και του Ναβουχοδονοσορ ἐπιλυσεις ἐν ταυτῳ ἀμφοτερῳ*: *Hippolyti* Episcopi Romae Visionum Danielis et Nebuchodonosor, Explanationes in eadem ambarum. Pag. 189. Altera Danielis interpretatio, quae *Theodotionis* est, sequitur cum hoc titulo: *Το Ἐιρ Ἀγρυπνος Δανιηλ.* Eir, Vigil, Daniel. Textus autem cum illo Vaticani Codicis celeberrimi collatus in multis discrepat seorsim annotatis. Pag. 226. *Ezechiel* exhibetur, et in ejus fine pag. 315. animadversum est: *Ἐζεκιηλ κατα τους ō ἐγραφη κατα ωρ. ἐξ ὡν και παρετεθη*: *Ezechiel* secundum LXX. exscriptus est juxta Origenis (exemplaria) quibuscum et collatus est. Pag. 316. *Esaias* postremo loco recensetur, tempore atque ordine inverso: in fine: *Ἰσαιας ϛιτωκ*, id est: Isaiae *ϛικοι* s. *ϛιχοι*. Haec sunt quae Codex Chisianus continet, quem primum inspexit *Leo Allatius*, et post eum *Jos. Blanchinus*, qui Danielem in eo detexit, et specimen ejus evulgavit.

In ipso vero splendido opere sequentia sistuntur: I. Testimonia de Codice Chisiano, *Leonis Allatii*, Cardinalis *Bonae*, Anonymi cujusdam, *Johannis Mabillonii*, *Bernardi Montfauconii*, Cardinalis *Quirini*, *Mazocchii.* II. Daniel et *κα τους ō*, cum versione Latina ad latus. Singulis capitibus subjiciuntur notae criticae, quibus pag. 74. accedit specimen characterum Codicis Chisiani aeri incisum. Sequitur pag. 77. Capitulum XIII. Danielis, seu historia Susannae graece et latine, et pag. 84. Capitulum XIV. ex Prophetia Ambacum filii Jesu, de tribu Levi, et denique pag. 92. Danielis chronologia. III. *Ἱππολυτου ἐπισκοπου και μαρτυρος ἑρμηνεια εἰς τον Δανιηλ.* *Hippolyti* Episcopi et Martyris Interpretatio in Danielem pag. 95. graece et latine cum subjectis notis. IV. De titulo quo *Danielis* versio Theodotionaea praenotatur: *το Ἐιρ ἀγρυπνος Δανιηλ* pag. 125. V. *Daniel* juxta *Theodotionem* p. 131. cum codice Vaticano collatus graece et latine. VI. Comparatio versionis Septuagintaviralis cum Theodotionaea p. 217. Folium primum exhibet versionem Septuagintaviralem cum versione latina; oppositum vero sistit versionem *Theodotionis* graece et latine, omissis tamen iis, in quibus versiones consentiunt. VII. Apologia Sententiae Patrum de septuagintavirali Interpretatione p. 307. Quinque Dissertationibus absolvitur Apologia. Ad calcem Dissertationis tertiae pag. 434-450. insertum legitur fragmentum *Estherae*, quod secundum auctorem in *Daniele* desideratur, de quo pag. 433. „Quoniam vero a Fabricio, Danielis atque Estheris quae desunt in Ebraeo de„spiciuntur, idque commune est novatoribus, opportunum duximus eorundem in „Esthere deficientium Chaldaicam Paraphrasim exhibere, quae haud ita pridem ex „Codice Vaticano deprompta est, sed exemplaria typis edita pleraque incendio peri„erunt.

„erunt. m) Hanc Paraphrafim vel textum Chaldaicum binis editionibus graecis il-„luftrare non alienum fuit, quae ab Ufferio ex Bibliotheca Arundeliana funt produ-„ctae, n) itemque Veteri Latina, partim ex codice Vallicellano a Ven. Card. Thoma-„fio et Jofepho Blanchino edita, partim ex codice Corbejenfi a Cl. Sabaterio, lacino-„fis tamen verborum finibus, ut Hieronymus inquit de eadem verfione, praetermif-„fis, Graecam obelis confixam alii Origenicam appellarunt, alteram Theodotioni „tribuendam effe cenfuerunt, quod Hieronymus negat. *Primae* igitur ac *fecundae* „nomine eas diftinximus, quarum neutra ita convenit cum fcripto chaldaico, ut pe-„nitus quisque fufpicari poffit, hoc fuiffe ex illis efformatum.„ Fragmenta ita dif-pofita funt, ut in fuperiori parte appareat fragmentum chaldaicum cum verfione la-tina; cui fubjicitur duplex verfio graeca cum verfione latina ad latus, et in inferiori parte, verfio antiqua latina cum verfione Vulgata ad latus. In Differtatione IV. ex-hibetur pag. 452. *Cofmae* Indicoplevftae in Pfalmos prologus graece et latine, qui brevem continet verfionum graecarum recenfionem: et pag. 467. S. *Papiae* Hierapo-litani de fcripturarum canone fragmentum, quibus accedit pag. 568. Bibliothecae Alexandrinae ad Serapeum admiranda conftructio. VII. Teftimonia Patrum aliorum-que Veterum de LXXvirali verfione pag. 633. Quadruplex index denique, Locorum SS., rerum notabilium, Vocum Hebraicarum, et Vocum Graecarum agmen claudit. o)

[II.] Daniel fecundum Septuaginta ex Tetraplis Origenis Romae anno 1772. ex Chifiano codice primum editus. Goettingae recudi fecit vidua b. Abr. Vandenhoeck. 1774. 4.

Editio iterata, fed praecedenti omni ex parte longe inferior, fiquidem editio-nis Romanae vix dimidiam exhibet partem. Omiffa eft Epiftola nuncupatoria *Clementi* XIV. P. M. infcripta, fervata tamen hujus editionis praefatione. Sequuntur, quae in praecedenti editione N. I. II. et III. indicavimus. Differtationes vero quinque apologeticae hic defiderantur. Praeterea typographiae typi ad exprimenda Coptica et Samaritana defuere. p)

[III.] Daniel fecundum LXX. ex Tetraplis Origenis, ex Chifiano codice Romae primum, deinde Göttingae, nunc denuo editus. Animadverfiones et praefationem adjecit Carolus Segaar. Trajecti ad Rhenum apud Viduam J. J. à Poolfum, Abraham a Paddenburg et Joh. van Schoenhoven. M. DCC.LXXV. 8. m. q)

[IV.] * Breves Danielis laciniae Graece ex verfione LXX Interpretum ad ca-put VII. et IX. pertinentes. Londini 1655. 4.

Has ex Juftino Martyre, Clemente Alexandrino et Tertulliano, ex hoc po-ftremo latine, collegit et e regione verfioni Theodotionis appofitas, fuo de LXX. In-terpretibus fyntagmati inferuit Jacobus Ufferius. r)

§. C.

m) Ex Mfc. Urbin. Vatic I. Fol. 867. ap. *Affemannum* Catal. MS. bibl. Vat. I. p. 452.

n) Syntagm. de LXX. interpr. p. 11.

o) Conf. *Michaelis* oriental. und exeget. Biblioth. part. 3. n. 8. Critifche Sammlungen, vol. 1. part. 4. p. 51. Gelehrte Zeitungen, Jenae 1773. p. 571. *Ernefti* neuefte theol. Biblioth. vol. 3. part. 3. pag. 198.

p) *Michaelis* orient. und exeget. Biblioth. part. 4. p. 23. Critifche Sammlungen, vol. 2. p. 653. Gelehrte Zeitungen, Jenae 1773. p. 571.

q) *J. M. Goezii* Verzeichnis feiner Bibel-famml. p. 293.

r) *Le Long* p. 199. col. 1. A.

§. C.

Prophetae minores graece.

* Quatuor priora capita Prophetiae Oseae cum Obelis et Asteriscis ex codice Rupifucaldiano. Parisiis 1636. Fol. [I.]
Apud Philippaei Comment. in Oseam. [s])

Joelis Prophetia graece, cura Draconitis. Wittebergae 1565. Fol. [t]) [II.]
Jonas Propheta graece, cura Seb. Münsteri. Basileae. 1524. 8. [u]) [III.]
Jonas Propheta graece, cura Petri Artopoei. Basileae 1543. 8. [x]) [IV.]
Jonas Propheta graece, cura Petri Artopoei. Basileae 1545. 8. [y]) [V.]
Jonas Propheta graece. Helmstadii 1580. 8. [z]) [VI.]
Jonas Propheta graece. Magdeburgi 1607. 8. [a]) [VII.]
Micheas graece, cura Draconitis. Wittebergae 1565. Fol. [b]) [VIII.]
Zacharias graece, cura Draconitis. Wittebergae 1565. Fol. [c]) [IX.]
Malachias graece, cura Draconitis. Lipsiae 1564. Fol. [d]) [X.]
Malachias graece, cura El. Hutteri. Norimbergae 1601. 4. [e]) [XI.]

§. CI.

Loca selecta.

Biblia parva Graeca, per Dan. Hasenmüllerum. Kilonii apud J. G. Richelium 1686. 12.

s) *Le Long* p. 199. col. 1. B.
t) Vide inter Polygl. Part. I. Cap. III. §. X. n. 6.
u) Ibid. §. XXIV. n. 1.
x) Ibid. §. XXIV. n. 2.
y) Ibid. n. 3.
z) Ibid. n. 4.
a) Ibid. n. 5.
b) Ibid. §. X. n. 7.
c) Ibid. n. 8.
d) Ibid. n. 5.
e) Ibid. §. XI. n. 4.



SECTIO II.
DE
VERSIONIBVS GRAECO-BARBARIS.

§. I.

Etiamsi Graecis jam per aliquot secula Lingua graeca non amplius vernacula fuerit, dum qui in Graecia vivunt, Turcarum sub dominio degunt, vitae consuetudine et quotidiano cum illis commercio eo devenerunt, ut antiqua illa Graeca lingua maximae gentis parti ignota sit, in ejusque locum alia lingua Graeco-barbara successerit, quae ab antiquiori tum vocum flexione et constructione, tum et vocum exoticarum immistione longe distinguatur: a nova tamen sacrorum Bibliorum Versione abstinuerunt. *Hodius* quidem, uti Auctor noster refert, in eo fuit, ut Veteris et Novi Testamenti versionem Graeco barbaram editam esse adsereret: „Aliam versionem totius „Scripturae Vet. et N. T. in linguam Barbarograecam in usum plebis Chri„stianae fieri imprimique curavit Cyrillus Lucaris Patriarcha Constantinopoli„tanus.„ a) Verum et *Hodium* scriptorem alias solertem et accuratum hic aliquid humani passum esse, certum est. Exstat enim tantummodo N. T. graecum et Psalterium in usum Graecorum Christianorum in hanc dialectum versum, et Veteris Testamenti Libri nonnulli a Judaeis eum in finem graeco-barbarice versi, ut privato usui inprimis tironum esse possint. In ipsam vero Linguam Graeco-barbaram omnium accuratissime inquisivit *Joh. Mich. Langius*, Altorffinus. b)

§. II.

Versiones Judaicae V. T.

[I.] * Pentateuchus idiomate Graeco-barbaro ex Hebraeo translatus a Judaeis, litteris hebraicis. Constantinopoli 1547. Fol.

V. inter Polyglotta. c)

Versione ista Graeco-barbara utuntur vulgo (sed non in Synagogis) Judaei quotquot linguam illam habent vernaculam, praecipue vero Karaitae Constantinopolitani. Sunt vero Karaitae Judaeorum secta, quae recipit tantum scripturas, Rabbanistasque et traditiones talmudicas damnat. De eorum Pentateucho Graeco haec habet

a) *Le Long* p. 227. col. 1. A.

b) Philologia barbaro-graeca. Norimbergae 1708. 4. Constat libellus variis Dissertationibus, in quarum numero parte altera num. 3. extat Diss. hist. phil. theologica, de Versione N. T. barbaro-graeca. In *Berlinischem Hebopfer* vol. 1. 2. et 3. exhibetur Collatio Versionis Syriacae et Neograecae cum Textu authentico.

c) Part. I. cap. III. §. XIII.

bet Antonius Legerus apud Buxtorffium p. 78. editionis 4. Bibliothecae Rabbinicae. „Editus eſt, inquit, tempore Solimanni Turcarum Imperatoris, Conſtantinopoli anno „mundi 5307. (h. e. Chriſti 1547.) una cum Haphtaroth, et quinque Megilloth, „Hebraice, Graece, et Hiſpanice, addito etiam Targum Onkeli, et commenta- „rio R. Salomonis. Nam Conſtantinopolitani Judaei, ex iis oriundi, qui ante mul- „ta ſecula eo migrarunt, Graece ſacras literas legunt, et ſunt fere Karaitae. Qui „autem non ita pridem (i. e. ab anno 1492.) ex Hiſpania ſedes transtulerunt, qui „plerique omnes Rabbanitae ſunt, Hiſpanice ſacram ſcripturam lectitant.„ d)

Non vero Carraeis tribuendus eſt hic Pentateuchus, quod Barbaro-graecam verſionem habeat; ſi enim huic editioni aliquam operam Carraei impendiſſent, R. Salomonis, utpote magni Rabanitae commentarium ab ea prorſus eliminaſſent. e)

[*Hodio* et *Legero* ſubſcripſerat primo *Rich. Simon;* f) ſed poſtea ſententiam ſuam mutavit. Afferit enim hancce verſionem de verbo ad verbum in puerorum et tyronum uſum factam eſſe, non autem unquam adultis inſerviſſe. g) Suo loco hoc relinquit *Wolffius*, qui tamen Karaeis eam tribuendam eſſe cum Hodio adfirmare non audet. h)

* Jobus in lingua ſancta et in lingua Romanica (*ſeu Graeca vulgari*) charactere Hebraeo, Interprete R. Moſe F. Eliae Pobian. Conſtantinopoli in domo Joſeph Jabets. 5336. (1576.) 4. [II.]

Teſtatur interpres in praefatione, quam operi ſuo praemiſit, ſe in eandem quoque linguam Salomonis Proverbia convertiſſe. i)

[Plura de hac editione rariſſima jam ſupra retulimus, unde lectorem, plura qui deſiderat, ablegamus. k)

§. III.

Pſalter. gr. et gr. barb.

Τὸ ψυχοσωτήριον ψαλτήριον ἐξηγηθὲν παρὰ τοῦ μακαριωτάτου καὶ σοφωτάτου Θεοδωρήτου ἐπισκόπου Κύρου, καὶ μεταγλωττισθὲν μετὰ πλείστης ἐπιμελείας παρὰ Ἀγαπίου μοναχοῦ τοῦ Κρητὸς ἐκ τῆς τῶν Ἑλλήνων εἰς τὴν κοινὴν ἡμετέραν διάλεκτον. (Venetiis 1543.) 8.

Pſalterium graece, cum argumentis ſingulis Pſalmis praefixis et cum metaphraſi graeco-barbara, prodiit Venetiis apud *Joannem Antonium Julianum*, cura *Agapii* Cretenſis Monachi. Praefigitur epiſtola *Jo. Ant. Juliani* ad *Athanaſium Belerianum* Philadelphiae Metropoliten et Patriarcham. l)

§. IV.

Verſio Novi Teſtamenti Maximi Calliop.

* Ἡ καινὴ διαθήκη τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δίγλωττος, ἐν ᾗ ἀντιπροσώπως τότε θεῖον πρωτότυπον καὶ ἡ ἀπαραλλάκτως ἐξ ἐκείνου εἰς ἁπλὴν διά-

d) *Humphr. Hody* lib. 4. de Biblior. textibus origin. p. 633.

e) *Le Long* p. 226. col. 2. D.

f) Hiſtoire crit. du V. T. p. 92.

g) Biblioth. critique tom. 3. p. 436.

h) Conf. *Wolffii* Biblioth. hebr. vol. 2. p. 447.

i) *Le Long* p. 227. col. 1. B.

k) Part. I. cap. I. Sect. III. §. XLVII. n. 1.

l) *Maittaire* annal. typogr. tom. 3. part. 1. p. 343.

διάλεκτον διὰ τοῦ μακαρίτου κυρίου Μαξίμου τοῦ Καλλιουπολίτου γενομένη μετάφρασις ἅμα ἐτυπώθηταν. Ἔτει Χ|Ͱ|ΗΔΔΔΠΙΙΙ. (1638.) 4.

Genevae ad Anchoram circumplicatam Delphini eam mordentis amplexu (quod eſt ſignum Petri Chouet) typis majoribus nitidisque. Praemittitur Maximi Kalliopolitae Praefatio et Epiſtola Cyrilli Lucaris ad lectores orthodoxos.

In hac editione (*inquit Joh. Mich. Langius*) *m*) praeter textum totius Novi Teſtamenti duplicem, duplex Praefatio Barbaro-Graeca extat. Prior eſt ipſius metaphraſtae Maximi Kalliopolitae, in qua lectori ſuum inſtitutum expoſuit et neceſſitatem metaphraſeων — Tandem totum opus ut edatur, in hac ſua praefatione prope finem commendat Ordinibus Foederati Belgii his verbis: „Et ut hoc opus Deo „gratum, commune, et toti Graecorum genti infelici utile fiat, concido ad pedes „Illuſtriſſimorum et Pientiſſimorum meorum Dominorum, Ordinum divinitus cuſto-„ditae et Potentiſſimae Reipublicae Belgicae, atque per Dei miſericordiam precor et „obſecro, ut mihi hanc praeſtent munificentiam, quo praeſens liber praelo ſubjicia-„tur, in honorem Dei et Eccleſiae aedificationem. Hoc enim erit in noſtram natio-„nem aeternum monumentum ipſorum beneficentiae et benevolentiae, quam nobis „probavit Illuſtriſſimus illorum Dominus Legatus, Dominus Cornelius Aga, (*vel „potius de Haga*) in quo confidentes, ſcriptum praeſens offerimus.„ Hactenus Langius.

Forte his verbis nixus eſt *Auguſtus Pfeifferus*, quando in Critica ſacra *n*) aſſeruit, Decreto et ſumptibus Ordinum Generalium Belgii in gratiam hodiernorum Graecorum verſionem hanc fuiſſe editam. Hanc conjecturam falſitatis ipſe auctor arguerit, ſi vidiſſet exemplar, quod ſervatur in Bibliotheca Oratoriana (et alibi): illud quidem Genevam praefert, et fuit olim Tanaq. Fabri, poſtea Joann. Graverol.

Generalium Belgii foederati Ordinum ſumptibus et curis hanc *μετάφρασιν* deberi, in praefatione poſteriori Cyrillus diſerte memorat; illos autem ut ejus rei curam ſuſciperent, praecipue impulit Jac. Golius. Id enim de eo Gronovius in Orat. Funebri teſtatur. Conſtat alias de loco hujus primae editionis N. T. Barbaro-Graeci doctos viros admodum diſſentire. Alii Genevam allegant, alii Antwerpiam; alii Amſtelodamum; alii alia loca. Multis probabiliſſimum videtur, in Belgio hanc editionem eſſe adornatam, ſive Amſtelodamum, ſive alius locus praelum ſubminiſtravit.

Altera ſive poſterior Praefatio eſt Patriarchae Conſtantinopolitani Cyrilli Lucaris — poſtquam (*pergit Langius ibidem*) etiam hic ipſe Cyrillus metaphraſεων utilitatem et neceſſitatem declaraſſet, tandem haec verba adhibuit: „Hoc idem ſciens et „aeſtimans, quantam utilitatem poſſit adferre, Illuſtriſſimus Dominus Agas, qui hoc „tempore Conſtantinopoli eſt Eminentiſſimorum et Inclytorum Dominorum Belgii, „h. e. Flandriae, Legatus, benevolentia et amore proſecutus nationem Graecorum, „curavit multa cum ſollicitudine, ut fideliſſime in linguam communem transferretur „ſacrum Evangelium, hoc eſt quatuor Evangeliſtae, et Acta, et Epiſtolae Apoſtolo-„rum et Apocalypſis S. Joannis, quae totum Teſtamentum Novum D. et Salvatoris „N. J. C. abſolvunt.„ Haec Cyrillus. Idem *Langius* ibidem aſſerit, Calliopoliten non interpretatione aut expoſitione SS. Patrum Graecorum, ſed Bezae uſum fuiſſe.

In

m) Pag. 4. Diſſert. de hac editione. *n*) Cap. XI. §. 14. p. 313.

In fine totius operis habetur adhuc adjecta Epistola purius Graeca, quae editorum est, quibus operae pretium fuerat visum, lectorem de uno et altero, tam ratione consensus inter textum Originalem et Metaphrasim, quam ratione orthographiae Neo-Graecae monere. Sunt autem haec tria. Primum est, quod alia editione Metaphrastes, alia autem Typographus fuerit usus, unde accidit, ut textus Originalis non ubique per omnia Metaphrasi consentiat; propterea omnino necessarium est, hanc ex aliis editionibus aut supplere aut concidere, quo Metaphrasis Textui Originali omnino consentiat. Deinde notandum quod frequenter distinctio versiculorum non sit similis, adeo ut una vel duae voces ex praecedente in sequentem, aut vice versa sint assumendae. Tandem vero monemus, Metaphraseos orthographiam non esse vitiosam, licet quibusdam aliter videri possit. Re vera autem factum est, ut aliter sentiret Helladius, qui Calliopoliten nunquam artem orthographice scribendi ex regulis grammaticis didicisse affirmat.

Si quaeras, (*pergit Langius*) in quo pretio haec versio sit Graecis habita: omnino respondendum fuerit, pretium vix adeo magnum illam fuisse consecutam in Graecia. Haec *Langius*.

De ea sic loquitur Jeremias Sacerdos Graecus in Epist. quae extat in Appendice Henr. Hilarii ad Philippi Cyprii Chron. Eccles. „Interrogas utrum apud nos venundatur Testamentum in linguam vulgarem translatum? Scito quod apud nos N. T. legatur illa, qua conscriptum est, lingua. Et licet quidam illud Barbare interpretati sunt, videtur tamen Metaphrasis inutilis, utpote quam nemo emerit.„

De hac translatione dici potest, (*inquit Rich. Simon*) *) hanc ex illis esse, quae his ultimis temporibus conditae sunt, accuratiorem ac majori judicio concinnatam. Textum Originalem sat exprimit; quibusdam tamen in locis, ut clarior esset, nonnulla verba Interpres intertexuit — in primis cum concisior est Graecus, aliterque se sensum reddere non posse arbitratus est. — Denique Maximus varias ad marginem, raro tamen, annotavit Graeci contextus lectiones. Haec ille.

Etsi praecipua causa rejecti Novi Testamenti in vulgari lingua editi illa unica sit, quod scilicet hujusmodi interpretationes non minus supervacaneae quam ridiculae sint: non tamen desunt aliae etiam et quidem gravissimae: 1. est quod nulla inveniatur translatio praesertim sacrarum Scripturarum, ubi neque addere quicquam nec demere licet, sed verbotenus interpretanda sint omnia. Tale aliquid esset metuendum, si in ea in hac vulgari lingua Graecorum fieret, cujus nihil hactenus certo stabilitum invenitur; nam una eademque vox hujus linguae diversis in regionibus Graeciae aliam et aliam habet significationem: ita ut quod Thessalus maxime aestimet, idem Thrax vel Macedo nec non Insulanus ludibrio habeat. 2. Quod in pluribus Scripturae dictis, paucis saltem mutatis vocabulis, eadem manere debeat lingua, quae et in originali textu fuerat. 3. Quod tam obscurus in nonnullis maneat sensus vulgaris Interpretationis Novi Testamenti, quam in originali textu, ne dicam obscurior. 4. Quod interpretes hujus vulgaris editionis haud Ecclesiae Graecae fautores visi sunt, textumque originalem ad suas hypotheses stabiliendas fovendasque male interpretantes aliqualiter a veritate deflexerunt. Denique quodsi textus originalis adimeretur Graecis,

*) Cap. 20. hist. crit. vers. N. T. pag. 230. 231.

cis, summum esset periculum, ne plane in barbariem grex Graecorum subito veniat, nam unice Scripturas sacras saltem antiqua lingua scriptas habent, per quas utpote faciliores ad alios authores percipiendos, praesertim patres, sese assuefacere solent. Haec *Helladius*. p)

[Auctor hujus versionis est *Maximus* Hieromonachus, Calliopolitanus Peloponesiacus, qui suasu Legati Ordinum Generalium Foederati Belgii apud Turcas Novum Testamentum in linguam vulgarem transtulit. Ipse vero Legatus *Cornelius Haga*, ut e communi Statuum aerario imprimendo operi sumptus subministrarentur, sua intercessione effecit. Adfuit ipsi *Cyrillus Lucaris*, non quidem in opere elaborando, sed in promovenda operis impressione. Natus ille erat Candiae in Insula ejusdem nominis, cumque linguas, Graecam, Italicam, Latinam, Arabicam et Turcicam sibi familiares reddidisset, Venetias abiit, exinde in Italiam et Germaniam proficiscens Genevam venit, ubi Ecclesiae Reformatae dogmatibus subscripsit. Sic enim ipse ad *Antonium Legerum* in epistola scripsit: „Abhorreo ab erroribus Papistarum „et superstitionibus Graecorum. Probo et amplector doctrinam Doctoris meritissimi „mi Johannis Calvini, illorumque omnium qui cum eo sentiunt. Hac in re volo, „Domine Legere, ut mihi testimonium perhibeas; siquidem e sincera conscientia ita „ego teneo, ita profiteor, et confiteor, quod et confessio mea monstrabit.„ q) Ipsa ejus Confessio prodiit latine 1629: *Confessio fidei reverendissimi Domini Cyrilli Patriarchae Constantinopolitani.* Frequens cum eruditis litterarum commercium aluit, et in Epistola ad *Johannem Utenbogardum* A. 1613. data se *Papam et Patriarcham Alexandrinum* vocat. A. 1621. die 5. Novemb. Patriarcha Constantinopolitanus electus est, et anno sequenti in exilium missus, sed post *Gregorium Amasiensem* et *Anthimum* anno proximo in Patriarchalem sedem reversus est, quam exsul demum A. 1634. die 5. Martii dereliquit. Quae circumferuntur *Lettres Anecdotes de Cyrille Lucar*, Amst. 1718. 4. continent quidem fragmenta epistolarum *Cyrilli*, sed jam antea prodiere sub rubro: *Monumens authentiques de la Religion des Grecs*, *par J. Aymon*, *à la Haye* 1708. 4. Hi sunt duumviri, quibus hoc debemus Novum Testamentum, quibus a quibusdam jungitur *Seraphinus Mitylenensis*, sed sine jure, hic enim novam Londini procuravit editionem, de qua mox rationem reddituri sumus. De loco, ubi haec sumptibus Ordinum Generalium Foederati Belgii in lucem emissa sit editio, varie inter eruditos disputatum est. Pro urbe Genevensi militat auctor noster, cui accedit Cl. *Knochius*, *Freytagius*, *Vogtius* aliique, qui inprimis ad insigne typographi *Chouet* provocant. Verum post *Langium Baumgartenius* ex Elzeviriorum officina prodiisse ex similitudine typorum demonstravit. Jungimus hisce argumentis testimonium *Gronovii*, qui *Golium* exinde laudat, quod hujus versionis editionem promovere studuerit. „Nemo tanto studio, labore, gratia ob consulatus et praetu- „ras, et imperia contendit, omnemque lapidem movit, quam ille, ut Novi Foede- „ris sacratissimae tabulae, simul uti scriptae sunt, simul ut in ῥωμαϊκὸν (ut appel- „lant)

p) Cap. IX. libri, quem conscripsit s. t. Status praesens Eccl. Graecae, p. 133. Idem cap. XVII. hanc Metaphrasin obiter examinat. *Le Long* p. 227. col. 1. C. Conf. *Andr. Caroli* memorabilia Ecclesiastica, tom. 1. p. 531.

q) Conf. *P. Bayle* dictionnaire art. Golius. Not. H.

„lant) seu Graecam linguam vulgarem traductae, formis vulgarentur: atque id magnificum atque divinum munus Potentissimorum Liberi Belgii Ordinum beneficio, „gemens sub barbarie intolerabili jugo gens libertatis et elegantiae inventrix acciperet.„ r) Quae publice prolata si vera sunt, uti omnino sunt, quomodo *Golius* editionem procurare et promovere potuisset, si Genevensium typographo exprimenda tradita fuisset? Editio perdifficilis inventu est insequentium norma.

*Ἡ καινὴ διαθήκη τοῦ κυρίου καὶ σοτῆρος ἡμῶν Ιησοῦ Χριςοῦ, μεταφραθεῖσα πρὸ χρόνων ἱκανῶν ἐις πεζὴν φράσιν διὰ τὴν κοινὴν ὠφελέιαν τῶν χριςιανῶν παρὰ τοῦ ἐν ἱερομονάχοις Μαξίμου τοῦ καλλιουπολίτου, καὶ νῦν ἄυθις τυποθεῖσα διωρθώσει Σεραφεὶμ ἱερομονάχου τοῦ Μιτυληναίου. Ἐν λονδίνῃ τῆς βρεταννίας, ἐν ἔτει σωτηρίῳ α ψ γ. παρὰ Βενιαμὶν Μοτταίῳ. 1703. 12. [II.]

Hoc saltem obiter addam, (*inquit Helladius*) s) graeculos modernos, ut adversariorum more loquar, non absque sontica gravissimaque causa priores illas Novi Testamenti editiones rejecisse: imo vero addam, quod ignotum est eruditis hactenus, Seraphinii editionem in medio aulae Patriarchalis Constantinopoli anno ni fallor, 1704. post anathema vulcano traditam. Hactenus ille.

Editor Seraphinus Graecus praefationem adjecit, at textum literalem cum duplici praefatione praecedentis editionis penitus omisit. Quae vero in hac editione redarguuntur, in notis ad subsequentem editionem legi possunt. t)

[*Seraphinus* Mitylenensis secundam *Maximi*-Calliopolitani versionis graecae editionem Londini procuravit: sed non accurate antecessoris sui vestigia pressit, verum nonnulla in ipsa versione immutavit. In locum duplicis praefationis a *Maximo* et *Cyrillo* scriptae aliam substituit praefationem, quae, cum auctoritati Episcoporum Graecorum aliquid detrahere videretur, Patriarchae Constantinopolitani bilem adeo movit, ut ipsum librum anathematisatum Vulcano tradere decretum sit. Defendit hoc factum, quod *Baumgartenius* redarguit, contra illum Cl. *Knochius*, ad Biblia Cryptocalviniana provocans, quae itidem Vulcano tradita fuerint, militibus nimirum, ut onerandis sclopetis inservirent, concessa. Verum num ex hoc facto illud excusari possit, non definio. u)

Ἡ καινὴ διαθήκη τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ιησοῦ Χριςοῦ μεταφραθεῖσα εἰς πεζὴν φράσιν διὰ τὴν κοινὴν ὠφέλειαν. Ἐν ἔτει 1705. 12. [III.]

Versio Novi Testamenti Neo-graeca, ex editione Londinensi uti ex collatione locorum Joh. 14, 12. 13. et Ephes. 2, 14. 15. cum textu authentico apparet, formata. Eliminata tamen est *Seraphini* praefatio, et ejus in locum manuductio ad salutarem sacrae scripturae lectionem, quae e Bibliis Germanicis Cansteniamis graece versa

r) Conf. *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern, vol. 8. p. 1. *Freytagii* Analect. pag. 958. Algemeines Gelehrten-Lexicon, vol. 3. p. 315 Unschuldige Nachrichten, A. 1709. p 258. A. 1718. p. 809. A. 1729. p. 1241. *J. M. Goezii* Fortsetz. des Verzeichn p. 18. nec non scriptores Part. I Cap. II. Sect. II. §. LV. n. 1. citatos.

s) Pag. 238. libri citati.

t) *Le Long* p. 228. col. 2. B.

u) Conf. Nachrichten von einer hall. Biblioth. vol. 3. p. 474. *Knochii* histor. crit. Nachr. p. 471. *Joh. Alb. Fabricii* Biblioth. gr. vol 3. p. 190. vol. 10. p 538. *J. G. Schelhornii* amoenit. litterar. vol. 8. p. 488.

verſa eſt, hic ſubſtituta legitur: nomen vero *Lutheri* noſtri, quod in germanico exemplari ibidem expreſſum eſt, hic in graeco deſideratur. Quo vero loco et qua ex typographia hoc prodierit N. T. definire haud audemus. Duo tantummodo nobis innotuerunt hujus editionis exemplaria; alterum quod ipſi poſſidemus, et olim *Johannis Trarioculpii* Armeni fuit, alterum quod exſtat in Bibliotheca Chriſtiano-Erneſtina, quae eſt Wernigerodae. *)

[IV.] * Ἡ καινὴ διαθήκη τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦτ' ἔστι τὸ θεῖον ἀρχέτυπον καὶ ἡ αὐτοῦ μετάφρασις εἰς κοινὴν διάλεκτον. Μετὰ πάσης ἐπιμελείας διορθωθέντα, καὶ νεωστὶ μετατυποθέντα ἐν Ἅλα τῆς Σαξονίας, ἐν τῷ τυπογραφείῳ Ὀρφανοτροφείου. Ἔτει ἀπὸ τῆς ἐνσάρκου Οἰκονομίας τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ α. ψ. ι. (Halae Saxonum. 1710.) 12.

Haec editio facta eſt juxta Londinenſem, correcta ex recenſione Anaſtaſii Michaelis Macedonis, accurante Hermanno Auguſto Franckio Profeſſore, Theologo Hallenſi, qui et Praefationem Latinam adjecit, praemiſſa alia Graeca Joannis Heymanni, linguarum Orientalium Profeſſoris Leidenſis, ſumptibus Sereniſſimae Reginae Boruſſiae Sophiae Louiſae.

Ex Praefatione Latina Franckii: De adornanda ejusmodi librorum Novi Foederis editione conſilium ſtudio inſerviendi Eccleſiis Graecis jamdudum inivimus. — ſub initium noſtri conatus haud aliam editionem verſionis Novi Teſtamenti in Linguam Graecam vulgarem, niſi nuperam Londinenſem habuimus. Hujus editionis exemplar quinque abhinc annis D. Anaſtaſio Michaelis Macedoni, Conſtantinopoli ad nos profecto tradidimus, ut ei manum admoveret, et quae rectius crederet exprimi poſſe, quo tum textui originali tum linguae vulgaris indoli exactius reſponderent, ea ſedulo annotaret. Id ille praeſtitit. — — Exemplar a D. Anaſtaſio correctum, fundamenti loco aſſumptum, ut et emendatior et accuratior daretur metaphraſis, etiam Callipolitae ſtudioſe collata, nec ceſſatum ab opere fuit, uſque dum ad umbilicum perduceretur.

Antequam autem ſumma illi manus adjecta ſit, commode accidit, ut D. Johannes Heymannus ex Oriente in Belgium proficiſcens in itinere mihi Berolini ſui copiam daret. Is a me rogatus, Praefatione noſtram Novi Teſtamenti editionem donare promiſit, fidemque datam paulo poſt etiam liberavit.

Quantum ad Textum originalem attinet, editionem praecipue Leusdenianam, quae Amſtelodami anno 1698. lucem vidit, ſecuti ſumus. — — In textu verſionis orthographia, in editionibus binis prioribus admodum neglecta, hic ad linguae antiquae indolem normamque magno ſtudio fuit redacta. — deinde voces Turcicae et Italicae, quibus priores editiones ſcatent, quaeque Graecis, ſi harum expertes fuerint, barbarae et ridiculae videntur, ejectae κατὰ δύναμιν ſunt, et Graecae aut ἑλληνικαὶ aut ἁπλαῖ in earum locum ſubſtitutae.

Tum lacunae, quarum viginti et ſeptem obſervatae in Londinenſi editione, expletae ſunt. Voces enim, verſuum partes, immo integri verſus hic illic in iſta editione omiſſi fuerunt; — diviſiones verſuum diviſionibus, quae in Leusdeniana Edi-

x) Beyträge zur Geſchichte merkw. Bücher, p. 58. Index Biblior. Wernigerod. pag. 25. *)

*) In meo exemplari, quod olim fuit *Benj. Schultzii* Miſſionarii, abeſt locus 1 Joh. 5, 8. non (v. 7.) omiſſo ipſo numero. (*B.*)

Editione cernuntur, aequatae funt, exceptis binis locis Joh. XIV, 12. 13. et Eph. II, 14. 15. Ipfa metaphrafis fic comparata eft, ut explicandis nonnullis locis non fpernendum lumen praeferat. [y])

[Jam fupra, ubi de textu Authentico ejusque editionibus nobis agendum erat, hanc editionem recenfuimus. [z])

Novum Teftamentum Graecum in linguam vulgarem graecam verfum, cura Chriftiani Reineccii. Lipfiae fumptibus Haered. Lankifianorum. MDCCXIII. et MDCCL. Fol. [V.]

Vid. inter Polyglotta. [a])

Reineccius accurate editionem praecedentem Halenfem, prioribus correctiorem, operi fuo polyglotto inferuit. Sub duplici vero anni nota una eademque extat editio; opus enim imprimendo Novo Teftamento anno MDCCXIII. coeptum, anno MDCCL. demum finitum eft.

§. V.

Partes N. T.

Το κατα Λουκαν ἐυαγγελιον ἐν ἔτει α ψ μ η. Lucae Evangelium in linguam graecam vulgarem converfum, edidit D. Jo. Henr. Callenbergius. Halae in Typographia orientali CIↃIↃCCXXXXVIII. 12. [I.]

Αι πραξεις των Ἀποςολων ἁγιων. ἐν ἔτει α ψ μ θ. Acta Apoftolorum in linguam Graecam vulgarem converfa, edidit D. Jo. Henr. Callenbergius. Halae In Typographia Orientali Inftituti Judaici. CIↃIↃCCXXXXIX. 12. [II.]

Initium Evangelii Johannis, cap. I. 1-28. — Halae — 1749. 12. [III.]

Epiftola ad Romanos in linguam graecam Vulgarem converfa — 1748. 12. [IV.]

Epiftola ad Ephefios — 1748. [V.]

Παυλου του Ἀποςολου ἡ προς Τιτον επιςολη. ἐν ἔτει α ψ μ η. (1748.) 12. [VI.]

Η του ἁγιου Ιουδα καθολικη ἐπιςολη. ἐν ἔτει. α. ψ. μ ζ. (1747.) 12. [VII.]

Epiftolae Domini et Servatoris Jefu Chrifti ad Ecclefiam orientalem in linguam graecam vulgarem converfae. Edidit D. Jo. Henr. Callenbergius. Halae in Typographia Orientali. 1746. 12. [VIII.]

Hi funt, qui nobis innotuerunt, Libri Novi Teftamenti a meritiffimo *Callenbergio* eum in finem editi, ut tum noftratibus, qui linguae graecae vulgari operam dant, tum et iis, qui in Oriente lingua Graeca vulgari vernacula utuntur, inferviret. Plerique libelli duplici proftant fub titulo, vel graeco, vel graeco-latino. Ultima quam nominavimus opella, tria priora continet Apocalypfeos capita.

§. VI.

Verfio N. T. Liberii Colleti.

*Novum Teftamentum in Linguam Graecorum vulgarem translatum a Liberio Colleti facerdote. Venetiis. (circa annum 1708. vel 1709.) Folio.

Helladius p. 344. libri fupra pluries citati loquitur de hoc interprete, eumque non Athenienfem, fed in Italia natum et educatum vocat. „Non vero minus ri-

y) *Le Long* p. 228. col. 2. D.
z) Part. I. Cap. II. Sect. II. §. LV. n. 2.
a) Part. I. Cap. III. §. VII.

„diculum videtur, dum praeponens hoc nomen, fe Graecum Athenienfem vocat, et „in Calendario, quod ex editione Novi Teftamenti Graeci in parvo folio Venetiis „huc (anno 1710.) transtulit, fuumque fecit, etc.„ Idem p. 358. „Si et Pfalte„rium ita Dom. Liberio Colleti interpretatus eft, uti Novum Teftamentum, moneo „ne proelo fubjicias.„ [b])

§. VII.
Verfio Helladii.

* Tentamen Metaphrafeos Novi Teftamenti in linguam modernam Graecorum factum ab Alexandro Helladio Graeco fuper caput II. Evangelii fecundum Matthaeum. Altorfii 1714. 8.

Hoc tentamen editum eft pag. 302. libri hujus interpretis, cui titulus: Status praefens Ecclefiae Graecae. [c])

[*Alexander Helladius* Lariffae, Theffaliae civitate natus, univerfam fere Europam peragravit, et Halae in Saxonia annum, in Batavia biennium, in Anglia triennium, Altorfii quadriennium moratus, omnium pene linguarum Europaearum facultatem fibi adquifivit. *Altorfii* librum edidit, quo non vulgarem quidem eruditionem ac peritiam rerum patriae ecclefiafticarum, ac litterariarum monftravit, verum et animum ambitiofum et invidiae plenum prodidit, dum quam acerbiffime, qui de Graecorum rebus commentati funt, perftrinxit. Proftat ille liber fub titulo: *Status praefens Ecclefiae Graecae, in quo etiam caufae exponuntur, cur Graeci moderni Novi Teftamenti editiones, in lingua graeco-barbara factas, acceptare recufent. Praeterea additus eft in fine ftatus nonnullarum controverfiarum, ab Alexandro Helladio Nat. Graec. Impreffus A. R. S. MDCCXIV.* De tribus tantummodo loquitur auctor N. T. editionibus, nimirum de prima anni 1638. §. IV. n. 1. de Londinenfi, anni 1703 (ibid. n. 2.) et de tertia *Liberii Coleti.* §. VI. Quam fupra vero recenfuimus anni 1705. editionem, filentio praetermifit. Multa habet vir doctus, quae editiones hasce concernunt, ut cap. VII. in quo demonftratur, Graecam linguam modernam aut parum aut nihil ab originali lingua Novi Teftamenti deflectere, et de fcripturarum lectione. Cap. IX. in quo exponuntur caufae, cur hae vulgares editiones Novi Teftamenti a Graecorum Patriarchis rejectae fint. Cap. XVI. in quo vita et gefta Seraphini Mitylenenfis, fancta confcientia exponuntur, Epifcopique Graecorum ab ejusdem injuriis vindicantur. Cap. XVII. quo Maximi Calliopolitae Metaphrafeωs errores obiter examini fubjiciuntur. Cap. XVIII. quo tertia quoque Halenfis Novi Teftamenti editio obiter examinatur. Dum vero linguam Graeco-barbaram tantummodo infimae plebis dialectum effe adfirmat, ipfi fefe oppofuit *Joh. Matthias Gefnerus.* [d])

b) *Le Long* p. 229. col. 1. E.
c) *Le Long* p. 229. col. 2. A.
d) Obfervat. II. de lingua et eruditione Graecorum, qui hodie vivunt, in Mifcellan. Lipfienf. tom. II. p. 397. et 712. Conf. Unfchuld. Nachrichten A. 1714. p. 661. 1016. *Reimmanni* Catal. Biblioth. theol. pag. 812. *Mich. Lilienthalii* theolog. Biblioth. vol. 2. pag. 178. *Joh. Alb. Fabricii* Biblioth. graec. vol. X. p. 515.



SECTIO III.

SECTIO III.

DE

VERSIONIBVS METRICIS.

§. I.

Restant adhuc quaedam ſacrorum librorum verſiones graecae, quae tum ipſa lingua, qua concinnatae ſunt, tum et ipſo ſermonis ordine ſeſe a praecedentibus diſtinguunt. Sunt hujusmodi generis carmina illa ſacra, quibus Libri Sacri redditi ſunt, quorum nonnulla ex antiquitate ad noſtra pervenere ſecula, alia vero recentiori aevo a viris, quibus graecus ſermo admodum familiaris fuit, compoſita ſunt. Auctorem noſtrum hujusmodi carmina ſacra non albo editionum aut verſionum inſeruiſſe, lubenter fatemur; attamen illa non penitus ſilentio praetermiſit, ſed ad calcem operis, commentatoribus in ſingulos ſacrae ſcripturae libros, nomina illorum, qui carmine ſacro oracula divina reddidere, adſcripſit. Nobis vero hisce interpretibus, qui a commentatoribus et exegetis diſtinguendi ſunt, et propius ad translatores accedunt, peculiarem adſignare ſectionem, ordini convenientius viſum eſt.

§. II.

Libr. Sam.

Guil. Geilfuſii carmen graecum de monomachia Davidis cum Goliatho. Magdeburgi apud A. Bezelium. 1611. 4.

§. III.

Liber Eſtherae carminice.

* Joſuae Barneſii Eſtherae hiſtoria, poetica paraphraſi, idque Graeco carmine, cui verſio latina opponitur exornata una cum ſcholiis et annotationibus Graecis. Londini 1679. 8.

Joſua Barner, Anglus, Collegii Emmanuelis Cantabrigienſis, linguae Graecae peritiſſimus, qui et *Euripidem* et *Homerum* edidit, in hoc carmine, quod *Suſiadem* inſcripſit, *Homeri* imitatorem felicem ſeſe praeſtitit. [a])

§. IV.

Jobus carmine graeco.

* Θρηνοθρίαμβος. Sive liber Job, graeco carmine redditus per J. D. Cantabrigienſem S. T. B. Editio altera multis in locis ab Autore recognita

a) *Le Long* pag. 625. col. 2. Allgemeines Gelehrten-Lexicon tom. I. p. 796. v. infra §. CIII. n. 1.

et emendata. Cui adduntur in fine tres Pſalmi. S. Hieron. Epiſt. ad Paulinum: Job Exemplar Patientiae, quae non myſteria ſuo ſermone complectitur? proſa incipit, verſu labitur etc. Cantabrigiae, apud Thomam Buck celeberrimae academiae typographum. 1653. Veneunt ibidem per Guilielmum Graves, Bibliopolam. 8.

Quamvis graeci hujus carminis auctor tantummodo nominis ſui litteras initiales operi praemiſerit, eum tamen *Jacobum Duportum*, Anglum, Linguae Graecae Profeſſorem et Decanum Petriburgenſem apud Cantabrigienſes fuiſſe ſatis conſtat. Prior editio Cantabrigienſis anni 1637. 8. non integrum Jobi librum, ſed tantummodo nonnullas ejus ſectiones ex ultimis capitibus, quibus animalia deſcribuntur, continet: quas iterum ſub examen vocavit, emendavit, et ita adauxit, ut hic integer Jobi liber carmine graeco expreſſus exponatur. Adeo Homeri eſt ſectator, ut ſingula quibus uſus eſt, verba ex illo hauſta ſint, ut ſe centonem in hoc argumento conſcripſiſſe ipſe fateatur. Graeco Carmini adjuncta eſt e regione verſio latina de verbo ad verbum. Verſus hebraici textus ad marginem graeci carminis notati ſunt. Pſalterium idem in graecum carmen transformavit, de quo ſuo loco. [b])

§. V.

Pſalterium carmine graeco.

[I.] * Apollinarii metaphraſis Pſalterii graece. Pariſiis apud Hadrianum Turnebum. 1552. 8.

Paraphraſin Pſalmorum CLI. ex duobus Bibliothecae Regiae codicibus perquam nitide graece typis regiis evulgavit *Hadrianus Turnebus*, ſubjunctis ad calcem variis lectionibus. Utrum vero hic genuinus foetus ſit *Apollinarii* ſenioris, Alexandrini, Laodicenſis in Syria presbyteri, qui circa annum 362. claruit; an vero ſit filii ejusdem nominis, vel an ſit ψευδεπιγραφον, definire haud audet *Duportus* in praefatione ad Pſalterium carmine graeco redditum apud *Joh. Alb. Fabricium*: in quo ipſi conſentit *W. Cave.* Carmine heroico reddidit auctor, quisquis ille ſit, Pſalterium integrum; de quo *Iſaacus Caſaubonus* judicat, „opus eſſe plane haud indi„gnum, quod juventuti φιλέλληνι proponatur. Nam et Graeca eſt oratio, et ſatis „poetica, imo interdum ποιητικωτάτη. Illud, credo, non negabis, cum veritate „hebraica ſaepe illi parum convenire: ſaepe etiam Graecae poeſeos genium in eo de„ſiderari: neque enim neſcis, aliud eſſe verſus facere, aliud poëtam agere; quod „cum in vertendo ſit difficile, non deſunt tamen e recentioribus, quos anteponam „Apollinari etc.„ [c])

[II.] * Ἀπολιναρίου μετάφρασις τοῦ ψαλτῆρος, διὰ στίχων ἡρωϊκῶν. Apollinarii interpretatio Pſalmorum verſibus heroicis. Apud Joannem Benenatum, Pariſiis M.D.LXXX. 8.

Editio ſecunda, priori longe anteferenda, tum ob typorum nitorem, tum quod hic verſio accedit latina, quae ſingulis verſibus graecis accurate reſpondet, nec non

b) *Le Long* p. 707. col. 1. C. *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern, vol. X. p. 305.

c) Conf. *Joh. Alb. Fabricii* Biblioth. gr. vol. 7. p. 667. *Guill. Cave* Hiſt. litt. ſcript. eccleſ. tom. 1. p. 176. *Le Long* p. 611. col. 2. C. Catal. Biblioth. Baumgart. p. 44. n. 154.

non in fine variantes notantur lectiones. Praemittuntur veterum ſcriptorum *Svidae*, *Socratis* et *Sozomeni* de *Apollinario* teſtimonia, quae tamen hujus metaphraſeos nullam faciunt mentionem. Indicem ſatis locupletem *Nicolao Gulonio* debemus. [d])

* Ἀπολιναρίου μετάφρασις — Pariſiis MDCXIII. 8. [III.]

Praecedens editio ſecunda accurate typis iterum exſcripta. [e])

* Ἀπολλιναρίου μετάφρασις τοῦ ψαλτῆρος διὰ στίχων ἡρωϊκῶν cum verſione latina. Heidelbergae ex officina Commeliniana. 1596. 8. [IV.]

Prioris editionis anni 1580. verſionem latinam ſub examen vocavit et caſtigavit *Fridericus Sylburgius.* Accedunt paucae quaedam *Davidis Hoeſchelii* notae: index vero a *Gulonio* confectus, hic deſideratur. [f])

* Apollinarii metaphraſis Pſalterii. Pariſiis 1624. Fol. [V.]

In appendice Bibliothecae Patrum Graecorum tom. XIV. Ipſa vera Bibliotheca non 1654. uti habet *Joh. Alb. Fabricius*, ſed anno 1624. prodiit. [g])

* Δαβίδου προφήτου καὶ βασιλέως μέλος, ἐλεγείοις περιειλημμένος ὑπὸ Παύλου τοῦ Δολσκίου πλαέως. Pſalterium Prophetae et Regis Davidis, verſibus elegiacis redditum a Paulo Dolſcio Plauenſi. Baſileae per Oporinum. (1555.) 8. [VI.]

Anni nota ad calcem eſt expreſſa: *Baſileae ex officina Joannis Oporini, Anno ſalutis humanae M. D. LV. menſe Auguſto.* Fluctuat de vero hujus metaphraſeos auctore *Le Long*, dum quidem primo illam *Dolſcio* tribuit, quem *Germanum*, *Plavenſem*, *Lutheranum*, *Medicum et conſulem Halenſem*, *Latine et Graece doctum* appellat; deinde vero tum hanc metaphraſin, tum et Eccleſiaſten *Melanchthoni* adſcribit, addita nota: *Haec bina opera edita ſunt ſub nomine Pauli Dolſcii*, perinde ac ſi *Melanchthon* hoc ſub nomine latere voluiſſet. Verum *Dolſcium*, qui primo Scholae Halenſi praefuit, deinde Paduae Doctor Medicinae creatus, Halam rediit, et ibi conſulatum usque ad annum emortualem 1589. geſſit, verum ejus eſſe auctorem, ex ipſa operis praefatione, ſeu epiſtola nuncupatoria Senatoribus urbis Halae inſcripta apparet. „— Secutus igitur judicium et exemplum laudatiſſimorum virorum, graecis „verſibus totum opus Pſalmorum reddidi. — Id opus quia praecipue veſtris filiis, „quos mihi erudiendos commendaſtis, ſcripſi, vobis exhibeo, ac ſpecimen volo eſ„ſe non ſolum meae ſedulitatis in hoc munere docendi, ſed etiam piae voluntatis er„ga Eccleſiam et erga hanc urbem.„ Pſalterio praemittitur carmen elegiacum graecum ad Lectorem, et ſingulis Pſalmis ὑπόθεσις ſeu argumentum duobus Diſtichis comprehenſum. Ad calcem adjecta eſt *Eobani Heſſi* Elegia de fructu et utilitate lectionis Pſalmorum, et *Caroli Utenhovii* epigramma graecum. Libellus apprime rarus, cujus *Duportus*, quamvis anxie illum quaeſiverit, compos haud fieri potuit. [h])

* Metaphraſis Libri Pſalmorum graecis verſibus contexta, cum verſione Latina. Per Jacobum Duportum Cantabrigienſem. Londini 1666. 4. [VII.]

Pri-

d) *Le Long* ibid. *J. Alb. Fabricius* l. c. pag. 652. *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern, vol. 7. p. 99.

e) v. *Le Long* et *Fabricium* ll. cc.

f) Conf. auctores ſupra citatos.

g) Conf. auct. citat.

h) *Le Long* pag. 703. col. 1. coll. p. 857. col. 1. E. *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern, vol 7 pag. 101. *Joh. Alb. Fabricii* Biblioth. gr. vol. 7. p. 668.

Prima Pſalterii editio, quam eidem Auctori, cujus Jobum in Graecum carmen transmutatum jam ſupra §. IV. recenſuimus, debemus, quae ad latus habet verſionem Latinam. Duo ſunt, quae auctor ſibi propoſuit: primo *Homerum* tam accurate, quantum fieri poſſet, imitari, ut carmen hoc puro ſtamine Graeco et Homerica phraſi concinnaretur; unde et nomen Jehova Graece per Ἄναξ aut Ἀθάνατος reddidit; ſecundo textum hebraicum quam accuratiſſime exprimere. [i])

[VIII.] * Δαβίδης ἔμμετρος, ſive Metaphraſis libri Pſalmorum graecis verſibus contexta. Per Jacobum Duportum Cantabrigienſem Regium Graecae Linguae Exprofeſſorem. D. P. Londini typis Andr. Clark, impenſis Richardi Chiſwell, ſub ſigno roſae et coronae D. Pauli Coemeterio. M DC. LXXIV. 8.

Editio ſecunda, ſed ſine verſione latina. Novam addidit Auctor latinam praefationem, qua Interpretes, qui graeco carmine Pſalterium donarunt, recenſet et ſub examen vocat: atque ſimul de Jobo ſuo, eum jam ante triginta fere annos, et de ſcriptis Salomonis, illa novennio poſt graece verſa eſſe refert. Diu itaque ingenii ſui foetus intra muſaei cancellos detinuit. Praefationem ipſam, quoad maximam partem transſcripſit *J. A. Fabricius*. [k])

[IX.] Metaphraſis Libri Pſalmorum graecis verſibus contexta per Jacobum Duportum Cantabrigienſem. Oxonii e Theatro Sheldoniano 1712. 8.

[X.] Jacobi Duport Metaphraſis poetica Pſalmorum graeca cum Paraphraſi poetica Latina Buchanani. Londini apud B. Barker. F.

[XI.] * Dionyſii Petavii Pſalmorum omnium, nec non Canticorum, quae ſparſim in Bibliis leguntur, Paraphraſis graecis verſibus edita, cum latina interpretatione, quae ipſa per ſe, graeca neſcientibus, commentarii inſtar eſſe poſſit. Pariſiis apud Sebaſt. Cramoiſy. 1637. 12.

Auctoris vitam recenſet *J. P. Niceronius*. [l])

[XII.] * Aemylii Porti metaphraſis Pſalmorum Davidis Regii Prophetae graeco carmine heroico. Baſileae 1581. 8.

De auctore ſequentia notavit *Le Long: Franciſcus Portus Aemilii filius Cretenſis, Graece et Latine peritus, obiit* 1581. In quo multa erravit. Auctor hujus Carminis eſt *Aemylius Portus*, Ferrariae in Italia natus, cujus pater eſt *Franciſcus Portus* Cretenſis. Nec Romanorum ſacris addictus fuit, nec 1581. ex hac vita emigravit: munere enim Profeſſoris Heidelbergae usque ad annum 1609. functus eſt. Elaboravit hoc carmen, quod quam duriſſime taxat *Duportus* in praefatione, *Aemylius* gravi laborans morbo, quin et ipſa durante aegritudine, latinamque addidit verſionem. [m])

* Da-

i) *Le Long* p. 707. col. 1. *J. A. Fabricii* Biblioth. gr. vol. 7. p. 670.

k) l. c. Conf *Le Long* l. c. et *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern, vol. 7. p. 107.

l) Nachrichten von berühmten Gelehrten vol. 1. p. 251. Conf. *Le Long* pag. 899. *Maittaire* annal. typogr. tom. 3. part. 2. pag. 900. *Joh. Alb. Fabricius* l. c. p. 668.

m) *Le Long* p. 911. col. 2. *J. A. Fabricii* Biblioth. gr. vol. 7. p. 668. ſeq. Conf *Joh. Moller* Cimbria litterata tom. 2. p. 656. etc. Allgem. Gelehrten-Lexicon vol. 3. p. 1717.

* Davidis Regii Prophetae Pſalmi omnes, noviter nunc primum tam in Graecum, carmine heroico, quam in Latinam proſam, elegantiſſime fideliſſimeque converſi ab Aemylio Franciſci Porti Cretenſis F. Argentorati apud Bernhardum Jobinum excuſi. Anno MDLXXXII. 8. [XIII.]

Editio poſterior; cui uti et priori Cantica V. T. ut et Simeonis eodem carminis genere addita ſunt. n)

§. VI.

Pſalmi graec. carmine.

* Pſalm. I. XV. CXXXIII. anacreonticis verſibus Graeca et latina lingua redditi a Joſua Barnes. Londini 1705. 12. [I.]

Extant Pſalmi in Ejusdem Anacreonte Chriſtiano. Auctor, Collegii Emanuelis Cantabrigienſis ſocius, cujus et Eſtherae hiſtoria graeco carmine conſcripta ſupra §. III. recenſita eſt, obiit A. 1714. o)

* Theophili Cangierii, Graeci, metrica interpretatio Davidicorum aliquot Pſalmorum, graece. 1610. 4. p) [II.]

Pauli Dolſcii metaphraſis Pſ. LI. graeco carmine. 1552. [III.]

Primum quod edidit *Dolſcius* poëſeos ſacrae ſpecimen, quod et Pſalterio §. praec. n. 6. recenſito a pagina 114-119. inſertum legitur. Duplex ibi exſtat Pſalmi LI. metaphraſis, altera brevior p. 112. altera vera amplior 73. diſtichis conſtans, quae jam anno 1552. primum publici juris facta.

Martini Mayeri a Schoenberg paraphraſis trilinguis metrica Pſalmorum poenitentialium hebraice, graece et latine diverſo carminum genere. Francofurti 1624. q) [IV.]

* Pſalmi aliquot Davidis graecis verſibus compoſiti per Antonium Nigrum Medicum Brunſvigenſem. Lipſiae imprimebat Valentinus Papa Anno Chriſti M.D.LII. 8. [V.]

Decem ſunt Pſalmi graeco carmine expreſſi cum e regione appoſita latina verſione, nimirum Pſ. CVII, CIV, LI, CXXVII, CXXVIII, CXLV, CXLVI, CXLVIII, CXLIX, CL. Edidit hoc ſpecimen eum in finem, ut doctoribus anſam praeberet Pſalmos Davidis eruditius magnificentiusque exornandi: ut Davidis Hymnos graeco carmine ita canerent, quemadmodum eos *Eobanus Heſſus* latinis verſibus cecinit. r)

* Pſalmorum Davidis aliquot metaphraſis Graeca Joannis Serrani. Adjuncta e regione paraphraſi Latina G. Buchanani. Precationes ejusdem Graecolatinae, quae ad ſingulorum Pſalmorum argumentum ſunt accommodatae. Anno M.D.LXXV. Excudebat Henr. Stephanus. 12. [VI.]

Tem-

n) *Le Long* ibid. *Baumgartenii* Nachrichten etc. vol. 7. p. 105.

o) *Le Long* p. 625. col. 2. *Fabricii* Biblioth. gr. vol. 7. p. 672. Allgemein. Gelehrten-Lexicon, vol. 1. p. 796.

p) *Le Long* p. 664. col. 2.

q) v. Part. I cap. III. §. XXXI. n. 6. Conf. *Fabricii* Biblioth. gr. vol. 7. p. 672.

r) *Le Long* p. 880. col 1. E. *Fabricius* l. c. p. 672. *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern, vol. 7. p. 110.

Temporibus calamitosis animum erigendi causa sacras litteras, inprimis Psalterium studiose legit *Johannes Serranus:* et dum *Buchanani* paraphrasin eum in finem adhiberet, ejus vestigiis inhaerens Psalmos nonnullos graece interpretari coepit: quorum in numero sunt, quos luctuosos appellare voluit, Ps. XI, XII, XIII, XVI, XVIII, XXII, XXX, XXXI, XLIII, XLIX, LXII, LXXIX, LXXXIV, LXXXV, LXXXVI, LXXXVIII, XC, XCI, XCII, XCIV, XCVII, CIII, CXLI, VI. Cuilibet Psalmo e regione apposita est latina *Buchanani* paraphrasis, in fine vero precatio prosaica graece et latine adjecta est. Duo Idyllia ex Danielis precatione Cap. IX. et Esai. LXIX. occupant vacuam in initio post praefationem paginam: in fine vero legitur Canticum Simeonis, et verae religionis descriptio graece et latine. [s])

[VII.] Psalmorum Davidis aliquot metaphrasis Graeca Jo. Serrani — cura Franc. Ockelii. Londini apud Bowyer. 1770. 8.

[VIII.] *Ψαλμοι τινες ὑπο διαφορων εἰς ἑλληνικα μετρα νεωστι μεταφρασθεντες.* Psalmi aliquot in versus Graecos nuper a diversis translati. (Argentorati excudebat Josias Rihelius 1572.) 8.

Adhaerent aliquot Psalmi editioni Buchanani Psalterii Argentoratensi a pag. 359. ad 403. graece a diversis versi, ita ut plures unum vel alterum Psalmum graeca veste metrica donarint Ps. I. 1) *Friderici Jamotii*, 2) *Florentii Christiani*, 3) *Henrici Stephani.* Ps. II. 1) *Florentii Christiani*, 2) *Henrici Stephani.* Ps. III. *Henrici Stephani.* Ps. VI. 1) *Friderici Jamotii*, 2) *Florentii Christiani.* Ps. VIII. *Florentii Christiani.* Ps. XI. 1) interprete eodem, 2) *Henrici Stephani.* Ps. XII. 1) *Frid. Jamotii.* 2) *Florentii Christiani.* Ps. XV. 1) *Jamotii*, 2) *Florentii.* Ps. XIX. interprete anonymo. Ps. XLIII. *Henrici Stephani.* Ps. XLV. *Florentii Christiani.* Ps. LXXXIV. interprete anonymo. Ps. LXXXVIII. *Henr. Stephani.* Ps. CI. interprete eodem. Ps. CIV. *Jamotii.* Ps. CX. anonymi. Ps. CXIX. *Jamotii.* Ps. CXXIX. *Florentii Christiani.* Ps. CXXVIII. *Jamotii.* Ps. CXXX. *Florentii Christiani.* Ps. CXXXVII. 1) *Jamotii.* 2) Anonymi cujusdam. Ad normam diversorum metrorum auctores Davidem canere didicerunt.

[IX.] Joachimi Camerarii Psalmus 133. de concordia, elegiaco carmine graeco. Lipsiae 1544. 8.

§. VII.

Proverbia carmine graeco.

[I.] * *Σαλομων ἔμμετρος*, sive tres libri Salomonis, Proverbia, Ecclesiastes et Canticum Canticorum, Graeco carmine donati per Jacobum Duportum Cantabrigiensem. Cantabrigiae 1646. 8. [t])

Idem Auctor Jobum §. IV. et Psalterium §. V. n. 7. eadem veste donavit.

[II.] * Proverbiorum Salomonis metaphrasis Graeca metrica cum versione latina, auctore Jacobo Meillerio. Genevae 1599. 8. [u])

[III.] * Proverbia Salomonis Graecis versibus hexametris expressa auctore Johanne Schirmero. Norimbergae 1584. 8. [x])

§. VIII.

s) *Le Long* p. 959. col. 2. *J. A. Fabricii* Biblioth. gr. vol. 7. p. 672. *F. G. Freytagii* apparat. litterar. tom. 2. p 727. *J. P. Niceronii* Nachrichten von berühmten Gelehrten vol. 5. p. 65. etc. *Maittaire* annal. typ. tom. 3. part. 2. pag. 762.

t) *Le Long* p. 707. col. 1.

u) *Le Long* p. 856 col. 1.

x) Id. p. 951. col. 1.

§. VIII.

Ecclesiastes graeco carmine.

Ecclesiastes per Jacobum Duportum. Cantabrigiae 1646. 8. §. praeced. [I.]

* Ecclesiastes Salomonis graecis versibus redditus a Paulo Dolscio Plavensi. Lipsiae 1559. 8. y) [II.]

* Graeca varii generis carmina, cum latina interpretatione: inter quae primo loco posita est Ecclesiastae Salomonis Paraphrasis, cujus versio ipsa commentarii loco esse potest graeci sermonis imperitis, auctore Dionysio Petavio. Parisiis apud Sebast. Cramoisy. 1641. 8. z) [III.]

- Libellus Urbano VIII. P. M. graeca et latina epistola inscriptus ad calcem habet nonnulla carmina hebraice scripta. Idem auctor, cujus et Psalterium supra §. V. n. II. indicavimus, Jeremiae Threnos carmine graeco donare coepit, quod opus tamen non ad finem perductum esse videtur. De methodo versus componendi ipse ita loquitur: „Ego nullam in istis serii temporis particulam colloco, sed eundo, red„eundo, ambulando per urbem, per aedes, inter coenandum, noctu, reliquis sub„cisivis horarum momentis, raptim illa meditari soleo.„

§. IX.

Canticum Cant. graeco carmine.

Canticum Canticorum per Jacobum Duportum Cantabrigiensem. Cantabrigiae 1646. 8. §. VII. [I.]

* Anacreon Christianus rithmicus, hoc est Canticum Canticorum Graeco Anacreontico carmine traductum a Georgio Leuschnero. Lipsiae 1650. 12. a) [II.]

Idem Auctor, qui munere scholastico functus est, et Hellenodiam Lutheranam, seu versionem graecam Canticorum ecclesiasticorum edidit.

Amores sacri s. Canticum Canticorum elegis expressum ab Josepho Thun, Praeposito Nicopiensi. Holmiae 1682. 8. [III.]

Graeco carmine elegiaco expressit auctor Canticum Salomonis, addiditque et alia ad calcem poëmata Graeca. b)

§. X.

Scripta Prophetica carmine gr.

M. Fureri Vaticinium c. 53. Jes. versibus graecis. Witebergae apud Joh. Crato. 1570. 4. [I.]

* Wolffgangi Finckelthausii Threni Hieremiae carmine heroico graeco. Tubingae 1571. 4. c) [II.]

Propheta Daniel graeco carmine redditus per Z. Fabrum. Witebergae apud Joh. Crato. 1598. 8. [III.]

Uu 2 Pro-

y) *Le Long* p. 703. col. 1. Conf. supra §. V. n. 6.

z) *Le Long* p. 899. col. 2. E. Conf. *Niceronii* Nachrichten von berühmten Gelehrten, vol. 1. p. 253. et p. 258.

a) *Le Long* p. 828. col. 1. Algem. Gelehrten-Lexicon, tom. 2. p. 2408.

b) Sammlung von alten und neuen theolog. Sachen, A. 1721. p. 1101.

c) *Le Long* p. 725. col. 2.

[IV.] Propheta Daniel — Witebergae apud Zach. Lehmann. 1601. 8.

[V.] Κήρυξ μετανοίας, ἤγουν Ἰωνᾶς προφήτης, μεταφρασθεὶς διὰ στίχων ἡρωϊκῶν. Praeco poenitentiae. seu Jonas Propheta, translatus versibus heroicis a M. Melchiore Rindero, Norib. Diacono Aegidiano. Noribergae typis Abrahami Wagenmanni CIↃ.IↃ.CXI. 8.

Dedicavit auctor opellam *Conrado Rittershusio* et *Friderico Taubmanno*. Graecum carmen in altera pagina ad latus habet latinam versionem. Ad calcem accedunt tres annotationes philologicae. d)

[VI.] * Musae sacrae, sive Jonas, Threni et Daniel versibus graeco-latinis, per Joh. Ailmer. Oxoniae 1652. 8. e)

§. XI.

Siracides graeco carmine.

* Σοφία ἡ πανάρετος τοῦ Σειρὰχ μεταφρασθεῖσα μὲν πάλαι δι' ἐλεγείων, νῦν δὲ τὸ πρῶτον ἐκδοθεῖσα ὑπὸ Παύλου τοῦ Δολσκίου πλαέως. Sapientia Jesu Siracidis, omnium virtutum doctrinam continens, elegiaco olim carmine reddita, et nunc primum edita a Paulo Dolscio Plavensi. Lipsiae Johannes Rhamba excudebat Anno MDLXXI. 8. f)

Ad calcem accedunt decem breviora additamenta, quorum singula nonnullis distichis graecis constant.

§. XII.

Paraphrasis Evang. Joh.

Νοννου ποιητου πανοπολιτου μεταβολη του κατα Ιωαννην ἁγιου Ευαγγελιου. Nonni Panopolitani Paraphrasis S. Evangelii secundum Joannem, carmine Heroico Graeco conscripta.

Superstes est ex Antiquitate Carmen heroicum *Nonni*, gente Aegypti, urbe Panopolitani, qui sub initio seculi quinti vixit, quod varias Editorum curas sustinuit multiplicique forma in vulgus exiit. Quo vero varias ejus editiones ordine recensere possimus, ad certas ut illas classes referamus, necesse est. Duplex adest editionum catalogus, alter ab auctore nostro *Jacobo Le Long*, g) alter vero ab *Joh. Alb. Fabricio* h) compositus: sed uterque non adeo locuples est, ut non cuique nonnullae desint editiones. Nostrum itaque erit, singulas ita recensere, ut primo Graecas editiones, et deinde graeco-latinas enumeremus. Singulis vero quae ab hisce viris nominantur, brevitatis causa Litteras F. vel L. vel utramque litteram, si ambo eandem recensent, adjungemus.

I. *Editiones graecae.*

[I.] A. 1501. Venetiis, cura Aldi Manutii. *L. F.*

[II.] A. 1508. Romae. Hanc editionem *Caveus* nominat, i) sed ita ut ei vix fides haberi „pos-

d) v. *Riedereri* Nachrichten zur Kirchen-Gelehrten- und Büchergeschichte, vol. 4. p. 388.

e) *Le Long* p. 599. col. 1.

f) *Le Long* p. 703. col. 1. *Baumgartenii* Nachrichten, vol. 7. p. 114.

g) p. 881. col. 2.

h) Vol. 7. Biblioth. gr. p. 687.

i) Hist. litterar. Script. ecclef. p. 299.

poſſit. „Prodiit Graece. (cura Aldi Manutii.) Romae 1508.„ *Fabricius* eandem, ſed ex Caveo, recenſet. Fortaſſe legendum eſt: Romae 1528.

A. 1527. Hagenoae, apud Johannem Secerium. *L. F.* [III.]

A. 1528. Romae. 4. *L.* [IV.]

A. 1541. Francofurti apud Petrum Brubachium. 8. *L. F.* [V.]

A. 1541. Pariſiis apud Jacobum Bogardum. *F.* [VI.]

A. 1556. Pariſiis apud Martinum Juvenem. Quibusdam in locis correctior ac praecedens Pariſienſis; ſed non in paucis etiam, notante *Nanſio*, magis corrupta. *F.* [VII.]

A. 1566. Coloniae apud Maternum Cholinum, ex auctiore *Job. Bordati* editione. *F.* [VIII.]

A. 1588. Coloniae, ex editione Martini Juvenis, Pariſiis 1556, omiſſis, usque ad Cap. XVI, verſibus quos *Bordatus* addiderat. *F.* [IX.]

A. 1616. Goslariae. 8. maj. Majoribus typis, cum copioſo indice Graeco verborum, Sylburgianae veſtigiis inſiſtens. *F.* [X.]

II. *Editiones graeco-Latinae.*

1) Cum Verſione Latina *Jacobi Bordati*, qui ex MS. Codice *Jacobi Salomonis* Interaquaei teſtatur, ſe complures verſus antea omiſſos revocaſſe.

A. 1542. Pariſiis. 8. *L.* [XI.]

A. 1556. Pariſiis. 8. *L.* [XII.]

A. 1561. Pariſiis, ex officina Caroli Perierii, additis ad calcem pauculis Variis Lect. Praecipue cap. XVI. addidit verſus 38. quos tamen *Fridericus Sylburgius* negat, ſe in Palatino MS. reperiſſe, neque ſibi videri *Nonni* referre ſtylum: etiam *Nanſius* in curis ſecundis multa in illis ſuſpecta ſibi, et *Nonni* genio non ſatis convenire teſtatus eſt. *L. F.* [XIII.]

A. 1578. Pariſiis. *L.* [XIV.]

2) Cum verſione latina *Erhardi Hedeneccii* Med. Doct. qui inprimis in gratiam ſtudioſae juventutis *Nonni* paraphraſin ſermone latino ſoluto, atque quod Graeci dicunt πρὸς λέξιν, ita ut verſio ſemper e regione poſitis Graecis verſibus quibuslibet correſponderet, interpretatus eſt.

A. 1571. Baſileae, apud Petrum Pernam. 8. *L. F.* Adjunxit editor in fine *Gregorii Nazianzeni* carmina quaedam pia atque ſelecta cum latina itidem interpretatione: nimirum *Gregorii Naz.* ſententioſa Tetraſticha et Ejusdem ſententioſa Diſticha. [XV.]

A. 1577. Baſileae apud Petrum Pernam. 8. *L. F.* [XVI.]

A. 1578. Typis Henrici Stephani, qui verſionem aliquot locis emendavit. Pariſiis hanc editionem a *Stephano* procuratam ſcribit *Fabricius;* verum *Henricus Stephanus* non Pariſiis, ſed Genevae artem exercuit typographicam. Pariſina itaque hujus anni editio ſuſpecta eſt. *L. F.* [XVII.]

A. 1578. Baſileae. 8. *L.* [XVIII.]

[XIX.] A. 1588. Basileae. 8. Hanc editionem silentio praetermiserunt *Le Long* et *Fabricius*. Ad manus est sub titulo: Νοννου ποιητου πανοπολιτου μεταβολη του κατα Ιωαννην άγιου Ευαγγελιου. *Nonni* Panopolitani Translatio vel Paraphrasis S. Evangelii secundum Joannem, carmine Heroico Graeco conscripta. Cum versione latina ad verbum expressa, in gratiam studiosorum, qui sacram lectionem cum Graecae linguae cognitione conjungere cupiunt. Erhardo Hedeneccio Doctore Medico interprete. Basileae ad Lecythum Valdkirchianam. CIↃ IↃ XXCVIII. Accurate repraesentat primam Basileensem anni 1571.

[XX.] A. 1596. Basileae. 8. Editio praecedens accurate recusa.

3) Cum versione latina *Erhardi Hedeneccii*, curis *Friderici Sylburgii* emendata. Editionem Basileensem apud *Petrum Pernam*, editionemque *Henrici Stephani* anni 1578. contulit *Sylburgius* cum codice Palatino graeco; versionem variis in locis emendavit, et Varias Codicis lectiones, una cum indice addidit. Sic prodiit:

[XXI.] A. 1596. Heidelbergae ex officina Comeliniana. 8. *L. F.* Νόννου Πανοπολίτου μεταβολὴ τοῦ κατὰ Ιωάννην ἁγίου Ἐυαγγελίου διὰ ςίχων ἡρωϊκῶν. *Nonni* Panopolitani metaphrasis Evangelii secundum Joannem versibus heroicis: cum msc. codice Pal collata; brevibus notis illustrata: verborum indice aucta: rectius aliquot in locis versa. Opera Frid. Sylburgii Veter.

[XXII.] A. 1604. Lipsiae apud Lanzenbergerum. 8.

[XXIII.] A. 1613. Lipsiae ex Valentini am Ende typographio. 8. [k])

[XXIV.] A. 1618. Lipsiae apud Laurent. Cober. 8.

[XXV.] A. 1629. Lipsiae 8. *L. F.*

4) Cum versione *Bordati* et *Hedeneccii* a *Francisco Nansio* emendata. Ex utraque versione *Nansius* optima elegit, et retinuit, et ubi neutra accurate textui respondebat, de novo illum vertit, notasque addidit.

[XXVI.] A. 1589. Lugduni Batavorum, ex officina Plantiniana apud Franciscum Raphelengium. 8. *L. F.* „Nonni Panopolitani graeca paraphrasis „Evangelii secundum Joannem: antehac valde et corrupta et „mutila; nunc primum emendatissima et perfecta atque integra, „opera Francisci Nansii. Cum Interpretatione latina. Additae ejusdem notae: in quibus multa non vulgaria tractantur, et varii Au„ctorum loci corriguntur aut illustrantur.„ Addidit Textui *Nansius*

k) *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern, vol. 7. p. 118.

fius 369. verfus vel uncinulis vel minore charactere a reliquis diftinctos. Graeco textui e regione appofita eft verfio latina, et in exteriori margine Graecus S. Johannis textus authenticus. Curas pofteriores edidit idem *Nanfius*. „Francifci Nanfii ad Nonni paraphra- „fin Evangelii Johannis graece et latine editam curae fecundae. „In quibus quaedam a nemine hactenus obfervata notantur in alios „etiam auctores. Lugduni Batavorum, ex officina Plantiniana apud „Francifcum Raphelengium„ 1593. 8. Hasce curas fine jure *Le Long* ad editiones *Nonni* refert: hinc editio anni 1593. eft fuppofititia. [l]) *L. F.*

A. 1620. Lugduni apud Jo. Rouiffin. 12. [XXVII.]

5) Cum Notis *Nicolai Abrami* S. J.

A. 1622. Parifiis apud Sebaft. Cramoify. 8. [XXVIII.]

A. 1623. Parifiis apud Sebaft. Cramoify. 8. *L. F.* [XXIX.]

A. 1624. Parifiis. Fol. Inter alios Poëtas Chriftianos in appendice ad Bibliothecam Patrum Bigneana. *L F.* [XXX.]

6) Cum notis et cenfura *Danielis Heinfii.*

A. 1627. Lugduni Batavorum 8. *L. F.* „*Danielis Heinfii* Ariftarchus facer; „five ad Nonni in Joannem metaphrafin exercitationes, quarum priori „parte interpres examinatur: pofteriori interpretatio ejus cum facro „fcriptore confertur; in utraque Sancti Evangeliftae plurimi illuftran- „tur loci. Accedit Nonni et fancti Evangeliftae contextus.„ Nimis acerbe Auctor in Nonnum invehit, eumque nunc ignorantiae nunc Arianifmi infimulat, ut non abs re *Cafpar Urfinus* in *Nonno redivivo*, Hamburgi 1667. 8. caufam ejus contra *Heinfium* agere conatus fit. Prodiit idem *Ariftarchus* una cum *Heinfii* Sacrarum exercitationum ad Novum Teftamentum Libr. XX. verum ab hac editione abeft Textus *Nonni*, ficuti integer *Ariftarchus* ab editione Exercitationum facrarum Cantabrigienfi 1640. 4. remotus eft. Duae itaque editiones, Amftelodamenfis anni 1637. Fol. et ibidem 1639. Fol. quas recenfet *Le Long*, e medio tollendae funt. [m]) Latinae proftant duae verfiones *Chriftophori Hegendorphini* et *Erhardi Hedeneccii* fine textu graeco, editae, quas fuo tempore recenfebimus. [XXXI.]

7) Nonni Paraphrafis graeca. Ingolftadii apud Ederum 1614. 8.

Ultimo loco hanc editionem nominamus, quia, ad quam claffim referenda fit, haud determinare poffumus. [XXXII.]

§. XIII.

Epift. Apoftol.

Του ἁγιου Παυλου ἐπιςολη προς Τιτον, μεταφραζοντος αὐτην Βερναρδου Μελετραιου ἀπο ςαδης f. a. 4. [I.]

Bern. Melethraei Metaphrafis in Ep. I. Joh. verfibus heroicis graecis. Hamburgi apud P. Langium. 1623. 4. [II.]

§. XIV.

l) Idem ibid. p. 115. 118.

m) Idem ibid. p. 119. *Walchii* Biblioth. exeget. p. 650.

§. XIV.

Orat. Domin.

Oratio Dominica carminibus variis graecis et latinis Joh. Poſſelii. Helmſtadii 1610. 8,

§. XV.

Hiſtoria Paſſionis graeco carmine.

Hiſtoria Paſſionis Domini noſtri Jeſu Chriſti ſecundum quatuor Evangeliſtas, Graeco Heroico Carmine reddita ab Henrico Mylio Northuſano. Lipſiae Johannes Rhamba excudebat. M. D. LXIX. 8.

Appendicis loco hic notitiam libelli 6. plagulis conſtantis adjicimus, quem ſtudio *Henrici Mylii*, qui ſimul cum *Paulo Dolſcio* §. V. munere ſcholaſtico Halae ad Salam functus eſt, debemus. In praefatione e Salinis ad ripam Salae anno recuperatae ſalutis M. D. LXIX. 25. Martii data, ſe inprimis in uſum ſcholaſticae juventutis Hiſtoriam Paſſionis in heroicos verſus transformaſſe ſcribit: „Cum autem mihi „haec pia et laudabilis conſuetudo„ (*publice Hiſtoriam Paſſionis praelegendi*) „admo„dum placeret, volui et ipſe tenerae juventuti exigua illa, quae mihi contigit, grae„cae linguae cognitione prodeſſe, eique ſtimulum injicere, ut ad hujus linguae co„gnitionem et ſtudia ardentius colenda magis ſit intenta et occupata. Reddidi igitur „hiſtoriam ſacroſanctae paſſionis et mortis filii Dei Graeco heroico Carmine, in eo„que fui attentus, ut ſenſus eſſet ſimplex et planus, et phraſis a Graecis fontibus non „diſcreparet.„

§. XVI.

Pericopae dominicales.

Ευαγγελια και Επιςολαι των Κυριακων και ἑορταςικῶν ἡμερων, ςιχοις ἑλληνικοις παραπεφρασμενα ὑπο Ιωαννου Ποσσηλιου. Evangelia et Epiſtolae, quae diebus Dominicis et Feſtis Sanctorum in Eccleſia, uſitato more, proponi ſolent, Graecis verſibus reddita et poſtremo recognita a Joanne Poſſelio. Anno MD. LXXXII. 8.

Praefationem ſeu dedicatoriam epiſtolam metricae paraphraſeos Pericoparum Dominicalium ſubſcripſit *Joannes Poſſelius: Datum in Academia Roſtochienſi, pridie Paſchae Anno 1578. qui eſt ab exitu ex Aegypto et primo Paſchate Annus 3087.* Verum non Roſtochii, ſed Witebergae typis Haeredum *Johannis Cratonis* impreſſus eſt liber, uti ex collatione Syntaxeos graecae ejusdem *Poſſelii*, *Witebergae*, *excudebant haeredes Johannis Cratonis Anno* M. D. LXXX, apparet; quamvis nulla typographi addita ſit nota. Singulis Pericopis ὑποθεσις praemittitur, et Evangeliorum metaphraſis figuris ligneis exornata eſt.



INDEX CHRONOLOGICVS

VOLVMINIS II.

A. MDXCIV.

Decalogus gr. Claji. Witteb. 8. f. I. §. LXIX. n. 3.

A. MDXCVI.

Biblia gr. Wolderi. Hamburg. f. f. I. §. LII. n. 6.

Pfalt gr. carm. Apollinarii. Heidelb. 8. f. III. §. V. n. 4.

Evang. Joh. gr. carm. Nonni. Bafil. 8. f. III. §. XII. n. 20.

Evang. Joh. gr. carm. Nonni. Heidelb. 8. f. III. §. XII. n. 21.

A. MDXCVII.

Fragmenta Vet. Interpr. Francof. f. f. I. §. XII. n. 2.

Biblia gr. Francof. f. f. I. §. LIV. n. 5.

Decalogus gr. Claji. Witteb. 8. f. I. §. LXIX. n. 4.

A. MDXCVIII.

Daniel gr. carm. Fabri. Witt. 8. f. III. §. X. n. 3.

A. MDXCIX.

Biblia gr. Commeliniana. f. f. I. §. LII. n. 4.

Biblia gr. Hutteri. Norimb. f. f. I. §. LVI. n. 1.

Ruth. gr. Hutteri. Norimb. f. f. I. §. LXXII. n. 4.

Pf. XCI. gr. Witteb. 8. f. I. §. XCIV. n 3.

Proverb gr. carm. Meillerii. Genev. 8. f. III. §. VII. n. 2.

A. MDC.

Malach. gr. Hutteri. Norimb. 4. f. I. §. LVI. n. 4.

A. MDCI.

Genefis gr Hutteri Norimb. 8. f. I. §. LVI. n. 2. §. LXVII. n. 3.

Efaias gr. Hutteri Norimb. 4. f. I. §. LVI. n. 3. § XCVI n 2.

Malach. gr. Hutteri. Norimb. 4. f. I. §. LVI. n 4. §. C. n. 11.

Daniel gr. carm. Fabri. Witt. 8. f. III. §. X. n. 4.

A. MDCII.

Pfalterium gr. Hutteri Norimb. 8. f. I. §. LVI n. 5. §. LXXV. n. 11.

Specimen quat. lingu. Norimb. 8. f. I. §. LVI. n. 7. §. XCIV. n. 13.

Pfalterium gr. Venet. 8. f. I. §. LXXXV. n. 7.

A. MDCIV.

Evang. Joh. gr. carm. Nonni. Lipf. 8. f. III. §. XII. n. 22.

A. MDCVII.

Jonas gr. Magdeb. 8. f. I. §. C. n. 7.

A. MDCVIII.

Pf. VII. poenit. gr. Balduini. Witt. 8. f. I. §. XCIV. n. 9.

A. MDCX.

Pfalmi gr. Cangierii. 4. f. III. §. VI. n. 2.

Orat. Dom. gr. carm. Poffelii. Helmft. 8. f. III. §. XIV.

A. MDCXI.

Monomachia Davidis gr. carm. Geilfufii. Magd. 4. f. III. §. II.

Jonas gr. carm. Rinderi. Norimb. 8. f. III. §. X. n. 5.

A. MDCXIII.

Pfalterium gr. carm. Apollinarii. Parif. 8. f. III. §. V. n. 3.

Evang. Joh. gr. carm. Nonni. Lipf. 8. f. III. §. XII. n. 23.

A. MDCXIV.

Evang. Joh. gr. carm. Nonni. Ingolft. 8. f. III. §. XII. n. 32.

A. MDCXV.

Pfalterium gr. Hutteri. Amft. 8. f. I. §. LVI. n. 12. §. LXXV. n. 12.

A. MDCXVI.

Biblia gr. Commeliniana. f. f. I. §. LII. n. 5.

Evang Joh. gr. carm. Nonni. Goflar. 8. f. III. §. XII. n. 10.

A. MDCXVIII.

Pfalterium gr. Parifiis. 12. f. I. §. LXXXIII. n. 2.

Pfalterium gr. lat. Parifiis. 12. f. I. §. XCI. n. 3.

Evang. Joh. gr. carm. Nonni. Lipf. 8. f. III. §. XII. n. 24.

A. MDCXX.

Evang. Joh. gr. carm. Nonni. Lugd. 12. f. III. §. XII. n. 27.

A. MDCXXI.

Pfalterium gr. Venet. 8. f. I. §. LXXXV. n. 8.

Pf. VII. poenit. gr. Balduini. Witt. 8. f. I. §. XCIV. n. 10.

A.

A.



